HET

AMBOINSCH KRUID-BOEK.

DAT IS,

BESCHRYVING

VAN DE MEEST BEKENDE

Boomen, Heesters, Kruiden, Land- en Water-Planten,

DIE MEN IN AMBOINA,

EN DE OMLEGGENDE EYLANDEN VIND,

Na haare gedaante, verscheide benamingen, aanqueking, en gebruik:

MITSGADERS VAN

EENIGE INSECTEN EN GEDIERTENS,

Voor 't meeste deel met de Figuren daar toe behoorende,

Allen met veel moeite en vleit in veele jaaren vergadert, en beschreven in twaalf boeken,

DOOR

GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS,

Med. Doct. van Hanau, Oud Koopman en Raadspersoon in Amboina, mitsgaders onder de naam van *Plinius Indicus*, Lid van de Illustre *Academia Naturae Curiosorum*, in 't Duitsche en Roomsche Ryk opgerigt.

Nagezien en uitgegeven door

JOANNES BURMANNUS,

Med. Doct. en Botanices Professor in den Hortus Medicus te Amsterdam, Medelidt van het KEYZERLYKE QUEEKSCHOOL *der onderzoekers van de Natuurkunde;*

Die daar verscheide Benamingen, en zyne Aanmerkingen heeft bygevoegt.

VIERDE DEEL.

Te AMSTERDAM, By FRANÇOIS CHANGUION, JAN CATUFFE, HERMANUS UYTWERF.

In 's HAGE, By PIETER GOSSE, JAN NEAULME, ADRIAAN MOETJENS, ANTONY VAN DOLE.

Te UTRECHT, By STEVEN NEAULME.

M. DCC. XLIII.

GEORGII EVERHARDI RUMPHII,

Med. Doct. Hanavensis, Mercatoris Senioris, & in Amboina Consulis, nomine PLINII INDICI celebris, & Membri Inlustris Societatis Academiae Naturae Curiosorum Germaniae,

HERBARIUM AMBOINENSE,

Plurimas conplectens Arbores, Frutices, Herbas, Plantas terrestres & aquaticas,

QUAE IN AMBOINA,

ET ADJACENTIBUS REPERIUNTUR INSULIS,

Adcuratissime descriptas juxta earum formas, cum diversis denominationibus, cultura, usu, ac virtutibus,

Quod & insuper exhibet

VARIA INSECTORUM ANIMALIUMQUE GENERA,

Plurima cum naturalibus eorum figuris depicta.

Omnia magno labore ac studio multos per annos conlecta, & duodecim conscripta libris.

Nunc primum in lucem edita, & in Latinum sermonem versa,

Cura & Studio

JOANNIS BURMANNI,

MED. DOCT. ET IN HORTO MEDICO AMSTELAEDAMENSI PROFESSORIS BOTANICI, ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM SOCII;

Qui varia adjecit Synonyma, suasque Observationes.

PARS QUARTA.

AMSTELÆDAMI, Apud FRANCISCUM CHANGUION, JOANNEM CATUFFE, HERMANNUM UYTWERF.

HAGÆ COMITIS, Apud PETRUM GOSSE, JOANNEM NEAULME, ADRIANUM MOETJENS, ANTONIUM VAN DOLE.

ULTRAJECTI, Apud STEPHANUM NEAULME.

M. DCC. XLIII.

HERBARII AMBOINENSIS LIBER SEXTUS;

De fruticibus agens tam domesticis, quam silvestribus.

CAPUT PRIMUM.

Generaliter primo Arundinem Indicam describit, ac dein peculiariter Arundinem arboream tenuem Leleba *dictam.*

PEr arundinem arboream Indicam proprie intelligo omnes tales plantas, quæ arundinis formam ac naturam modumque crescendi in India imitantur, ac sæpe in vulgaris arboris crassitiem excrescunt, non vero in locis paludosis, uti Europææ arundines, sed in terra sicca, in altis montibus, & aliquando etiam in locis saxosis proveniunt, quæque, quantum novi, per totam Indiam ubique obviæ & notæ sunt, in uno autem loco frequentiores quam in altero, suntque divisæ in tot diversas species, ut omnes enarrare atque describere extra hominis potestatem sit.

Omnes, quas observavi, ad octo reducam classes, quæ intus nempe concavæ sunt, præter has enim in alia specie quoque minor observatur cavitas, item binæ farctæ, quæ inproprie ad arundines referuntur: Octo autem istæ memoratæ species sunt subsequentes: Primo *Arundo Arbor tenuis* LELEBA. Secundo *Arundo Arbor Cratium*, BULU SERU: Tertio *Arundo Arbor spiculorum* BULU TUY. Quarto *Arundo Arbor vasaria* BULU JAVA. Quinto *Arundo Arbor aspera* BULU POTONG. Sexto *Arundo Arbor maxima* BULU SAMMET. Septimo *Arundo Arbor spinosa* BULU BADURI. Octavo *Arundo Arbor fera* BULU SWANGI dicta.

Omnes hæ communem inter sese gerunt characterem, tria hæc signa continentem: Primo, quod cunctæ folia ac stipitem, arundinem vulgarem æmulantem, producant, cum tali varietate, qualis in quovis suo peculiari capite indicabitur. Secundo, omnes circa novilunium surculum emittunt formam habentem longi cornu vel hastæ, qui in quibusdam speciebus edulis est, ac sensim in stipites ac ramos excrescit. Tertio, omnes radicem gerunt nodosam seu articulatam instar Zingiberis, articuli vero in his magis protuberant, illa vero neutiquam primaria seu vera est radix, deorsum vergens, sed more arundinum transversaliter prorepit, & ad brevem quandam distantiam surculum istum e terra sursum emittit, præter hanc innumeras minores producunt fibrillas, durissimas, lignosas, & circinnatas, quibus terræ sese infigunt.

Quartus hisce addi posset character, seu proprietas, quod plantæ hæ, uti dictum fuit, contra naturam nostratum seu Europæarum arundinum, non aquosa, sed sicca & saxosa ament loca, excepta *Leleba*, quæ aliquando in declivibus & humidis invenitur locis.

Generale nomen Latinum arboreæ hujus arundinis Indicæ est *Arundo arbor* & *Arundo Indica arborea*, Indostarum *Bambu* & *Mambu*, & hinc apud Belgas nostrates *Bamboesen*. Malaice, *Bulu* ob foliorum similitudinem cum longis avium plumis. Ternatice cunctæ vocantur *Tabatico*, excepta *Leleba*. Macassarice *Bulo*. Javanice *Wulu* & *Bambu*. Amboinice *Utte*. Sinice *Tick*. Surculus iste Malaice vocatur *Robong*, in patria nostra *arundinis musculus*, & in Belgio *Raboerden*. Articuli *Roas* & *Rawas*. Hujus arundinis prima species tenuissimam gerit substantiam, corrupto Ternatico nomine *Leleba* vocatur, quæ multis erectis stipitibus una ex radice in fruticis formam adsurgit,

HET AMBOINSCH KRUYD-BOEK. HET SESDE BOEK.

Handelende van de Heesters, zo tamme als wilde.

I. HOOFDSTUK.

Beschryving van 't Indiaansche Riet in 't generaal, en in 't bysonder van het dunne Boomriet Leleba *genaamt.*

DOor het eigentlyke Indiaanse Riet Arundarbor; *dat is boomagtig Riet genaamt, verstaan wy alle zodanige planten, dewelke van aard en gedaante des riets zyn, in Indien opschietende, tot de hoogte, en zomtyts tot de dikte van een middelbare boom, en wassen niet in moerassige plaatsen, gelyk 't Europische riet, maar op droog lant, hoge gebergtens, en zomtyts ook in steenige plaatsen, myns wetens door geheel Indien bekendt, op d'eene plaats min, op d'andere meer, en verdeelt in zo veelderlei zoorten, dat het niet doenlyk is dezelve allegaar te beschryven.*

Alle de gene, die ik gezien heb, zal ik onder agt zoorten brengen, te weten die van binnen hol zyn, want behalven deze is voor eerst nog een kleine holle, als mede twee uitgevulde, die men oneigentlyk onder de rieten telt. De agt zoorten zyn deze: 1. Arundarbor tenuis LELEBA. 2. Arundarbor Cratium, BULU SERU. 3. Arundarbor spiculorum, BULU TUY. 4. Arundarbor vasaria, BULU JAVA. 5. Arundarbor aspera BULU POTONG. 6. Arundarbor maxima BULU SAMMET. 7. Arundarbor spinosa BULU BADURI. 8. Arundarbor fera BULU SWANGI.

Alle hebben ze eenige gemene merktekenen onder malkander, bestaande meest in deze drie dingen, ten eersten, allegaar hebben ze aan bladeren en stam de gedaante van ons gemeen Riet, met zodanige verandering, als by ieder in 't byzonder in zyn Capittel zal gezegt werden, ten tweden allegaar schieten ze omtrent de nieuwe Maan een uitspruitsel uit, in de gedaante van een lange hoorn of spiesse, dewelke in eenige zoorten eetbaar is, en met 'er tyd tot stammen en takken word. Ten derden, allegaar hebben ze een geknoopte of gelede wortel, als Gember, dog de kringen steken meer uit, dewelke geenzins de hooftwortel is, ook niet regt nedergaande, maar na de manier des riets dwers kruipt, en na een korte spatie 't voorn. uitspruitsel voortbrengt, boven de aarde uitkykende, behalven deze hebben ze ontelbare kleine wortelen, zeer hardt, houtagtig, en gekronkelt, waar mede zy haar in de aarde vast maken.

De vierde eigenschap zoude men konnen daar by voegen, dat ze, gelyk gezegt is, contrarie d'onze rieten, geen wateragtige, maar droge en steenagtige plaatsen beminnen, behalven de Leleba, *die men zomtyts op lage en vogtige plaatsen vind.*

De generale naam van dit Indisch boomagtig Riet is in 't Latyn Arundarbor, *en* Arundo Indica arborea, *in 't Indostaans* Bambu *en* Mambu, *en daar van daan by onze Duitse* Bamboesen. *Maleits* Bulu, *na de gelykenisse der bladeren, van lange vogels veren. Ternataans allegaar* Tabatico, *behalven de* Leleba. *Macassaars* Bulo, *Javaans* Wulu *en* Bambu, *Amboins* Utte, *Chinees* Tick. *'t Voornoemde jonge uitspruitsel hiet in 't Maleits* Robong, *in 't Vaderland* Riet-spieren, *en in Hollandt* Raboerden. *De leden* Roas *en* Rawas. *D'eerste zoorten van dit riet is de gene, die 't dunst van substantie is, met een gebroke Ternataanse naam,* Leleba *genaamt, met vele regte stammen uit eene wortel, struiksgewys*

furgit, vulgarem noftratem æmulans arundinem, ejus vero folia multo funt latiora, atque in laterales dividitur ramos, qui ad quemvis nodum plurimi fimul excrefcunt.

Hifce in infulis tres vulgares, ac tres raras obfervavi fpecies, *Lelebam* nempe *albam*, Malaice *Leleba pœti*, quæ optima & ufitatiffima, alba cognominatur, quum detruncata & ficcata album exhibeat colorem; multis autem erectis adfurgit ftipitibus, ad haftæ longitudinem, quindecim & fexdecim pedes longa, qui ad ortum plurimi fimul concrefcunt prope radicem. Primaria radix vix pollicem craffa eft, inftar Zingiberis articulata, transverfaliter prorepens, duriffima ac folida, quatuor & quinque digitos transverfales longa, tumque per nodum e terra elevatur, formam exhibentem furunculi vel bulbi, ex quo primum erigitur longum cornu, quod dein in furculum feu ftipitem excrefcit, ad radicis hujus latera, alii minores nodi feu gemmæ adparent, novos quoque producentes furculos, per quos octo decemque ftipites fruticis formam exhibent prope radicem concreti, radix hæc transverfalis nullas gerit fibrillas, fed directe fub ftipitibus hæ propullulant, culmum vel pennam craffæ, rugofæ, firmæ, & duræ, per quas hic frutex fefe terræ infigit, ac nutrimentum haurit, ftipites autem binos digitos craffi funt, fex feptemque pedes alti, quo usque a radice usque adfummum ramulis funt orbi, arundinis vero fubftantia ipfa haud craffior eft culmo, ejusdem cum Europæa noftra arundine duritiei, internodia autem inferiora duos pedes longa funt, fuperiora tres & tres cum dimidio pedes, atque ad quemvis nodum folium gerunt ipfi arundini arcte adcumbens inftar vaginæ ficcæ, quod tenuiffimis pilis undique hirtum eft, cutis ingratum pruritum excitantibus, fi tangatur, quod tamen non diu durat, eodem fere modo ac per contufum Amarantum excitatur.

Ipfa vero arundo externe glabra eft, ad inferiores nodos viridis, ad fuperiores pallide virens & albicans, detruncata fi fuerit, in album exficcatur colorem, atque interne concava eft, ac quidam virides articuli pellucidam & potabilem continent aquam.

Tertia ab inferiore parte undique multos erectos gerit ramulos, fpithamam vel pedem longos, quorum quidam culmum, quidam pennam craffi funt, omnes vero eriguntur & majori ftipiti arcte adcumbunt, qui in folia fefe explicant; in fuperioribus autem internodiis ramuli hi æque ac folia ipfa fenfim funt majora, magisque fefe extendunt: Ramuli hi prope ortum pilofam iftam quoque gerunt vaginam, feu abrupta quafi folia.

Vera autem folia quatuor vel quinque uni ftipiti adcrefcunt, atque inferiora inftar vulgaris noftratis arundinis palmam longa funt, ac pollicem lata, in fuperioribus articulis a tredecim ad feptendecim pollices longa, quatuor circiter pollices lata, tenuia, & inftar chartæ fonitum edentia, atque per longitudinem multis tenuibus nervis ftriata, unde & fcabra quodammodo funt, ac juxta hos fiffuram facillime patiuntur, medius vero nervus firmus admodum eft, & fuperne intenfe viridis & glaber, inferne grifeus feu cinereus, ac prope petiolum pungentibus pilis hirtus.

Foliorum oræ acutæ funt, quæque facile tangentes vulnerant, fi retrorfum fricentur. Ramulorum fummum terminatur in cornu longum, viride, & molle, fpithamam longum, ac pennam craffum, quod fenfim in folium fefe explicat.

Primum cornu feu furculus ex radice propullulans, atque, uti dictum eft, ad fex octove pedum altitudinem excrefcens, antequam folia producat, pilofa ifta vagina adeo obductus eft, ut ob fpinulas tractari fere nequeat, eftque interne mollis, herbaceus, in hac autem fpecie inedulis. Crefcendi modus hac in fpecie memoratus fubfequentibus etiam competit fpeciebus, exceptis talibus varietatibus, quales in quovis capite indicabuntur.

Flores fructusque tam raro hac in arundine obfervantur, ut vulgo fterilis habeatur, quod tamen falfum eft, in initio enim pluviofi anni temporis, feu menfe Majo, hac in arundine adulta longus erigitur petiolus feu culmus, in capitula verticillata per interftitia diftinctus, quivis autem verticillus compofitus eft ex diverfis apicibus & acutis capitulis inftar avenæ

gewys opfchietende, ons gemeen riet naaft komende, dog de bladeren zyn veel breder, en 't verdeelt zig ook in zydetakken, die uit ieder lid vele by malkander ftaan.

In deze Eilanden heb ik drie gemene en drie ongemene zoorten aangemerkt, namentlyk, Leleba alba, *op Maleits* Leleba pœti, *is de befte en de gebruikelykfte, de witte bygenaamt, om dat ze wit opdroogt als ze afgefneden is, zy fchiet met vele regte ftammen op, in de lengte van een fpies, van vyftien en feftien voeten lang, beneden vele by malkander ftaande, alle aan een wortel vaft: de groote wortel is fchaars een duim dik, geleed als Gember, dwers kruipende, zeer hard en maffief, vier en vyf dwersvingeren lank, en dan met een knop weder uit de aarde kykende, in de gedaante van een bloedvin ofte een bol, waar uit eerft een lange hoorn, en daar na een nieuwe ftang word, ter zyde aan deze wortel ziet men nog andere kleendere knopen of ogen, die al mede nieuwe uitfpruitfels voortbrengen, en zo komt het dat wel agt a tien ftangen een ftruik maken, met de wortel alle aan malkander vaft: deze dwerswortel heeft gene fafelingen, maar regt onder de ftangen komen dezelve voort, een ftroobalm of een fchaft dik, wat kronkelig, ftyf en hard, waar mede dit gewas zig in de aarde vaft maakt, en zyn voedzel trekt. De ftangen zyn twee vingeren dik, fes en feven voeten hoog, bloot van de wortel af, eer men takjes daar aan ziet, dog de fubftantie des riets is niet dikker dan een ftroo-halm, van de zelfde hardigheid als ons Europifch riet, de onderfte leden zyn twee voeten lang, de bovenfte drie en drie en een halve voeten, en hebben aan de knien een blad digt tegens 't riet aan leggen, als een droge fchede, van buiten bezet met hairtjes of fyne ftekeltjes, een moeilyk jeuken op de huid veroorzakende, zo ze iemand raken, 't welk egter niet lang duurt, op de manier als de geftotene Amarantus of Knevel-kruid.*

Het riet zelfs is van buiten glad, aan de onderfte leden grasgroen, aan de bovenfte ligtgroen en witagtig, d'afgekapte drogen wit op, van binnen hol, en zommige leden aan 't groene hebben een klaar drinkbaar water.

Het derde van onderen op draagt veele rondagtige regte takjes, een fpan of voet lang, zommige een ftroo-halm, zommige een fchaft dik, alle overeind en digt aan de hoofftam ftaande, die zig eerft in bladeren verdelen, dog aan de hoger leden zyn deze takjes, als mede hare bladeren allenskens groter, en breiden zig meer uit. Deeze takjes hebben mede by haren oorfpronk die hairige fchede of gebroke bladeren.

De regte bladeren nu ftaande vier en vyf aan een rysken, zyn aan da onderfte als ons gemeen riet, een hand lank en een duim breed, aan de bovenfte van dertien tot feventien duimen lang, vier duimen fchaars breed, dun, en rammelende als papier, in de lengte met vele fyne zenuwen geftreept, en daar door een weinig geplooit, langs dezelve ligt fcheurende, met een ftyve middel-zenuwe, boven hoog-groen en glad, beneden grys of graauwagtig, by den fteel met ftekelige hairtjes.

Hare randen zyn fcherp, daar aan men zig ligt quetfen kan, als men ze agterwaarts ftrykt, het uiterfte van de ryskens eindigt in een lang groen en week hoorntje, een fpan lang en een fchaft dik, 't welk zig met 'er tydt in een blad opent.

Het eerfte hoorn of uitfpruitfel, 't welk uit de wortel komt, en, als gezegt, fes a agt voeten hoog werd, eer 't zig in bladeren opent, is met die hairige fchede zodanig bedekt, dat men 't wegens de fteekels fchier niet aangrypen kan, van binnen week, kruidagtig, en van deze zoorte niet eetbaar. De manier van groeyen by deze eerfte zoort geftelt, moet men op de volgende Bamboes-zoorten mede paffen, met zodanige veranderingen, als in ieder Hoofdftuk gezegt wert.

Bloeifel en vrugten ziet men zo zelden aan dit riet, dat men 't in 't gemeen voor onvrugtbaar houd, 't welk nogtans zo niet en is, want in 't begin van den regentyd of in de maand Mey, ziet men aan dit riet in zyn ouderdom een lange fteel of halm voortkomen, verdeelt in knoppige vergaderingen, met wyde tuffenplaatfen van malkander ftaande. Ieder vergadering is gemaakt van verfcheide fpitfer

avenæ obtusæ erectis, ex squamulis adunatis, nec notabile semen gerentibus, quæ ad internam partem plurimæ sibi arcte adcumbunt, & in culmi summo semper frequentiores sunt, quævis autem collectio seu verticillum sibi suppositum gerit siccum quoddam folium, quod vaginæ locum supplevit.

Secundo. *Leleba nigra*, Malaice *Leleba itam* h. e. nigra Leleba a præcedenti haud multum forma sua differt, excepto quod ejus nodi externe ex nigro virides sint usque ad verticem, pilosa quoque ista vagina plurimis pungentibus pilis hirta est, unde & difficilius tangi & tractari potest: Folia eandem habent longitudinem, sunt vero angustiora & acutiora, tredecim & sexdecim pollices longa, binos & binos cum dimidio pollices lata, maxime sinuosa & nervosa, superne ex viridi nigricantia, inferne grisea, ejus quoque nodi breviores sunt illis albæ speciei, ad summum binos cum dimidio pedes longi; Arundinis substantia eandem gerit crassitiem, sed melioris est virtutis; fissa enim & in rara secta duci nec torqueri potest instar præcedentis, sed frangitur & facile finditur, unde & operi mechanico non ita conducit.

Tertio. *Leleba prava*, Malaice *Leleba Djakat*, seu *Leleba Utan* h. e. Prava seu silvestris *Leleba*, omnium latissima gerit folia, ultra palmam lata, quatuordecim & octodecim pollices longa, sinuosa admodum & nervosa, superne pallide viridia, inferne grisea magisque pungentia præcedentibus, ac plerumque frequentioribus spinulis hirta, unde & vix tractabilia sunt ob pruritum, quem excitant; canales ejus crassiores sunt illis præcedentium, sed tenuioris substantiæ, adeoque fragiles, ut nulli inservire possint operi; hæc est vulgatissima *Leleba*, quæ ingentes format silvas in locis declivibus & circa litus, tam in humidis quam siccis locis.

Quarto. *Leleba picta*, seu *Leleba Templorum* varietas est seu degeneratio albæ speciei, unde & a quibusdam pro vera alba habetur: Omnium optima & elegantissima est tam quoad folia quam quoad ejus canales, cum *Bulutuy* proxime conveniens, cujus & speciem quidam hanc putant esse, estque in Amboina ignota, sed in Cerama, Kelanga, & Celebe obcurrit, geritque folia multo angustiora & glabriora illis trium præcedentium, ejusque nodi longissimi & firmissimi ultra quatuor pedes longi sunt, binos pollices crassi, ipsa autem arundinis substantia minorem pennam crassa est, siccataque si fuerit, albissima, in Huamœa *Tapile* vocatur, ubi & baculi ex hac formantur quatuor & quatuor cum dimidio pedes longi, qui inter ambulandum manibus tenentur, quorum quidam glabri & albi sunt, quidam variis figuris exusti, & characteribus distincti & depicti, quales baculos plerumque secum ducunt pueri, qui ex diaboli templo *Marel* veniunt, vulgaris autem ista religionis species in magnæ Ceramæ parte australi, ample descripta obcurrit in Amboinæ historia a me exarata.

Baculi hi superna sua parte prope manubrium binis plerumque foraminulis perforati sunt, per quæ filum transit miro modo contentum, ex quo nummi quidam aënei dependent, quodque tam crassis nodis distinctum est, ut inpossibile videatur per foraminula ista potuisse transire, quod tamen fallaces flamines populo inponunt factum fuisse, per ipsorum diabolum seu *Marel*, qui vero adcurate adtendit, comperiet, filum istud prius simplex trajectum fuisse, quod dein miro isto modo contextum & conjunctum est, qui nullo colore picti sunt, frequentius adhibentur ad radios textorios, cistulasque, in quibus quid adservamus.

Quinto. *Leleba lineata* sive *virgata* longos gerit articulos seu internodia, ultra binos pollices crassa, externe albicantia, interpositis striis viridibus longitudinalibus, elegantem adspectum præbentibus, rarosque prurientes istos pilos habet, in inferioribus autem nodis viridis iste color frequentior est quam in superioribus, qui magis albicant; ramulorum summum aliquando terminatur in spicam longam ex nodosis verticillis constantem & compositam ex paleaceis & duris squamis, instar obtusæ aristæ erectis, in quibus nullum notabile reperitur semen, in Amboina exotica est raroque obvia, nisi plantata, in Ternata & Celebe frequentior obcurrit.

Sexto. *Leleba Amabussana* sic dicta a pago *Amabussu* castello Victoriæ vicino, in cujus districtu hæc arundo reperitur pollicem crassa, multo autem crassior est

spitser en scherper knopen, als stompe haver, meest van hare schubben gemaakt, zonder kenbaar zaat, van binnen vele by malkander gedrongen staande, dog na 't voorste des halms altydt meerder, en yder vergadering heeft van agteren een droog blad, 't welk zyn schede geweest is.

2. Leleba nigra, *op Maleits* Leleba itam, *dat is, zwarte Leleba, verschild aan gedaante niet veel van de voorgaande, behalven dat de leden van buiten donkergroen zyn, tot den opperste tak toe, de hairige schede hebben ook meer steekels, en zyn moeyelyker te handelen. De bladeren zyn van de zelfste lengte, dog smalder en spitser, dertien en sestien duimen lang, twee en twee en een halve duimen breed, merkelyk geplooit en geribt, boven donker-groen, beneden grysagtig, de leden zyn wat korter dan aan 't witte, op 't hoogste twee en een halve voeten lang, de substantie des riets is van de zelfste dikte, dog van ongelyk minder deugt, wat gespleten, en in riemen gesneden, laat het zig niet buigen nog draaijen gelyk het vorige, maar breekt en scheurt ligt, daarom tot 't werken verre zo bequaam niet.*

3. Leleba prava, *op Maleits* Leleba Djakat, *of* Leleba Utan, *dat is, quade of wilde Leleba, heeft de breedste bladeren van allen, ruim een hand breed, veertien en agttien duimen lang, zeer geplooit of geribt, van boven doods-groen, van onderen grys, en steekeliger dan de voorgaande, ook doorgaande meer stekels hebbende, en qualyk te handelen, wegens het jeuken dat ze veroorzaken, de pypen zyn wel dikker dan de vorige, dog dunder van substantie, en zo breekzaam, dat ze tot geen werk dienen: dit is de gemeenste* Leleba, *makende grote bosschagien, in de laagte, en omtrent den strand, zo wel aan vogtige als drooge plaatsen.*

4. Leleba picta, *of* Leleba Templorum, *geschilderde Leleba is een verandering, of medezoort van de witte, en daarom van zommige voor de regte witte gehouden. Zy is de beste en schoonste van allen aan bladeren en pypen, met* Bulutuy *naast overeenkomende, voor wiens medezoorte zommigen haar ook rekenen, in Amboina onbekent, maar wel op Ceram, Kelang, en Celebes, zy heeft smalder en gladder bladeren dan de drie voorgaande, de langste en styfste leden ruim vier voeten lang, twee duimen dik, maar de substantie des riets is een kleine schaft dik, zeer wit opdrogende, zy hiet op Huamoel* Tapile, *men maakt 'er stokken van, die men in de hand draagt, vier en vier en een half voeten lang, zommige effen en wit, zommige door branden met verscheide figuren en characteren geschildert, diergelyke stokken brengen gemeenlyk de jongens mede, dewelke uit den duivels tempel* Marel *komen, zynde den gemeenen dienst op groot Cerams Westerdeel, wytlopig in myn Amboinse Historie beschreven.*

Deeze stokken hebben gemeenlyk aan 't bovenste eind twee gaatjes, digt by de knop, waar door een touwtje gaat, wonderlyk door malkanderen gevlogten, en waar aan eenige kopere penningen hangen, met zulke dikke knopen, dat ze onmogelyk schynen door die gaatjes gepasseert te zyn, gelyk ook de bedriegelyke Priesters 't volk wysmaken, dat haren Marel *of duivel deeze stokken aldus gemaakt heeft, dog die 'er naauw op let, zal bevinden, dat het touwtje eerst enkeld daar door gestoken, en daar na zo door malkanderen gevlogten en geknoopt zy, de ongeschilderde zyn meer in gebruik tot Wevers spoelen en doosjes, daar men iets in bergt.*

5. Leleba lineata sive virgata, *gestreepte Leleba heeft lange leden, mede ruim twee duimen dik, van buiten witagtig, met gras-groene strepen in de lengte, fraai om aan te zien, voorts weinig van die jeukende hairtjes hebbende, aan de onderste leden ziet men meer groen, aan de bovenste meer wit, de takken op haren top brengen zomtyts een lange aire voort, daar aan de knoppige vergaderingen staan, mede van kafagtige en harde schubben gemaakt, als stompe airen, daar in men geen merkelyk zaad vind: in Amboina werd ze zelden gezien, en moet geplant werden in Ternaten, en op Celebes is ze meer te vinden.*

6. Leleba Amahussana, *bygenaamt van 't dorp Amahussu, digt by 't Kasteel Victoria gelegen, in wiens district men dit riet vind, te weten een duim dik, maar het*

eſt ulla præcedentium Lelebæ ſpecierum, adeoque dura ac Bulu Swangi, brevibus nodis diſtincta, nec admodum recta: Ejus folia ſunt inſtar Lelebæ vel paulo latiora, exceptis inferioribus, quæ minora ſunt illis Buly Seru, ſuntque tenuia & glabra, talibusque pilis deſtituta, qui in aliis Lelebis obſervantur, ejus canales glabri quoque ſunt, vagina vero, ex qua ramuli progerminant, rugoſa admodum eſt ac piloſa: Amboinenſibus dicitur *Utte Onitu*, in Manipa vocatur *Houboubo*, ubi & etiam obcurrit, atque finditur ad aſſerculos ob ejus ſoliditatem, qui ſupra naſſas ligantur: latiſſima ejus folia eligunt Sinenſes ad Oryzam coctam iis involvendam in feſtis ipſorum diebus Pelo Pelo.

Nomen. Latine *Arundarbor tenuis*, Malaice *Leleba*, juxta Ternatenſe *Loleba* & *Louleba*: Amboinice in Hitola *Utte Aul* & *Aule*, in Leytimora *Utte Aur*, in Holamohel *Tabat*, Macaſſarice *Bœlæ Cariſſa* h. e. *Bœlæ Caſſer*, ſeu Bambu rugoſa & aſpera, quum inter omnes Bambu ſpecies plurimas gerat ſpinulas iſtas pungentes. Prima autem ſpecies Malaice dicitur *Leleba pœti*, Amboinice *Utte Aul Tuni*. Secunda, *Leleba itam*, Amboinice *Utte Aul mette*. Tertia *Leleba prava*, Malaice *Leleba Djakat*, Amboinice *Utte Aul Boppo*, reliqua trium rararum ſpecierum nomina ſupra indicata ſunt.

Locus. In Occidentalibus aquoſæ Indiæ inſulis *Leleba Nun* nota eſt, in multis vero penitus non obcurrit, contra frequens eſt in Amboina & Moluccis, ubi magnas exhibet ſilvas tam in planis montibus, quam in locis declivibus circa litora, præſertim ſilveſtris ejus ſeu latifolia ſpecies: in Baleya ignota eſt, picta in Huamohela obcurrit circa Luholam, vera & genuina alba in Macaſſara, & Ceramæ ora boreali.

Uſus. Leleba multum præbet uſum rei domeſticæ & agrariæ, arundines enim hæ in anguſta ſcinduntur lora, ipſarumque pars viridis externa primum abraditur, hiſce autem loris non tantum Amboinenſium ſcalæ, *Atap* dictæ, conſuuntur, ex quibus tecta formantur, uti id libro primo de Sagu latius explicatum fuit, ſed eædem quoque ſcalæ aſſerculis adligantur tectorum per iſta fila, ac porro omnia opera, quæ connectenda ſunt, uti viſcellæ, ſimiliaque opera; Hunc vero in finem alia etiam adhibent fila, in aqua marina durabiliora, aliquando quoque in hac arundine, uti dictum fuit, lympida aqua ſtagnat, potabilis & grata, præſertim in ſiccis montibus, in quibus homines vehementer ſæpe vexat, ſervi vero, qui arundinem hanc magna copia domum deportant, hanc deteſtantur aquam ob ſuperfluum onus.

Leleba alba, quum adeo ſit rara, circa domus & areas plantatur, præſertim in Macaſſara, quum ejus longi albique canales ſæpius requirantur, præcipue ad baculos ex ipſis formandos, qui eleganti obducuntur pictura, & manibus inter ambulandum tenentur, figuræ autem ipſis inuruntur ignito Tampœring, ſeu Calappi putamine, ex artificis arbitrio.

Lelebæ plantantur, ſi tota internodia cum ſuis nodis ac naturali aqua repleta oblique in terra deponantur, ita ut unus promineat nodus, ſponte etiam in hortis creſcunt per ſtipites terræ commiſſos: Silveſtris nulli inſervit uſui, niſi quod aliquando craſſiſſimi ejus canales in ſilvis adhiberi poſſent loco teſtarum, ad olera & piſciculos, uti & ſquillas in ipſis coquendas, quod facile per hanc inſtituitur arundinem, magnumque in ſilvis præbet commodum, cum ſubſequenti etiam ſpecie id effici poteſt: Omnium Lelebarum medulla & ſurculus inedulis eſt, Leleba in Pulorona creſcens optimam & copioſam præbet potui aquam, immo in ſummis montibus, quæ cæteroquin in iſta inſula quam rariſſima eſt; in reliquis autem Bandæ inſulis Leleba ignota eſt.

Antipathia, quæ in Europæa arundine & Filice obſervatur, in India nullo modo detegitur, hic enim quam vulgatiſſimum eſt arundines creſcere inter varias Filicum ſpecies, contra *Leleba* & *Bœlæ Seræ* quam facillime flammas concipiunt, ita ut in ſilvis & altis montibus ſæpe una alteram adcendat, ſi ſiccis temporibus & ardente Sirio per fortiores nimbos ſibi invicem adfricentur, quod haud frequenter in Ternata obſervatur.

het riet zelfs is veel dikker als eenige Leleba, en zo hard als Bulu Swangi, *met korte leden, en niet zeer regt; de bladeren zyn als die van Leleba, of wel zo breed, behalven de agterſte, die kleinder zyn dan aan* Buly Seru, *dun en glad, zonder de hairtjes, die men aan d'andere Leleba ziet, de pypen zyn ook glad, maar de ſchede, daar de takken uitkomen, is zeer ruig en hairig, d'Amboineſen noemen het* Utte Onitu, *zy hiet op Manipa* Houboubo, *alwaar ze ook gevonden wert, het word geſpleten, en tot latten gemaakt, wegens zyne vaſtigheid, om over de visfuiken te binden, de breedſte bladeren zoeken de Chineſen, om de gekookte rys daar in te winden op hare feeſtdagen, Pelo Pelo.*

Naam. *In 't Latyn* Arundarbor tenuis, *op Maleits* Leleba, *na 't Ternataans* Loleba *en* Louleba, *Amboins op Hitoe* Utte Aul *en* Aule, *op Leytimora* Utte Aux, *op Hoeamohel* Tabat, *Macaſſaars* Boeloe Cariſſa, *dat is*, Boeloe Caſſer, *of ruige Bamboes, om dat ze onder alle zoorten van Bamboeſen 't meeſte van de ſtekelige hairtjes heeft. De eerſte zoort hiet in 't Maleits* Leleba pœti, *Amboinees* Utte Aul Tuni. *De tweede*, Leleba itam, *Amboinees* Utte aul mette. *De derde*, Leleba prava, *Maleits* Leleba Djakat, *Amboinees* Utte aul boppo. *De andere drie zeltzame zoorten hebben hare namen als boven.*

Plaats. *In de Weſterſe Eilanden van Water-India, is de* Leleba Nun *bekent, en op vele plaatſen gants niet, daar en tegen overvloedig in Amboina, en de Moluccos, waſſende met gehele boſſchagien by malkanderen, zo op het vlakke gebergte, als in de laagte, omtrent de ſtranden, inzonderheid de wilde of breedbladige zoorte, op Baly is ze onbekent, de geſchilderde vind men op Huamohel omtrent Luhoe, de regte witte op Macaſſer, en Cerams Noord-kuſt.*

Gebruik. Leleba *heeft een groot gebruik in de huishouding en bouwerk, want hare rieten worden in ſmalle riemen geſneden, 't buitenſte groene eerſt afgeſchrapt zynde, met deeze witte riempjes naait men niet alleen d'Amboinſe ſchalien,* Atap *genaamt, waar van men alle daken maakt, gelyk in 't eerſte Boek van de Sagu gezegt is, maar dezelfſte ſchalien bind men ook vaſt aan de latten van het dak met deze draden, en voorts allerhande goet daar bintwerk van noden is, als viskorven, ſerien enz. Dog daar toe heeft men nog andere touwen, die in Zeewater durabelder zyn, zomtyts, als gezegt, vind men in dit riet een klaar water, 't welk drinkbaar en aangenaam is, inzonderheid in 't droge gebergte, daar men anders dorſt moet lyden, dog de ſlaven, die dit riet met boſſchen na huis moeten dragen, zien dit water niet gaarn, om dat het haar een onnodige laſt maakt.*

De witte Leleba, *wegens hare ſchaarsheid, werd rondom de huizen en erven geplant, inzonderheid op Macaſſer, om dat men deszelfs lange witte pypen dikwils van noden heeft, inzonderheid om fraaije geſchilderde ſtokken daar van te maken, die men in de hand draagt, de figuren werden daar op gebrand met een gloeyende Tampoering of Calappus-dop, na 't believen van de kunſtenaar.*

De Leleben *werden geplant, als men de leden, daar de geheele knoeſten nog aan zyn, met 't ingeboren of ingegoten water gevult, ſchuins in de aarde begraaft, zo dat d'eene knoeſt uitſteke, dog zy waſſen van zelfs dikwils in de tuinen, als men boonſtokken daar van maakt: De wilde werd tot niets gebruikt, of men moeſt zomtyts de dikſte pypen in 't boſch nemen in plaats van potten, om eenige moeskruiden, als mede kleine visjes, en garnalen daar in te koken, 't welk zeer gemakkelyk met dit riet toegaat, en een groot geryf in 't boſch geeft, dog men kan het ook met de volgende zoort doen: Het Robong van alle Leleben is tot eeten onnut, in de Leleba, op Puloron waſſende, is ook zeer veel goet drinkwater, ja zelfs op de hoge bergen, 't welk anders op dat Eiland zeer ſchaars te vinden is, maar op de reſterende Bandaſe Eilanden is de Leleba onbekendt.*

d'Antipathie, die tuſſchen 't Vaderlands riet en 't Varenkruid is, bevind men aan 't Indiaans riet geenzins, want hier is niet gemeender dan rietſtruiken te zien, midden onder allerhande zoorten van Varen-kruid, daar en tegen is de Leleba, *en* Boeloe ſeroe *den brant zeer ligt onderworpen, zo dat ze malkander in de boſſen en hoge bergen zelfs in de brand ſteken, als ze by droge tyden en heete zonneſchyn door harde winden tegen malkander gewreven werden, 't welk men niet zelden in Ternaten ziet.*

EXPLICATIO

Tabulæ Primæ,

Quæ arundinem arboream tenuem, seu *Lelebam*, exhibet.

OBSERVATIO.

Variæ arundinis arboreæ Indicæ species, apud *Plukn. in Almag.* p. 53. commemorantur, videturque hæc esse Arundo arbor Indica procera, fructu Sesami in verticillis densis stipato. *Plukn. Mantiss. p.* 28. &c.

AANWYSINGE

Van de Eerste Plaat,

Vertoonende het *dunne boomagtige riet* ofte de *Leleba.*

AANMERKINGE.

Verscheide zoorten van de Indische Boomrieten komen by *Plukn Almag. p.* 53. voor, en deze schynt te zyn de Indische hooge Rietboom, met een vrugt van de Sesamum aan de steelen in knobbels dik by een groeiende, in *Plukn. Mantiss. p.* 28. &c.

CAPUT SECUNDUM.

Arundarbor Cratium. Bulu seru.

HÆ cum subsequentibus speciebus sensim magis crascescunt, & in altiorem excrescunt arundinem, quæ crassiorem quoque exhibet substantiam: *Bulu seru* autem densiorem format fruticem *Leleba;* ejusque arundo ad summum brachii crassitiem adtingit, plerumque enim tenuior est, in junioribus nempe fruticibus, qui haud multum detruncati fuere, brachii vel cruris crassitiem adtingit, in sæpius vero excisis atque vexatis fruticibus non ultra pollicem crassescit, arundinis substantia vix culmi crassitiem habet, ejusque internodia sunt breviora illis Lelebæ, viridia quoque & prope nodos dividuntur in plurimos laterales foliosos & nodosos ramulos.

Folia multo angustiora, magisque viridia sunt illis Lelebæ, coloremque Caricis habent, a septem ad tredecim pollices longa, ac superiora semper longiora sunt inferioribus, binos digitos lata, inferne lanuginosa, plurimi autem hujus fruticis canales non ultra pollicem crassi sunt, qui, licet firmi, per longitudinem tamen facile findi possunt, immo per ipsos nodos, unde & apti sunt ad quasvis crates ex ipsis nectendas.

Sub initium pluviosi anni temporis flores adparent, quo tempore & incolæ dicunt tusses vehementer grassari, perfecti vero fructus mense Januario observantur, qui sunt rugosi quasi nodi sibi arcte incumbentes, & ad petiolum sessiles, qui transversaliter ex superioribus excrescunt surculis, ita ut horum vertex supra fructus emineat, cum quibusdam foliis.

Fructus medulla repleti sunt alba & sicca: Robong seu surculus, quamdiu ulnæ longitudinem non superat, quodammodo edulis est, non autem adeo delicatus est in Amboina quam in Baleya, quum Amboinensis quodammodo amaricet, rectissime autem instar hastæ excrescit ad ipsius fruticis altitudinem, antequam in folia sese explicet, estque externe viridis intermixto fusco colore, in quibusdam vetustorum canalium seu fistularum locis lympha quoque stagnat.

Nomen. Latine *Arundarbor Cratium*, juxta Malajense *Bulu seru*, uti paulo post latius indicabitur; Amboinice *Wannat:* in Huamohela *Utte Wannat*, Macassarice *Tallam*, Baleyice *Tamalla*, Ternatice *Louw*, Bandice *Suelen.*

Locus. In Amboina copiosior est, inque ejus plaga, Leytimora dicta, frequentior quam in aliis locis, atque porro nota est per omnes ipsi adjacentes insulas usque ad Javam & Baleyam, licet quasdam exhibeat varietates juxta insularum varietatem; Leytimorensis enim ad minoris brachii crassitiem excrescit, atque in quibusdam insulis ad Eurum sitis ingentes frutices & vastas ejus observavi silvas, quorum fistulæ omnes non ultra digitum vel pollicem crassæ erant, atque multo magis albæ quam in ullis aliis locis.

Usus. Maximum hæc arundo præbet usum ad crates & sepes, quibus piscium claustra (*Serien* dicta) obcluduntur, quumque sæpius *Serien* mentio in nostro opere obcurrat, hinc sciendum est, *Seru*, seu, uti nos Belgice dicimus, *Seri*, certos esse quasi piscium hortos seu excipula, quæ in litore formantur ad pisces in iis capiendos, fere eodem modo, quo apud nos Salmones capiuntur, sed non ita pretioso & minori adparatu, seri enim primo constat ex longo sepium ordine ex mattis seu cratibus compositarum, quæ

II. HOOFDSTUK.

Het Boomriet Cratium genaamt.

D*Eeze en de volgende zoorten beginnen nu allengskens dikker en hoger van riet te werden, en 't riet zelfs dikker van substantie. De* Bulu seru *is digter van struik dan de* Leleba; *het riet zelfs is op 't hoogste een arm dik, maar in 't gemeen minder, te weten, aan jonge struiken, daar aan men nog niet veel gekapt heeft, is het een arm en been dik, maar aan de uitgekapte en uitgemergelde struiken werd het niet boven een duim dik, de substantie des riets heeft schaars de dikte van een schaft, de leden zyn korter dan aan de Leleba, ook gras-groen, en verdeelen haar by de knoesten in vele gebladerde en knoestige zyde-takken.*

De bladeren zyn smalder, en ligter groen dan aan de Leleba, van verwe als 't snygras, van seven tot dertien duimen lang, zynde de voorste altyd langer dan de agterste, twee vingeren breed, aan de onderste zyde wolagtig, aan 't meeste deel van den struik zyn de pypen niet boven een duim dik en styf, de pypen laten haar ligt in de lengte splyten, door knoesten en al, en daarom zyn ze bequaam om allerhande borden van te vlegten.

In 't begin van den regen Mousson, ziet men 't bloeizel, als wanneer de Inlanders zeggen, dat de hoesten sterk regneren, maar de volkomen vrugten ziet men in January, 't welk zyn eenige ruige knopen op malkanderen gedrongen, digt aan de stelen zittende, en dwers uit de bovenste ryskens uitschietende, zo dat 't einde of spitse derzelver nog uitsteekt boven de vrugten, met eenige bladeren.

De vrugten hebben een wit droog merg, het Robong of maandelyk uitspruitsel, zo lange 't de lengte van een el niet overtreft, is eenigzins eetbaar, dog in Amboina zo goed niet als op Bali, vermits het Amboinse wat bitter is, en 't schiet op met een regte piek zo hoog als de struik zelfs is, eer het zig in bladeren opent, van buiten groen, met bruin gemengt, hier en daar vint men in de onderste pypen ook water.

Naam. *In 't Latyn* Arundarbor Cratium, *naar 't Maleits* Bulu seru, *als kort hier na zal gezegt werden, op Amboins* Wannat, *op Huamohel* Utte wannat, *Macassar* Tallam, *Baleis* Tamalla, *Ternataans* Louw, *Banda* Suelen.

Plaats. *In Amboina vint men het meer op 't Landeken Leytimor, dan op andere plaatsen, en voorts is 't bekent door alle omleggende Eilanden, tot Java en Bali toe, hoewel met eenige veranderingen, na de verscheidentheid der Eilanden; want het Leytimorse word een kleinen arm dik, en op zommige van de Zuidooster Eilanden hebbe ik groote struiken en gehele bosschagien daar van gezien, daar aan alle de pypen niet boven een vinger of duim dik waren, en veel witter van coleur dan elders.*

Gebruik. *Het meeste gebruik van dit riet bestaat tot beiningen of horden te maken, waar mede men de groote vistuinen (*Serien *genaamt) bezet, en om dat wy dikwils van de* Serien *gewag maken, zoo staat te weten, dat* Seru, *of gelyk wy in 't Duitsch zeggen* Seri, *zyn zekere vistuinen of visvangsten, die men op de stranden zet om vis daar in te vangen, schier op die manier als by ons de Salm-vangst, hoewel veel onkostelyker en geringer van toestel, want een Seri heeft voor eerst een lange rye als een beining, van matten of horden, van deeze gesple-*

quæ ex fiſſis hiſce arundinibus nectuntur, atque tranſverſaliter per litus extenduntur, dein ad ejus caput, quod profundiſſimus eſt locus, binæ ſunt quaſi cameræ triangulares inæqualis magnitudinis, in longo iſto ordine porrectæ, quæ hiſce mattis cinguntur, ad collum vero majoris cameræ, in quod longa iſta linea determinatur, (quæ lingua dicitur) minor conſtructa eſt janua ſenſim magis coarctata inſtar naſſæ, per quam piſces introlunt, nec facile iterum retrogradi poſſunt, ſed morari ibi oportet, donec majori excipulo ex iisdem arundinibus conſtructo tollantur, hæc autem piſcatores ſubtili arte ab inferiore parte norunt intrudere, erectæ vero iſtæ mattæ altitudinem habent ſex, ſeptem, immo decem pedum, prout ſoli decurrentis profunditas id requirit, ad caput enim, ad minimum per pedis altitudinem, ſupra ſummam aquam debent eſſe elevatæ, ſuntque conſtructæ ex hac arundine in multos aſſerculos ſeu lineolas fiſſa, digitum circiter latæ, inque iſtum ordinem & altitudinem elevatæ, atque loreolis præcedentis Lelebæ vel alia per ligacula connexæ tali modo, ut convolvi & tranſportari poſſint in alia loca, per aliquot vero ſeptimanas hæ lineæ fumo indurandæ ſunt, antequam connectantur, unde in aqua marina durabiliores ſunt, atque hinc arundo hæc non tantum cognominatur *Bulu ſeru*, ſed omnes etiam tales mattæ ex arundine elevata connexæ *Seru ſeru* vocantur, quæ quotidie adhibentur inſtar cancellorum, quibus feneſtræ, januæ, & cameræ obnubilantur, ad prætereuntium introſpectum inpediendum: Stipites hujus arundinis longi & recti, nec ultra pollicem craſſi optime conducunt piſcatoriis virgis.

Robong, uti dictum fuit, quam rariſſime ab Amboinenſibus editur, quum nimis ſit tenue, lentum, & amarum, in Baleya autem eſui aptum redditur, ſi per noctem in aqua maceretur.

Tibing Baleyenſis, hujus *Bulu ſeru* ſpecies eſt, latiora gerens folia, & tenuem arundinem, quæ ſubſtantia ſua cum Leleba convenit, ſed quæ adeo mollis, attamen tam lenta eſt, ut nulla huic ſimilis reperiatur, ex loreolis enim hujus arundinis in lineolas ſciſſis, & in aqua parum maceratis, non tantum varia ligaminum opera formantur, ſed fila etiam ex his necti poſſunt; hanc quoque qualitatem poſſidet Celebenſium *Bulu ſeru*, ex qua Macaſſarenſes & Bœgenſes pilea conſtruunt ſubtiliſſime connexa, quæ capiti imponunt.

In Ternata ſilveſtris quoque *Bulu ſeru* creſcit ſpecies, *Lou furu* ibi dicta, quæ tenuiſſimam gerit arundinem, nec ulli inſervit uſui, quæque in Leytimora quoque obcurrit, atque ibi *Bulu parampuan* vocatur, quum adeo mollis & inutilis ſit ſubſtantiæ.

Louw louw omnium tenuiſſima eſt arundo, & in ſilvis vulgatiſſima, *Tutori* in Mampa, *Kakibele* in Burone dicta, ex hac formatur Pancawa, quæ lineolæ ſeu aſſerculi ſunt, circa quos Adap circumſuitur; conducit etiam telis, longamque gerit paniculam inſtar plumæ: Tribuli ex hac quoque formantur, quorum apices parum aduruntur, ut eo duriores ſint, diſtinguenda autem hæc eſt a Louw Louw *Cap.* ſexto deſcripta.

Sinenſium *Cui Tick*, meo quidem judicio, eſt *Bulu ſeru*, tenuiſſimam enim habet ſubſtantiam inter omnes Sinenſium arundines, quæ copioſe in maritimis creſcit provinciis, cujus *Robong* plebi quotidianum præbet cibum.

Secunda Sinenſium *Bulu ſeru* ſpecies *Tuigkhiaa* vocatur, eſtque minima arundo, fiſtulas gerens haud digito craſſiores, quarum internodia longiſſima ſunt, hujusque *Robong* ad chartas conficiendas adhibetur.

Moa Tick forte erit magna iſta arundo, quam *Pater Martinus* in Sinenſi ſuo atlante in Zephyrea Provincia *Quantung*, ſed ſine nomine, deſcribit, in ejus montibus, nempe cujus fiſtulæ craſſitiem decem immo plurium palmarum in diametro habent, de qua vide ſequens caput, dicunt porro Sinenſes, arundinem hanc nomen ſuum ſortitam fuiſſe ab anguillis majoribus, Sinenſibus *Moä* dictis, quæ ingentes admodum & craſſæ in ſtagnis iſtorum montium latitant, atque in terram prorepentes juniorem hujus arundinis Robong depaſcuntur.

Robong vero hujus & præcedentium ſpecierum Sinenſibus non tantum inſervit cibo, ſed etiam ad chartas ex ipſo formandas, quum in pultem coquatur, atque

geſpletene Bamboeſen gemaakt, dwers over het ſtrant gezet, voorts aan 't hooft, daar de diepte begint, heeft het twee kamers als twee triangels, van ongelyke grootte, op de voorſz. lange linien ſtaande, en met dezelfſte matten omzet, aan de hals van de grote kamer, daar de lange linie (die men de tong noemt) eindigt, is een deurtje allengskens ſmaller toelopende, gelyk een fuik, daar de vis in gaat, en binnen gekomen zynde, niet ligt weder kan uitkomen, maar moet daar in blyven, tot dat hy 'er uitgeligt wert, met een grote mat van dezelve Bamboeſen gemaakt, die de Viſſers van onderen daar in weten te brengen, de voorſz. opſtaande matten nu hebben de hoogte van ſes, ſeven, en tien voeten, na dat den afgaande gront vereiſcht, want zy moeten aan de hoofden ten minſten een voet boven het hoogſte water uitſteken, en zyn gemaakt uit dit riet, in vele latjes of regeltjes geſpleten, omtrent een vinger breed, en in voorſz. lengte allegaar over eind ſtaande, en met de riempjes van voorn. Leleba of ander bindwerk aan malkanker geregen, dat men ze zamen kan rollen, en dragen, waar men wil, dog men moet ze eerſt eenige weken beroken, eer men ze aan 't werk neemt, waar door ze in zout water durabelder werden: hier van heeft nu niet alleen dit riet de bynaam Bulu ſeru, *maar ook alle diergelyke matten van ſtaande riet, aan malkander geregen, werden* Seru ſeru *genaamt, die men dagelyks gebruikt, als tralien, om venſters, deuren, en kamers daar mede te behangen, om de voorbygaande het inkyken te beletten: de lange regte ſtokken, niet boven een duim dik, zyn bequaam tot angel-roeden.*

Het Robong, *als gezegt, wort zelden van de Amboineſen gegeten, om dat het te dun, taai, en bitter is, maar op Bali wert het bequaam gemaakt, als men 't een nagt in 't water weekt.*

Tihing *is op Bali een zoort van deze* Bulu ſeru, *met breder bladeren, en een dun riet van ſubſtantie, gelyk de Leleba, maar zo taai en week, dat hares gelyken niet is, want uit de geſnede riempjes, ſlegts een weinig in water geweekt, konnen ze niet alleen allerlei bindwerk maken, maar ook touwen vlegten: van zodanige eigenſchap is ook de* Bulu ſeru *op Celebes, waar uit de Macaſſaren en Boegis mutſen maken, zeer fyn gevlogten, die zy op 't hooft dragen.*

Op Ternaten waſt nog een wilde zoort van Bulu ſeru, *aldaar genaamt* Lou furu, *zeer dun van riet, en tot niets gebruikelyk, 't welk ook op Leytimor waſt, en aldaar* Bulu parampuan *genaamt wert, om dat het zo week en ondeugent van ſubſtantie is.*

Louw louw *is 't alderdunſte riet, en zeer gemeen in de boſſchen,* Tutori *op Manipa,* Kakibele *op Boero genaamt; hier van maakt men het Pancawa, dat zyn de ribbetjes, daar men 't Adap om naait, is ook dienſtig tot pylen, en heeft een lange witte pluim als een pluimagie; men maakt 'er ook voet en ſcheenangels van, welkers ſpitſen wat gebrant werden, om te harder te zyn, dog men moet dit onderſcheiden van 't* Louw louw, *Cap. 6. beſchreven.*

Cui tick *in China waſſende, is myns eragtens de* Bulu ſeru, *want zy is de dunſte van ſubſtantie, onder alle de Chineeſe rieten, overvloedig in de Zee-provintien waſſende, en wiens Robong aan 't gemeen volkje dagelyks koſt verſchaft.*

De tweede Chineeſe zoorte van Bulu ſeru *hiet* Tuigkhiaa, *en is 't allerkleinſte riet met pypen, niet boven een vinger dik, en zeer lange leden, het* Robong *hier van wert tot papier-maken gebruikt.*

Moä tick *zal miſſchien dat grote riet zyn, 't welk Pater Martinus in zynen Chineeſen Atlas in de Zuider-provintie Quantung, dog zonder naam, beſchryft, op deszelfs gebergte waſſende, van pypen zo dik, dat zy tien en meer palmen in de rondte beſlaan, waar van ziet in 't volgende Capittel: voorts zeggen de Chineeſen, dat dit riet zyn name hebbe van de groote Aalen, in 't Chinees* Moä *genaamt, dewelke zig zeer groot en dik in die meiren van dit gebergte ophouden, en op 't lant gaande, 't jonge Robong van dit riet opeeten.*

Het Robong van deeze en de voorgaande zoorte, dient haar niet alleen voor koſt, maar ook om het Chineeſe papier daar van te maken, als zy 't zelve tot pap koken, en

atque in tenues explicetur lamellas, chartæ vero hæ ſunt longæ & tenues membranæ, tenerrimæ ſubſtantiæ & flaveſcentes, qualis apud nos eſt liber Tiliæ vel Betulæ ita ut ab utraque parte inſcribi nequeant, ſed duplicari illas oportet & ad oras conſuere vel conglutinare: ars autem papyri conficiendi apud Sinenſes quam antiquiſſima eſt, atramentum vero noſtrum & acuti ſtili ſeu pennæ ipſarum uſui non conducunt, illi vero penicillis illas inſcribunt, ipſorumque atramentum ex fuligine conficitur.

Sinenſis papyri præparationem ex arundine Sinenſis atlas habet in ſeptima provincia Huquang, alii vero mihi ſequentem indicarunt modum: tenera arundo ſeu Robong in minutas conſcinditur partes, inque aqua coquitur, contunditur, ſæpiusque cribratur, fere eodem modo, quo apud noſtrates papyrum conficitur. Ex Robong *Bulu ſwangi*, aliud formatur papyrum lentum, in pingendo utile, quale eſt Deluwam Tambuccenſe; ſi Sinenſium chartæ triplicantur & adglutinantur cum Candje, craſſum & politum exhibet papyrum, quod pingendo aptum eſt: Ex ſecunda ſpecie umbellæ formantur.

en tot dunne velletjes uitbreiden: dit papier zyn lange en dunne vellen, zeer teer om te handelen, en geelagtig, gelyk by ons de binnenſte linden of beuken baſt: men kan 'er geenzins te weerzyden op ſchryven, maar moet het dubbelt vouwen, en met de einden t'zamen naaijen of plakken; zynde de konſt van 't papier maken by henluiden zeer oud: onze inct en ſcherpe pennen deugen 'er niet op, maar zy ſchryven met pinceelen daar op, en hare inct wert van zwartſel of kienreot gemaakt.

Het maken van Chinees papier uit riet, wert ook beduit in den Chineeſen Atlas, in de ſevende Provintie Huquang, andere hebben 't my aldus opgegeven: het jonge riet of Robong wert kleen geſneden, en in water gekookt, geſtampt, en dikwils doorgezegen, ſchier gelyk wy ons papier maken. Uit Bulu ſwangis *Robong werd een ander papier gemaakt, 't welk taai is, en tot pakken dient, gelyk Deluwan van Tambucco; als men 't Chineeſe papier driedubbelt op malkanderen plakt met Candje, zo werd daar uit een dik en glad papier, bequaam om daar op te ſchilderen; uit de tweede zoorte maakt men de kuperſols.*

CAPUT TERTIUM.

Arundarbor ſpiculorum. Bulutuy.

TErtia arundinis Indicæ ſpecies tantam cum *Leleba alba* gerit ſimilitudinem, præſertim ſiccæ & depuratæ ejus fiſtulæ, ut una eademque haberetur, maxime tamen a ſeſe invicem differunt, unde & hanc ad diverſam reduxi ſpeciem: Craſſum hæc format fruticem, cujus interni majores trunci ultra binos digitos craſſi ſunt, externi vero minoris digiti craſſitiem vix habent, magnos & longiſſimos gerit hæc arundo articulos, tres cum dimidio & quatuor pedes longos, externe pallide virentes, rugoſosque inſtar pellis galei, ita ut Sideroxylum & durum os iis poliri poſſit, exteriores vero & tenuiores fiſtulæ glabriores ſunt.

Hujus arundinis ſubſtantia craſſior & ſolidior eſt illa Lelebæ, adeoque dura, ut ſi majori cultro, Parang dicto, cædatur, ignis ſcintillæ exſiliant, articulorum nodis multi inſident ſurculi tenues uti in Leleba, horum vero plures adeo breves & firmi ſunt, ut ſpinas mentiantur, & vulnera cauſſent.

Folia potiſſimum illa nigræ Lelebæ æmulantur, ſed ſunt glabriora, nec hirta, attamen ſcabra & rugoſa, ſi manibus tractentur; Flores ejus verticillati ac ſemina eodem modo proveniunt, quo ſupra de Leleba fuit dictum. Tantos format ſtolones, ut ad craſſas fiſtulas quis accedere nequeat, niſi prius tenues quaſdam detruncet; ejus radices & Robong haud differunt ab illis Lelebæ: in ſolo creſcit nigro & argilloſo tam in planitie quam in montibus humidioribus & ſaxoſis.

Nomen. Latine *Arundarbor ſpiculorum:* Malaice & Baleyice *Bulutuy*, Ternatice *Tabatico Tuy*, & *Tuy Tuy*, Bandice *Fuluck*, Amboinice *Utte lauit*, Huamohelice *Tinat*.

Locus. Copioſe in inſulis creſcit Moluccis, rarius in Amboina, ac potiſſimum in Manipa & parva Cerama; in Javæ media regione itidem obcurrit, & circa litoreos pagos plantatur ob fiſtularum commodum.

Uſus. Ex hiſce fiſtulis incolæ Moluccenſes, Javani, & Baleyenſes, ſuas formant tibias, Ternatice *Tuy* dictas, unde & hæc arundo ſuum ſortita fuit nomen, acſi tibialis arundo vocaretur: Optima miſſilia, *Sagu ſagu* dicta, ex hac quoque formantur arundine, ſi toti nempe ejus ſtipites ad extremum in acutum modo cædantur apicem, ac parum adurantur, qui tam pertinaciter penetrant, ut totum hominem jaculatione perforent; unde & Latine mihi dicitur *Arundarbor ſpiculorum* h. e. *arundo jaculatoria:* His in locis, in quibus copioſe creſcit, ad *Seri* conficiendum adhiberi poteſt, durabilior enim eſt *Bulu ſeru*.

Bulutuy in Muſſalauta creſcens, nihil aliud eſt quam ſupra memorata *Leleba alba*, quæ fiſtulas ſeu articulos gerit quatuor pedes & ultra longos, qui ſi arena

III. HOOFDSTUK.

De Pyl-rietboom Bulutuy genaamt.

DE derde zoort van 't Indiaans riet heeft zulke gelykeniſſe met de Leleba alba, *inzonderheid de droge en ſchoongemaakte pypen, dat men ze voor eenderlei zoude aanzien, egter verſchillen zy merkelyk van malkander, dierhalven ik ze tot een byzondere zoorte make; het groeit met een digte ſtruik, waar van de binnenſte hooft-ſtammen ruim twee vingeren dik zyn. De buitenſte zyn ſchaars een pink dik, 't heeft zeer lange leden drie en een half en vier voeten lang, van buiten doods-groen, en zo ruig als een baye vel, dat men yzer, hout, en been daar mede ſchuren kan; dog de buitenſte en dunne pypen zyn gladder.*

De ſubſtantie des riets is dikker en vaſter dan aan de Leleba, *zo hard, dat als men met een goede Parrang daar in kapt, vonken vuurs daar uit ſpringen, aan de knien der leden ſtaan vele dunne ryskens, gelyk aan de Leleba, dog vele der zelver zo kort en ſtyf, dat zy doornen gelyken, en ook beſeren.*

De bladeren gelyken meeſt na de zwarte Leleba, dog zyn gladder, en niet hairig, evenwel nog al ſcherp en ruuw, als men ze handelt; zyn knoppig bloeiſel en zaat brengt het voort, gelyk boven van de Leleba gezegt is, 't maakt zo groote ſtoelen, dat men by de dikke pypen niet komen kan, of men moet eerſt een deel van de dunne wegkappen; zyn wortel en robong, of raboorden verſchillen niet van de Leleba, 't groeit in een zwarte kleigront, zo wel in de vlakte als op 't gebergte, daar het wat vogtig is, en groote ſteenen onder lopen.

Naam. *In't Latyn* Arundarbor ſpiculorum, *op Maleits en Baleits* Bulutuy, *Ternataans* Tabatico tuy, *en* Tuy tuy, *Bandaas* Fuluck, *Amboins* Utte lauit, *op Huamohel* Tinat.

Plaats. *Men vint het overvloedig in de Moluxe Eilanden, weinig in Amboina, en 't meeſte op Manipa en kleen Ceram, op Java valt het landwaart in, dog wert ontrent de Strant-Negoryen geplant, wegens 't gerief der pypen.*

Gebruik. *Van deze pypen maken de Inlanders in de Moluccos, Java, en Baley hare fluiten, in 't Ternataans* Tuy *genaamt, waar van dit riet de naam heeft, als of men fluit-riet zeide, de beſte werpſpieſſen,* Sagu ſagu *genaamt, maakt men ook van dit riet, als men de gehele ſtokken voor ſlegts ſpits kapt, en een weinig brand, die zo vinnig doordringen, dat zy een menſch daar mede door en door werpen, daarom ik 't in 't Latyn* Arundarbor ſpiculorum, *dat is, werpriet genaamt heb. Ter plaatſe daar 't overvloedig is, kan men 't ook tot* Seri *maken gebruiken, want het is durabelder als 't* Bulu ſeru.

De Bulutuy *of Muſſalaut waſſende, is anders niet dan de bovengenoemde* Leleba alba, *met pypen, of leden van vier voeten lang of meer, met zant geſchuurt zynde,* zeer

arena fricentur, albiffimi funt, & politiffimi, atque a mulierculis ibidem multum adhibentur ad textorios radios. Arundinis fubftantia bina cultrorum dorfa eft craffa, fed non tam dura quam veræ *Bulutuy*, quæ non adeo craffas quoque gerit fiftulas.

Si ædicula vel bacillum ex acuta hac arundine formetur, cui imponitur pfittacus Loeri dictus, qui mordaciffimus eft, roftrum fuum atque ungues adeo hebetat, ut in pofterum haud multum lædere poffit. Fiftulæ quoque tabacariæ ex hac formantur arundine, uti & pifcatoriæ virgæ, atque certi bacilli, quibus albi annuli ab interiore poliuntur parte, qui ex cochleis marinis formantur, item jaculi quoddam genus, vulgo *Caloway* dictum, in Moluccæ infulis quam ufitatiffimum, binas cum dimidio & tres ulnas longum, ac digitum craffum, quod in acutum determinatur apicem, qui ex eadem arundine, vel alio quovis duro ligno ipfi inplantatur, hoc jaculum ex alia quadam arundine, tanquam ex balifta emittunt non tantum in hoftem, fed etiam in aërem, ut decidua tela perpendiculariter quoque læderent tales, qui poft frutices vel rupes fefe forte occultaverant: Horum telorum malignitatem augent, quum horum apices deleterio quodam fucco infeftant, vel ipfis adligant officulum hamatum, quod colligunt ex cauda pifcis paftinacæ marinæ dicti, cui mucus niger ficcus adhæret, ac dolorificum cauffat vulnus ob innumeros recurvos uncos.

Superiora & maxima folia hujus arundinis, palmam lata, polita, & a fcabritie depurata in conviviis adhibentur, ad Oryzam ipfis incoquendam.

Ad *Bulu tuy* quidam referunt *Tapile*, licet nullo modo fit villofa, nos autem fupra capite primo hanc ad quartam *Lelebæ* fpeciem retulimus.

zeer wit en glad, die de vrouwen aldaar veel gebruiken, tot fpoelen in 't weven: de fubftantie des riets is twee mesruggen dik, maar zo hart niet als de regte Bulutuy, *dewelke ook zo dik van pypen niet werd.*

Als men een huisje of ftokje van dit fcherpe riet maakt, en zet 'er een Loeri op, die bytagtig is, zo flypt by zyne fnebben en nagels zo ftomp, dat hy geen grote fchade kan doen, men maakt 'er de pypen ook van, daar men de tabak door rookt, angel-roeden, en zommige ftokjes, waar mede men de witte ringen van binnen glad vylt, van zommige zeeboorntjes gemaakt, als mede nog een ander flag werppylen, in 't gemeen Caloway *genaamt, in de Moluxe Eilanden zeer gebruikelyk, twee en een half en drie ellen lang, en een vinger dik, voor met een fcherpe fpits, van 't zelfde riet, of van ander hart hout daar ingeftoken, deze werpenze uit een ander riet, als uit een buffe, niet alleen regt op de vyanden, maar ook in de lugt, op dat ze van boven neervallende, dezelve al evenwel zouden raken, of die miffchien agter de ruigte, of eenige klippen verborgen ftonden. De fnootheid dezer pylen vermeerderen zy, als zy de fpitfe met eenige fenynige fappen beftryken, of daar aan binden het gebaakte beentje, uit de fteert van de vifch genaamt Peilfteert, daar 't zwarte flym aangedroogt is, en een pynlyke quetfuur maakt, wegens de vele wederhaken.*

De voorfte en grootfte bladeren een hand breet zynde, gefchuurt, en van de ruigte gezuivert, gebruikt men om ryft daar in te koken, op eenige maaltyden.

Onder de Bulu tuy *rekenen zommige de* Tapile, *hoewel niets ruigs daar aan is, maar wy hebbenze boven Capittel* 1. *tot de vierde zoorte van* Leleba *gebragt.*

N. B. Hifce binis capitibus, uti & fubfequenti nullæ fubjunctæ fuere in Rumphiano opere Figuræ, forte ob nimiam inter fefe convenientiam, quæ itaque ex defcriptione cum reliquis Figuris comparata fuppleri poterunt.

N. B. By deeze twee Hoofdftukken, als mede by het volgende, zyn in het Werk van Rumphius geen Figuren gevoegt, mogelyk om de al te groote gelykheid en overeenkomft, welke derhalven uit de befchryving met de overige Figuren vergeleken, aangevult kunnen werden.

CAPUT QUARTUM.

Arundarbor vafaria. Bulu Java.

TRes fubfequentes fpecies incolæ fub uno peculiari comprehendunt genere, quæ conftituunt arundinem Indicam arboream feu arborefcentem, generali nomine Amboinenfi *Terin* feu *Telin* dictam, quæ in tres fubdividitur fpecies, uti prima eft *Terin vulgaris*, feu *Arundarbor vafaria*, fecunda *Terin Kaburu*, feu *Babuli*, arundarbor afpera dicta: tertia Terin *Mayfele*, *Bulu fammet* & *Bulu Gantang*, *Arundarbor maxima* mihi vocata, quarum binas pofteriores in fubfequenti defcribemus capite.

Arundarbor vafaria, feu *Bulu Java* elegantiffima & politiffima eft arundo, in vulgaris arboris altitudinem excrefcens, ad quinquaginta nempe pedum altitudinem, in Amboina autem non ultra triginta fex pedum altitudinem crefcit, quum hic fit exotica, & aliunde deducta: Ejus internodia funt binos & tres pollices longa, ultra pedem craffa, viridia, & glabra.

Ligni ipfius fubftantia vix minorem digitum craffa eft, atque ad nodos undique plurimi tenues eriguntur furculi, quorum maximus orgynum longus atque in articulos divifus eft, omnes vero ad ortum rugofa obducti funt vagina, atque rarioribus pilis hirti, qui cum ramis fenfim decidunt, atque arundinem glabram conftituunt.

Folia in ramulorum fummo locata funt plurima fimul, inæqualis magnitudinis, inferiora enim minima funt, fex octoque pollices longa, unam lata, fuperiora tredecim & quatuordecim pollicum longitudinem habent, inque furculis feptendecim pollicum, fefqui & binorum pollicum latitudinem, quæ in breves determinantur apices. Suntque porro acute & fubtiliter nervofa, tenuia, & ad oras acuta, fi retrorfum fricentur, in junioribus fruticibus fubtus parum lanuginofa, in vetuftioribus glabra.

Flores fructusque huc usque mihi ignoti funt, quum hic eousque excrefcere non permittatur, quos tamen fine dubio aliis in regionibus producet.

Radix

IV. HOOFDSTUK.

Het Vaten-Riet.

D*E volgende drie zoorten werden van de Inlanders voor een geflagt op zig zelven gehouden, uitmakende 't geen men eigentlyk Indiaanfch boomagtig riet,* Arundarbor *en* Arundo arborefcens *noemt, met een generale naam: in 't Amboins* Terin *of* Telin, *onderdeelt in drie zoorten,* 1. Terin *'t gemeene,* Arundarbor vafaria. 2. Terin Kahuru *of* Babuli arundarbor afpera. 3. Terin mayfele, Bulu fammet, *en* Bulu gantang arundarbor maxima, *waar van wy de twee laatfte in 't volgende Hoofdftuk befchryven zullen.*

Arundarbor vafaria *of* Bulu Java, *is 't fraaifte van aanzien, en 't gladfte van riet, gewint de hoogte van een middelbare boom, namentlyk van vyftig voeten hoog, dog in Ambon komt het niet boven fes en dertig voeten, dewyle 't alhier vreemt, en van elders ingebragt is. De leden zyn twee en drie voeten lang, ruim een been dik, gras-groen, en glad.*

De fubftantie des houts is fchaars een pink dik, aan de knien ftaan rontom vele dunne ryskens, de langfte een vadem lang, en in knietjes verdeelt: alle by den oorfpronk bekleedt met een ruige fchede, die weinig van die fteekelige haartjes hebben, en als de takken met 'er tyd afvallen, het riet glad laten.

De bladeren ftaan aan 't voorfte der takken gedrongen op malkander, van ongelyke grootte; want de agterfte zyn de kleinfte, fes en zeven duimen lang, een duim breed, de voorfte dertien en veertien, aan de jonge fpruiten zeventien duimen lang, anderhalve en twee duimen breed, met korte fpitfen: voorts zynze digt of fyn geribt, dun, en aan de kanten fcherp, als men ze agterwaarts ftrykt, aan de jonge ftruiken van onder een weinig wolagtig, aan de oude effen.

Het bloeifel en zaat is nog onbekent, om dat men 't zelden zo oud laat werden, die 't nogtans in andere landen buiten twyffel heeft.

De

Radix in plurimos dividitur nodos, pueri brachium crassa, non perpendiculariter decurrens, sed more omnium harum arundinum transversaliter prorepens, hinc inde elevata, ubi novos emittit surculos, atque mox alias laterales radices, quæ inferius innumeris ac fortissimis fibrillis figuntur, per quas arundinis hujus stipes quam fortissime terræ ipsi inhæret, incomptamque ibi format molem, quæ ad magnam distantiam extenditur, intricatamque hujus arundinis congeriem constituit.

Ejus Robong seu surculus ex terra excrescens ad majorem distantiam ex matrice propullulat quam in prioribus, estque primo acuminatus conus, acutis squamis obductus, continuo circa novi- & plenilunium progerminans, in aliis regionibus ad viginti quinque & triginta pedum altitudinem, hic autem in Amboina ad octodecim & viginti pedum altitudinem erigitur, antequam in folia & laterales sese explicet ramulos, in hoc autem cornu genicula jam adparent, quæ inferius pedem & superius sesquipedem longa sunt, undique vagina obducta instar caligæ, & exterius rugosa sunt instar lamii piscis pellis, inferius glabra uti membrana, quum cornu istud in folia superius sese explicet, vaginæ hæ sensim decidunt, vel sese convolvunt in solidam massam.

Peculiarem habent omnes hæ arborescentes arundines qualitatem, ac præsertim subsequens *Bulu swangi*, quod juniores nempe stipites multo sint crassiores, quam vetusti, ac nihilominus tamen hi non marcescant vel rugosi sint, sed glabri & politi manent instar juniorum, quale exemplum Anatomici in muliebri utero nobis subpetunt.

Juniores arundines plerumque in inferioribus suis nodis semi-repletæ utcunque sunt lympida aqua potabili, quæ hisce in terris sensim evanescit, in aliis vero regionibus exsiccatur in substantiam albam & calceam, quæ *Tabaxir* vocatur.

Nomen. Latine *Arundarbor vasaria*, Malaice *Bulu Java*, Amboinice *Terin* & *Telin*, Ternatice *Tabatico Java*, Macassarice *Bulu Totoan*, Baleyice *Tielapong*.

Locus. Optima & maxima in Java crescit, unde & nomen gerit, hic in Amboina, Cerama, & Moluccis quoque obcurrit in sufficienti satis quantitate, sed potissimum plantata, atque sensim adeo multiplicata, ut indigena putaretur esse; toti enim campi seu Lattars hac arundine occupati obcurrunt, qualis præ cæteris conspicitur in Leytimora, in Oerimessing montibus: Quotidie etiam in hortis silvestribus plantatur, & prope ædes ob magnum fistularum commodum, unde & vetitum est hanc cædere arundinem sine consensu domini.

Usus. Hujus arundinis fistulæ quotidiano sunt in usu ad aquam petendam, longissima enim ejus eliguntur internodia, relictis ab utraque parte nodis, ad unam autem partem transversale formatur foramen, per quod aqua recipitur, alioquin stipitem sumunt ex binis tribusve internodiis constantem, quorum superior & medius perforatur nodus: Tales arundines ancillæ & mulieres humeris gerunt ad aquam ex flumine petendam sub vesperam, quas aqua replent pro tota sua familia in subsequentem diem, aqua enim optime in hisce conservatur arundinibus, nec ullum ex illis adtrahit saporem, si modo fuerint obturatæ.

Arundines in arbore senescentes albicant vel flavescunt, ex quibus varia cistarum genera, ampullæ, & mattæ formantur, quales etiam Saguero & Calappo adpenduntur, ad potum harum arborum conligendum: Harum arundinum sufficientem semper secum ducunt incolæ copiam in navigiis, ac præsertim in illis Corre Corren dictis, ut ubique ad flumen adpellentes aquam haurire possint.

In veteri India, Java, Baleya, Celebe, & cunctis in locis, in quibus Gabba deficit, omnes domuum parietes, tabulata, sedilia firma, sepes seu paggers ex hac conficiuntur arundine, si hæc prius arena fricetur, donec omnis viriditas sit sublata, totaque arundo albescat seu flavescat, quæ in quatuor vel plures finditur asseres, qui sibi adunantur: toti stipites apti sunt ad scalas ex iis formandas antennasque minorum navigiorum: Hujus fistulæ ab una parte apertæ inservire quoque possunt ad leve incendium exstinguendum, quum aqua ex iis ad longam satis distantiam projici possit.

De wortel is in vele leden verdeelt, een kinder-arm dik, niet regt nedergaande, maar na de manier van alle deeze rieten dwers kruipende, hier en daar zig verheffende, en nieuwe scheuten voortbrengende, daar zy dan straks weder andere wortelen ter zyden uitschieten, van onderen met ontelbare sterke vaselingen behangen, waar mede de stok zeer vast in de grond staat, en een verwerde klomp maakt, waar door men een grote plaats van dit riet met de wortelen aan malkander vind hangen.

Zyn Robong of jong riet komt wat verder van de moer des stoks uit dan aan de voorgaande, eerst een spitse kegel met scherpe schubben bekleed, telkens omtrent de nieuwe en volle Maan voor den dag komende, in andere landen tot vyf en twintig en dertig voeten, hier in Amboina tot agttien en twintig opschietende, eer het zig in bladeren en zydetakken verdeelt; dog aan dit hoorn kan men de leden al bemerken, dewelke beneden een voet en boven anderhalf lang zyn, rondom bekleed met een schede, als een kous, van buiten ruig, als een bayevel, van binnen glad, als een perkament, wanneer het hoorn boven zig in bladeren opent, zo vallen deeze scheden na malkanderen af, of rollen weder te zamen, en werden styf.

Een wonderlyke eigenschap hebben alle de zoorten van dit boomagtig riet, inzonderheid 't volgende Bulu swangi, *dat de jonge stangen veel dikker zyn van stam dan de oude, en nogtans de oude niet inkrimpen, of rimpelig werden, maar even zo glad blyven als de jonge; diergelyke exempelen de Ontleedkundige in de Lyfmoeder van een Vrouw aanwyzen.*

De jonge rieten zyn ook gemeenlyk in de onderste leden half vol, en minder gevult met een klaar water, goed om te drinken, 't welk hier te lande met 'er tyd verdwynt, maar in andere landen opdroogt, tot een witte kalkagtige substantie, dewelke men Tabaxir *noemt.*

Naam. *In 't Latyn* Arundarbor vasaria, *op Maleits* Bulu Java, *op Ambon* Terin *en* Telin, *op Ternaten* Tabatico Java, *op Macassaars* Bulu Totoan, *op Baleits* Tielapong.

Plaats. *De beste en grootste vind men op Java wassen, waar van ze de naam heeft, hier in Amboina, Ceram, en de Moluccos heeft men ze wel in redelyke quantiteit, dog meest geplant, zynde met 'er tyd zo vermeerdert dat men ze voor Inlandts zoude houden, want men geheele landen of grote velden daar van vindt, gelyk onder anderen op Leytimor, in 't gebergte van Oerimessing. Men plant ze nog dagelyks in de boschtuynen, en by de huizen, wegens 't groot gerief van zyne pypen, daarom het ook niet geoorloft is, dit riet ergens af te kappen zonder consent van de Eigenaars.*

Gebruik. *De pypen van dit riet zyn in dagelyks gebruik tot 't water halen, want men neemt of de langste leden, laat de knoesten aan de beide zyden geheel: by 't eene eind maakt men overdwers een gat, waar door 't water in loopt; of men laat een stuk van twee of drie leden aan malkander, stoot de bovenste en de middelste knoest door; met deeze rieten gaan de meiden en de vrouwen op de schouders 's avonds na de Rivier, en vullen ze met water voor haar geheele familie, voor den naastvolgende dag; want 't water zeer wel in deeze rieten bewaart wert zonder eenige smaak daar van aan te nemen, als ze maar gestopt zyn.*

De rieten nu die men aan den boom laat, oud werdende zyn witagtig of ligt-geel, waar uit men allerbande dosen, kannen, en matten maakt; diergelyke men ook aan de Sagueers en Calappus-bomen hangt, als men drank daar uit ciepert: van deeze rieten voeren de Inlanders altyd een goede party op hare vaartuigen, inzonderheid op de Corre Corren, om overal drink-water te scheppen, waar zy by een Rivier aanleggen.

In oud Indien, Java, Bali, Celebes, en alle plaatsen, daar men geen Gabba heeft, werden alle de wanden aan de huizen, zolders, vaste zitbanken, heiningen, of paggers van dit riet gemaakt, als men 't zelve eerst met zant schuurt, tot dat al de groenheid 'er af gaat, en 't geheele riet wit of bleek-geel werdt, 't welk men in vier of meer latten splyt, en aan malkander rygt, de geheele stangen zyn bequaam om ladders daar van te maken, fuiken, en raan op kleine vaartuigen: zo zyn deeze pypen aan 't een eind geopent, en met water gevult, ook zeer dienstig om eenige brand te blussen, want men kan 't water ver daar mede gooijen.

Arundines vero craſſiores reliquis ad poſtes, trabesque ædium, clauſtra, ſepesque adhiberi poſſunt, ut & ad tigna, quum durabiles ſint, ſi modo per pluvias non tangantur: Omnes vero tales ædes, earumque parietes ex arundine conſtructæ vehementes edunt ſonitus inſtar ſcloporum & cauteriæ catapultæ, quum incendio comburantur, quod fit per aërem obcluſum, qui igne rarefactus fiſtulas & nodos vi aperit & diſſilire facit: denique ad cuncta ædificiorum genera *Bulu Java* valet, & adhiberi poteſt, ac proinde non facile omnis ejus uſus enarrari poteſt.

In re Medica quoque ſuum habent uſum recentes arundines ſive *Bulu Java*, ſive *Bulu ſwangi*, earumque rugoſus cortex ſeu vagina ſi abſcindatur, atque reſtans viridis liber tenuiſſime & ſubtiliter abradatur usque ad durum lignum, atque hæc raſura aquæ incoquatur, propineturque alicui, qui per ictum vel caſum congrumatum in corpore gerit ſanguinem, quam maximum inde ſolatium perſentiet, attenuat enim inſpiſſatum & congrumatum ſanguinem, expellitque e corpore vel per urinam, vel alias per vias, quidam autem ipſi addunt raſuram ligni ſappan dicti, ac ſemi-pomum Limonis Swangi; meo tempore hoc experimentum inſtitutum fuit in homine quodam, qui per ferocem bovem in latere vulneratus erat, ita ut per confitionem tumor protuberaret.

Robong ſeu primus hujus ſpeciei ſurculus, qui circa novilunium progerminat ad brachii craſſitiem, rugoſus, piloſus, ſpinoſusque, & intra menſis ſpatium ad duodecim pedum altitudinem excreſcit, inter omnes arundinum ſpecies optimus & uſitatiſſimus eſt ad varia ciborum genera, ſuprema nempe ejus pars ad pedis longitudinem, quæ mollis eſt & tenera, inque aqua maceratur, parumque ebullitur, ac dein in craſſos ſcinditur taleolos ſeu annulos, qui muria condiuntur, & ad ſolem exſiccantur, ac dein ſalito aceto condiuntur ad atsjar, quod delicatiſſimum eſt ſalgama, quale optimum ex Siama venale adfertur, idem Robong ſeu ſurculus in tenuiores taleolos conſciſſus, pinguique incoctus juri carnium, optimum præbet inſtar Braſſicæ olus: Vaginæ ſtipitibus inhærentes, ſi tollantur, ac tenuiter radantur inſtar chartæ, optimæ ſunt ad volvulos Tabacarios, ex integris vero vaginis opercula ollarum formari poſſunt.

In ſummis Lonthoirenſibus Bandæ montibus multæ obcurrunt arundinum ſilvæ, Bulu Javæ nempe ſpeciei, uſui vero ineptæ ſunt, quum ſemper dulci & pellucida repletæ ſint lympha, quæ rugoſæ quoque ſunt & marceſcunt ſiccatæ, in iſtis enim montibus aër eſt quam frigidiſſimus & ventoſus, unde & arbores hæ ibi in altum non multum excreſcunt, craſſoque muſco obductæ ſunt.

Tabaxir, uti dictum fuit, ſubſtantia eſt alba & ſicca inſtar farinæ amyli, vel inſtar ſacchari tenuis albi, quæ in quibusdam veteris Indiæ provinciis, uti Bisnagara, Batecala, & Malabara, ſed rariſſime in hujus arundinis fiſtulis reperitur, atque ibidem *Saccar Mambu* vocatur; licet ex *Avicennæ libr. 2. Cap.* 109. conſtet, illam ex combuſtis Indicæ arundinis radicibus præparari, quum vero, quantum ſcio, in hiſce Orientalibus inſulis non detegatur in ullis arundinum fiſtulis, hinc latius de illa commentari nequeo, ſed illos, qui ulterius ejus hiſtoriam noſcere cupiunt, demandabo ad *Garciæ Aromat. hiſt. libr.* 1. *cap.* 12. ut & ad Arabum commentaria Critica in illud caput, quæ inveniuntur in Caroli Cluſii operibus, illud tantum addere debeo, mihi in Hituæ ora moranti ſemel adductam fuiſſe per pueros meos ſubſtantiam albam ſiccamque inſtar farinæ amyli, quæ in illa ora ab illis fuerat detecta, quantum recordor, in *Bulu ſeru* fiſtulis, dura autem erat, ſicca, ac penitus inſipida, omnibusque Æthiopibus, quibus oſtendebam ignota, ipſiusque albedo ſenſim in cinereum degenerabat colorem.

Cho, ſeu uti nos pronunciamus *Tſjo*, in *Sinenſi atlante* in Provincia Peking & Chekiang *pag.* 116. ſine dubio eadem eſt cum *Tſjá tick*, ſeu *Bulu Java*, de qua Pater Martinus multa mirabilia narrat, inter alia, quo modo Sinenſes illam in ſubtiles loreas norint conſcindere, ex quibus varia & politiſſima ſupellectilis genera nectunt, atque quomodo ejus Robong ipſis inſerviat cibo.

In *Hort. Malab. tom.* 1. *pag.* 25. arundo Indica ſub unica forma *fig.* 16. expreſſa deſcribitur, & Malabarice

De rieten nu, die wat dikker zyn als ordinair, werden tot poſten en ſtylen aan huizen, paggers, tot fortreſſen, en ſparren in de daken genomen, daar ze durabel zyn, als ze maar de regen niet raakt, maar alle zodanige huizen en wanden van geheel riet gemaakt, geven geweldige ſlagen als musquetten en piſtolen, wanneer ze in brand raken, om dat de ingeſlotene, en door de brand dun gemaakte lugt de pypen en knoeſten met geweldt doet barſten: zo dat tot allerhande bouwwerk de Bulu Java *nodig en bequaam is, en dierhalven niet wel mogelyk al haar gebruik te verhaalen.*

In de medicyne heeft ze ook eenige nuttigheid, want als men de verſche rieten neemt, 't zy van Bulu Java, *of van* Bulu ſwangi, *de buitenſte ruige holſter of ſchede wegſmyt, daar na de groene ſchors fyn geſchraapt tot 't harde hout toe, het zelve ſchraapſel in water kookt, en iemand te drinken geeft, die van vallen of ſlagen eenig geronne bloed in 't lyf heeft, zal daar van groote baat gevoelen, want 't verdunt het geronne bloet en dryft 't uit door den uryn of elders; zommige doen daar by 't ſchraapſel van Sappanhout, en een halve Limoen ſwangi: het is in mynen tyd geprobeert aan een perſoon, die van een wilde Os in zyn zyde geſtoten was, zo dat zig een groote buil aan die plaats ophief.*

Het Robong of eerſte uitſpruitſel van deeze zoorte, 't welk omtrent de nieuwe maan uitkomt, in de dikte van een arm, ruig, hairig, doornagtig, en binnen een maant tot de hoogte van twaalf voeten opſchiet, is onder alle Bamboes-zoorten 't beſte, en gebruikelykſte tot veelderlei koſt, te weten 't bovenſte ſtuk van een voet lang, daar het nog week en mals is, want 't werdt in water geweekt, en een weinig opgekookt, daar na in dikke ſchyven of ringen geſneden, geſouten, en dan in de zon gedroogt, en in gepekelde azyn ingeleid, 't welk een koſtelyk Atsjar of Salgama geeft, diergelyke 't beſte uit Ziam te koop komt; 't zelve Robong in dunder ſchyven of ribbekens geſneden, en met een vet ſop gekookt, geeft een ſmakelyk moes als kool. De ſcheden nog aan de ſtam zittende, en afgenomen, werden zo dun geſchraapt als papier, waar uit men de Boncaſſen maakt, om den tabak te roken: de ongeſchraapte zyn ook bequaam tot dekſels van potten daar van te ſnyden.

Op 't hoogſte van 't Lonthoirſe gebergte in Banda, vind men vele Bamboes-boſſen, van de zoort Bulu Java, maar die zyn tot alle gebruik onbequaam, om dat ze altyd vol zoet en klaar water zyn, en krimpen in, als ze droog werden, want 't is op 't zelfſte gebergte zeer kout en windig, weshalven de boomen aldaar niet hoog werden, en met een dikke moſch bekleed zyn.

Tabaxir *is (als gezegt) een witte en droge ſubſtantie, als amel, meel of witte poeyerzuiker, die men in zommige Provintien van oud Indien, als Bisnagar, Batecala, en Malabaar, dog zeer zelden in de pypen van dit riet vind, en aldaar* Saccar Mambu *genoemt werd; hoewel men uit* Avicenna lib. 2. Cap. 109. *bemerken kan, dat het uit de gebrande wortelen van het Indiaans riet gemaakt werd, dog dewyl 't zelve, myns wetens, in alderlei Bamboeſen van deeze Ooſterſe Eilanden nooit gevonden werd, zo kan ik daar van niet breder ſchryven, maar die geen, die daar van meer te weten begeert, wyzen na* Garzias Aromat. hiſt. libr. 1. Cap. 12. *en de Arabiſe Critica daar op gemaakt, in de Werken van Carolus Cluſius te zien: alleenlyk moet ik dat zeggen, dat my op de kuſte van Hitu vertoevende, eenmaal gebragt is een witte droge ſubſtantie, als koekjes van amel, meel, of oublyen, door myne jongens op de zelfſte kuſt gevonden, na myn onthoud in de pypen van* Bulu ſeru; *zy was hart, droog, en gantſch onſmakelyk, ook by alle de Mooren, daar ik ze aan toonde, onbekent, en haar wittigheid veranderde met 'er tyd in graauw.*

Cho, *of gelyk wy ſchryven* Tsjó, *in den* Chineeſen Atlas, *in de Provintien Peking en Chekiang,* pag. 116. *beſchreven, is buiten twyffel dezelfſte met* Tsja-tick, *of* Bulu Java, *daar van P. Martinus vele byzonderheden aanhaalt, onder alle, hoe ze de Chineſen weten tot fyne riempjes te ſnyden, en veel ſubtiel huisraad daar van te vlegten, en hoe zy deszelfs Robong tot de koſt gebruiken.*

In Hort. Malab. tom. 1. pag. 16. *werd het Indiaans riet beſchreven onder een gedaante, en aldaar genoemt in 't Ma-*

barice vocatur *Illy*, Bracmanis *Vasi*, vulgo *Mambu* vel *Bambu* Indica, ex descriptione autem ejus non certo constat, an sit *Bulu Java* an vero *Bulu swangi*, cum ultima saltem optime convenit ob spinas, quas arundo ista Malabarica circa genicula & nodos profert.

Bracmani ejus virtutes medicas indicarunt, quæ hic quoque notæ sunt, decoctum nempe ex cortice hujus arundinis præparatum conducit iis, qui congrumatum in corpore habent sanguinem, sive contusionibus, sive lapsu, item ad puerperas depurandas a superfluis lochiis; in adnotationibus vero D. *Arnoldi Sye* in istud caput insuper additur, D. *Paulum Hermannum* ex Zeylana transmisisse folia & flores arborescentis spinosæque arundinis, quæ ipsi dicebatur *Arundo Indica arborea, maxima, cortice spinoso*, Cinghalensibus *Nuaybas*, h. e. arbor febrilis dicta, quum febris exoriatur, si quis aquam potet, in quam hujus arundinis folia delapsa sunt, simile quid Sinenses referunt de arundine quadam in ipsorum patria crescente.

Ex D. *Flaccourtii* relatu hæc itidem arundo magna copia crescit in Madagascara, in Provincia *Galembulu*, quæ ab hac arundine denominata est, Bulu enim seu Walu, uti is Gallice scribit, hæc arundo Madagascarensibus vocatur, quod nomen convenit cum Maleiensi Bulu, uti plura binarum istarum linguarum vocabula quadrant.

In Rumphii adpendice hæc adduntur.

Lector monitus sit, in Europa libros quosdam inveniri, in quibus magna vulgo detegitur confusio, quum vulgaris Indica arundo seu Bamboes confundatur in illis cum arundine saccharifera, & *Sachar Mamboe* seu *Tabaxir* cum vero saccharo; putantes illud verum fuisse antiquorum saccharum. Talis quoque confusio observatur in arundine Indica farcta, Rottangh dicta, in quibus itidem libris domesticæ, edules, & gummiferæ commiscentur Rottangh arundines, quod latius in subsequenti libro septimo suo loco demonstrabo & explicabo.

OBSERVATIO.

Hæc est illa arundo, ex Rumphii testimonio, quæ Arundo Indica, arborea maxima, cortice spinoso, Tabaxir fundens in *Muf. Zeyl. p.* 96. vocatur, estque Arundo arbor C. B. P. *pag.* 18. & *H. Cliff. p.* 25. Mambu *Pisonis Mantiss. Arom. cap.* 10. reliqua vide in *Thes. Zeyl. p.* 35. & in *Plukn. Almag. p.* 53.

CAPUT QUINTUM.

Arundarbor aspera. Bulu Potong.

Quintum *Arundinis arboreæ* genus, seu secunda *Terin* species, est *arundarbor aspera*, quæ ita cognominatur, non quod ipsa arundo sit ad tactum aspera, uti supra de *Bulutuy* fuit dictum, sed quod rugosa, vel potius lanuginosa farina sit obducta: Excrescit vero ad sexaginta & septuaginta pedum altitudinem, pedem & ad summum crus crassa, ejus articuli breviores sunt illis præcedentis, inferiorum lignum binos digitos crassum est, adeoque durum, ut non majori cultro Parring dicto, sed fortiori securi cædendum sit, superiora autem internodia longiora sunt, ac tenuius gerunt lignum, majoremque habent cavitatem, unde & aptiora sunt pro aqualibus, talibusque vasis, quæ Tifadores arboribus adpendent, vulgo *Wani* dicta, ad quæ semper maximas eligunt arundines.

Arundo hæc externe albicante & grisea asperaque farina obducta est, unde ad tactum lanuginosa est, quod in nullis aliis observatur arundinum speciebus, hæc autem facile abradi potest; nullos emittit hæc arundo laterales ramos usque ad verticem, sed undique ex internodiis excrescunt breves densæque radiculæ, spinulas mentientes, & dependentes: Ejus folia angustiora & breviora sunt illis præcedentis, quo enim

't Malabaars Ily, *in 't Bramanees* Vasi, *in 't gemeen Indiaans* Mambu *en* Bambu, *dog men kan uit de beschryving niet bespeuren of het de* Bulu Java, *of* Bulu swangi *zy: immers met het laatste komt het beste over een, wegens de doornen, die 't Malabaars riet omtrent de knien en knoesten hebben zal.*

De Bramines hebben dezelve medicinale kragten opgegeven, die alhier bekendt zyn, namentlyk, dat het Decoctum van de schorse des riets gemaakt, goed zy gedronken van die geene, die geronne bloed in 't lyf hebben, door quetsuren of vallen: ten tweede, om de Kraamvrouwen te zuiveren van 't agtergeblevene bloed; in de aantekening van Doctor Arnoldus Sye *op 't zelfste Capittel vind men 'er bygevoegd, dat Doctor* Paulus Hermann *uit Ceylon gezonden heeft bladeren en bloeisel van een boom en doornagtig riet, by hem genaamt* Arundo Indica arborea, maxima, cortice spinoso, *in 't Cingalees* Nuayhas, *dat is,* Koortse-boom, *om dat men koortsig werd, als men 't water drinkt, daar in de bladeren van dit riet gevallen zyn, diergelyken de Chineesen ook verhalen van eenig riet, 't welk in haar land wascht.*

Uit het verhaal van de Heer Flaccourt, *groeit dit riet ook in menigte op Madagascar, in de Provintie Galembulu, dewelke van dit riet haar naam bekomen heeft, want Bulu of Walu, gelyk hy in 't Fransch schryft, hiet dit riet in 't Madagascars, overeenkomende met 't Maleits Bulu, gelyk vele woorden in die beide talen doen.*

In het Aanhangsel van Rumphius wert dit 'er bygedaan.

Den Lezer gelieve gewaarschouwt te zyn, dat altbans eenige boeken in Europa onder den gemeenen man loopen, waar in men een groote vermenging bevindt, vermits men 't gemeene Oostindische riet of Bamboesen vermengt met het Zuiker-riet, en Sachar Mamboe *ofte* Tabaxir *met het regte zuiker, of immers stellende, dat het der ouden Zuiker geweest zy. Diergelyke vermenginge ziet men ook in 't Oostindische gevulde riet, Rottangh genaamt, daar men de huisselyke, de eetbare, en gomgevende Rottanghs al te zamen door elkander mengt, gelyk ik zulks in 't volgende zevende boek, op zyn plaats zal aanwyzen.*

AANMERKINGE.

Dit is dat rietgewas, 't welk volgens het getuigenis van Rumphius, het Oostindisch zeer groote boomagtig riet met een doornagtige schors, en Tabaxir gevende, genaamt wert in het *Muf. Zeyl. pag.* 46. en is het Boomriet van *C. B. P. p.* 18. en in de *Hortus Cliffort. p.* 25. Mambu van *Piso* in zyn *Mantiss. Arom. cap.* 10. het overige ziet in myn *Thes. Zeyl. p.* 35. en in het *Almag.* van *Plukn. p.* 53.

V. HOOFDSTUK.

Het ruige Boom-Riet.

Het *vyfde geslagte van* Boomriet, *of de tweederlei zoorte van* Terin, *is de* Arundarbor aspera, *bygenaamt de ruige, niet om dat het riet zelfs ruw in 't handelen is, gelyk boven van de* Bulutuy *gezegt is, maar om dat het met een ruig, of veel meer wolagtig meel bekleet is; 't schiet op tot de hoogte van zestig en zeventig voeten; in de dikte van een been, en op 't hoogste van een knie, de leden zyn korter dan aan 't voorgaande, de benedenste twee vingeren dik van hout, en zo hard, dat ze met geen parring, maar met een goede byle moeten omgekapt werden, de bovenste leden zyn langer en dunder van hout, hebben meer holligheid, en zyn daarom bequaam tot waterrieten, en zodanige vaten, die de* Tiffadoors *aan de bomen hangen, in 't gemeen* Wani *genaamt, waar toe zy altyd de grootste zoort van riet verkiezen.*

Van buiten zyn deeze rieten met een witagtig of grys grof meel bestrooit en bekleet, en in 't aantasten wolagtig, 't welk men aan geen andere zoorten ziet, en zig ligt laat afschbeuren; 't heeft geen zydetakken tot digt aan de top, maar uit de knien rondom groeyen korte en digte worteltjes, styf als doornen, die na beneden gekeert zyn: de bladeren zyn smaller en korter dan aan 't voorgaande, want hoe hooger zoort van boomriet, hoe kleinder de bladeren

enim arundines in altiores excrescant arbores, eo minora sunt ipsarum folia, quæ plerumque undecim pollices longa sunt, unum lata, tenuia, glabra, nec multum nervosa aut sinuosa. Ejus radix geniculata est, ac transversaliter prorepit, uti in præcedentibus speciebus, ejusque Robong seu surculus, eodem progerminat modo, qui optimus censetur Atsjar seu salgama, quum ejus substantia sit dulcis & crassa: totum vero hæc arundo obcupat campum, densosque emittit stipites, qui radicibus suis sibi intricati sunt & adhærent: montes amat, licet quoque per amputata genicula propagari possit, si foramen in ipsis excavetur, cænoque repleantur.

Nomen. Latine *Arundarbor aspera*, Malaice, Balevice, & Javanice *Bulu Potong*, aliis peculiariter vocatur *Bulu Wani*, quum *Wani* proprie sunt excipula ista, tam ex hac quam aliis arundinibus formata, & quam maxime excavata, quæ arboribus adpenduntur ad succum ipsarum conligendum: Amboinice *Terin hahuru* seu *Telin hahulu*, h. e. arundo aspera, aliis *Utte wani*, Ternatice *Tabatico ake*, h. e. arundo aquosa, in Banda vocatur *Bulu swangi.*

Locus. In Amboina tantum hinc inde ejus stolo obcurrit plantatus, in Huamohela copiosior est, ubi & totos obcupat campos, potissimum ad pedes montium & in apertis vallibus, per ingentes fluvios toti sæpe rapiuntur stolones, inque aliam transvehuntur insulam, ubi ejus incolæ hos in terram magis adducunt, ut firmentur ipsorum radices, quod in Hitoea sæpius vidi.

Usus. Quum arundo hæc sit alta, recta, & firma, hinc ad malos potissimum minorum navigiorum Correcorren dictorum adhibetur, suprema ipsius genicula, uti dictum est, Tiffadoribus inprimis inserviunt ad excipula, totusque stipes ad ædium postes & paggers.

Ejus Robong seu tenerior surculus, haud tres pedes altus, in culina oleris vices agit, ex quo etiam salgama præparatur, uti id in antecedenti fuit propositum Capite.

Sextum arborescentis arundinis genus, seu tertia *Terin* species est, *Arundarbor maxima*, quæ eandem cum Calappo adulta adtingit altitudinem, octoginta nempe, immo centum pedum, ejus crassities hisce in terris crus adæquat, in aliis vero veteris Indiæ & Asiæ locis ipsius viri, immo majorem habet crassitiem, ejus internodia tantum tres pedes longa sunt, lignumque vix minorem digitum hic crassum est, in aliis vero regionibus pollicem, unde & interne quam maxime concavum est, externe parum rugosum, neutiquam vero quasi farina esset conspersum, uti in præcedente.

Ejus stipites rectissimi ac simplicissimi excrescunt sine lateralibus ramis usque ad verticem summum, ubi paucissimos tantum gerunt ramos; folia cum illis prioris potissimum conveniunt, sed paulo minora sunt. Flores fructusque binarum harum specierum huc usque mihi ignoti sunt, atque ex incolarum relatu rarissime in conspectum veniunt: forte hæ arundines sese habent, uti D. *Paulus Hermannus* de Zeylanensium *Nuayhas* testatur, quæ sexaginta annorum ætatem adtingere debet, antequam nodosos suos flores exhibeat, quæque prius plurima sua dimittit folia, ac mox perit. Plurimi has binas confundunt species, unamque censent, *Bulu wani* seu *Potong* illas vocantes, dum antecedens *Potong* sponte in montibus crescens, quoad altitudinem & crassitiem cum ultima specie optime conveniat, paucamque gerat istam rugosam farinam, quæ potissimum stipitibus adhæret, quum frutices sæpius amputentur, ita ut perfectam adtingere nequeant altitudinem, maxima autem harum differentia consistit in crassitie ligni, uti id ex ipsarum descriptione patet.

Nomen. Latine *Arundarbor maxima*, Malaice *Bulu sammet*, *Bulu gantang*, & *Bulu wani besaar*, Amboinice *Terin maysele*, Ternatice *Tabatiko sammat*, Sinice *Cuytick* & *Moatick*, h. e. *Arundo maxima*: *Sammat* vero & *Samane*, Malayensibus & Amboinensibus vocantur omnes magnæ arundines, quæ alis minorum navigiorum seu Correcorren adligantur, ut melius in aqua fluctuent, ne subverterentur, quem in finem olim hæc species adhibebatur, postea vero compertum fuit subsequentem *Bulu swangi* melius conducere, ac durabiliorem esse, eoque magis, quum prior arundo in Amboina raro sit obvia.

Locus.

deren zyn, door de bank elf duimen lang, een duim breet, dun, glad, niet zeer geribt of gerimpelt: de wortel is geleed, en dwers kruipende, als aan de vorige zoorten, en 't Robong komt op dezelfste manier voort, 't welk voor 't bequaamste gebouden wert, om Atsjar van te maken, om dat het zoet en dik van substantie is: Het beslaat een gebeel velt, zeer digt van stangen en met de wortelen aan malkanderen hangende: het bemind de bergen, dog laat zig met de afgekapte leden ook verplanten, als men een gat daar in maakt, en dezelve met slyk vult.

Naam. *In 't Latyn* Arundarbor aspera, *op Maleits Baly, en Javaans* Bulu potong, *zommige slegts* Potong, *zommige noemen 't in 't byzonder* Bulu wani, *zynde* Wani *eigentlyk de vaten, zo wel van dit als ander riet, 't welk een groote holligheid heeft, die men aan de bomen hangt, waar uit men eenige drank tyffert; Amboins* Terin hahuru *of* Telin hahulu, *dat is, ruig riet, andere* Utte wani, *op Ternataans* Tabatico ake, *dat is, waterriet, in Banda* Bulu swangi.

Plaats. *In Amboina zelfs heeft men 't niet behalven hier en daar een stoel, daar 't geplant is, op Huamohel is 't overvloedig, daar 't groote latters of velden beslaat, meest aan 't voorste gebergte en opene valeyen, door de groote rivieren werden zomtyds gebele stoelen uitgespoelt, en op een ander Eiland aangevoert, daar ze de Inlanders ophalen, en laten vastwortelen, gelyk ik op Hitu gezien heb.*

Gebruik. *Om dat het een hoog, regt, en styf riet is, zo wert het meest tot masten op Correcorren, en andere kleine vaartuigen gebruikt: de bovenste leden, als gezegt, dienen de Tiffadoors tot tap-rieten, de geheele stang tot stylen van huizen en paggers.*

Het jonge Robong, dat nog geen drie voeten hoog is, is goet in de keuken tot moes, en om atsjar daar van te maken, gelyk in 't voorgaande Hoofdstuk geleert is.

Het zesde geslagt van boomriet, of de derde zoorte van Terin, *is de* Arundarbor maxima, *gewinnende de hoogte van een volslagen Calappus-boom, te weten, van tagtig en hondert voeten, de dikte hier te lande is van een dye, maar op andere plaatsen van oud Indien en Asien van een volkomen man en meer, de leden zyn maar drie voeten lang, 't hout schaars een pink dik, maar in andere landen een duim dik, en dierhalven van binnen met een groote holligheid, van buiten een weinig ruig, dog geenzins meelagtig, als 't voorgaande.*

De stammen schieten regt op, zonder zydetakken tot geheel in 't bovenste, daar ze maar eenige takken hebben, de bladeren zyn 't voorgaande meest gelyk, of wel zo klein, de bloemen en vrugten van deeze twee zoorten zyn nog onbekent, en na 't zeggen der Inlanders, zelden te zien, misschien gaat het met deeze rieten, als Doctor Paul. Herman. *van het Ceylonse* Nuayhas *getuigt, 't welk sestig jaren moet out zyn, wanneer 't zyn knoppig bloeisel voortbrengen zal, alvorens zyn meeste bladeren afwerpende, en kort daar na uitgaande, vele vermengen deeze beide zoorten, en houden ze voor een, onder de naam van* Bulu wani *of* Potong, *dewyl het vorige* Potong *van zelfs in 't gebergte groeyende, in hoogte en dikte met de laatste zoorte best overeenkomt, en weinig van dat ruige meel heeft, 't welk meest aan de stammen komt als men de struiken dikwils afkapt, zo dat zy haar volkome wasdom niet kunnen krygen, 't meeste verschil bestaat in de dikte des houts van 't riet, gelyk uit de beschryving blykt.*

Naam. *In 't Latyn* Arundarbor maxima, *op Maleits* Bulu sammet, Bulu gantang, *en* Bulu wani besaar, *op Amboins* Terin maysele, *op Ternaten* Tabatiko sammat, *op Chinees* Cuytick *en* Moatick, *dat is 't grootste riet.* Sammat *en* Samane *werden in 't Maleits en Amboins alle groote rieten genaamt, dewelke men aan de vlerken van de Correcorren bint, op dat ze ligter op 't water zouden dryven, en niet omslaan, waar toe men eertyts deeze zoorte gebruikte, dog naderhand bevonden, dat de volgende* Bulu swangi *daar toe beter en durabelder is; te meer, alzo men dit riet in Amboina weinig krygen kan.*

Plaats.

Locus. In Amboinæ insulis hæc arundo raro obcurrit, nec nisi in summis & remotis montibus, quos raro frequentant homines, uti in istis parvæ & magnæ Ceramæ post Locki & Laälat, raro in Manipa, Kelanga & Leytimora reperitur circa Hoetoemoery, qui locus nomen suum obtinuit a variis arundinum speciebus, ibidem crescentibus, in remotis Baleyæ & Javæ montibus itidem haud copiosa est, & tantummodo tanto numero, qui sufficit ad excipula aliaque vasa formanda, ubi & pro Potong specie etiam habetur: contra frequentior & copiosior est in veteri India, Malabara, Zeylana, Bisnagara, & Batecala, ac porro per reliquas totius Asiæ regiones sese diffundit, atque ibidem magnam cum *Bulu swangi* habet similitudinem, quum circa nodos spinulosa videatur, qua in re forte ab Amboinensi differt.

Usus. In hisce Orientalibus insulis non peculiarem exhibet usum, quum valde rara sit: Ex hujus autem arundinis stipitibus, uti dictum fuit, alæ minorum navigiorum Correcorren dictorum conficiuntur, quumque internodia nondum cruris crassitiem obtineant, aqualia & Wanis formantur, in quibus cuncti arborum liquores excipiuntur, quum vero fistulæ ejus adeo ingentes & inregulares sint, nec tam longæ quam priorum, Potong & Bulu Java, hinc varia vasorum genera ex iis formantur, in quibus varia herbarum aromatumque genera adservantur, Gantans inprimis, similesque modioli, quibus oryza demetitur, ex hisce fiunt.

Apud *Christoph. a Costa Cap*. 6. aliosque Portugallicos scriptores legitur, Malabaros scaphas formare ex fistula seu internodio harum arundinum fisso, quæ ad quamlibet partem septum retinent, tantæque sunt capacitatis, ut in qualibet cymbula bini Indi sedere possint, quibus in Cranganoræ flumine renavigant; nec unquam (quod mirandum est,) a Crocodilis infestantur, qui, quantum videtur, naturalem in hanc habent arundinem antipatiam: Hoc videtur quodammodo repugnare *Garziæ libr*. 1. *Aromat. Cap*. 12. qui scribit hujus arundinis internodia tantum palmæ longitudinem distare, discrimen vero hoc non magni est momenti, in iis enim regionibus sine dubio binæ pluresve hujus arundinis species crescunt, cymbæque Acostæ forte ex maxima specie constructæ sunt, quam hoc in capite describimus, species vero a Garzia descripta *Bulu swangi* erit, de qua infra *Cap*. 7. hæc enim brevia habet internodia, parvaque folia, atque ad vectes adhibetur.

Hujus speciei quoque fuerunt bina ista magna frusta, quæ *Carol. Clusius libr*. 1. *exotic. Cap*. 18. dicit sese vidisse in Academia Lugduno-Batava adservata, quæ triginta pedum longitudinem habebant, & in diametro quatuordecim & sexdecim pollices crassa erant, divisaque in novendecim internodia, quæque, uti certior sum factus, in hunc usque diem ibidem videri possunt. Sic quoque intelligendum est illud, quod *Ctesias libr*. de *rebus Indicis* in additamentis ad Herodotum inveniri scribit, communis vero Græcorum licentia res solet augere, unde & ibidem legitur, in montibus circa fluvium Indum arundinem inveniri tam crassam, ut bini vix Viri eam complecti possint, quæ ad altitudinem mali maximi navigii excrescit, quædam vero majores, aliæ minores obcurrunt &c. Puto autem binas spithamas vel ulnas fuisse, quas in orgyias forte mutavit, hæc tantum cito, ut demonstrem, veteres quoque notitiam quandam vel famam hujus arundinis accepisse, hoc etiam patet ex epistola Alexandri Magni Aristoteli data, in qua narrat sese in India vidisse arundines sexaginta pedes altas, quæque crassitie Græcorum Piceam seu Abietem superabant, quod veritati magis adcedit quam res illæ, quas Ctesias conmemorat.

Apud multos Indos monstrosæ hæ arundines, præsertim apud illos, qui idolis addicti sunt, magno in honore habentur, ita ut illorum multi ortos sese testentur ex magnis istis arundinibus. Inter alios Boutonæ reges in hac versantur opinione, ipsorum nempe proavos ex arundine fuisse ortos, quod joci caussa hic enarro, quum horum unus, qui erat Kiay Tsjili seu princeps ipsorum, anno 1654 archithalassæ nostrati talia jactabat; dicebat enim antiquis temporibus, quum Boutonæ populo nullus præesset rex, quidam illorum silvam intrabat ad arundines cædendas in suum usum, vix securis ictum eleganti cuidam arundini inmi-

Plaats. *In de Amboinse Eilanden is dit riet weinig te vinden, en dat altyd in 't hooge en verre gebergte, daar weinig menschen komen, gelyk op klein en groot Ceram, in 't gebergte agter Locki en Laälat, en weinig op Manipa, Kelang, en Leytimor omtrent Hoetoemoery, 't welk zyn naam heeft van alderhande of allerlei slag van Bamboesen, die aldaar groeyen, in 't verre gebergte van Java en Bali vind men het ook weinig, en even zo veel, als tot het maken van vaatwerk nodig is, daar men 't ook voor een Potong houd, daar en tegen in meerder quantiteit heeft men 't in oud Indien, Malabaar, Ceylon, Bisnagar, en Batecala, en voorts door andere landen van gansch Asien verspreit; dog 't heeft aldaar groote gemeenschap met de* Bulu swangi, *dewyl het omtrent de knien doornagtig schynt te zyn, waar in 't misschien van het Amboinse verschilt.*

Gebruik. *In deeze Oosterse Eilanden heeft 't geen zonderling gebruik, dewyl men 't zo weinig vind: men maakt 'er, als gezegt, de vlerken van de Correcorren van, en als de leden nog geen dye dik zyn, de Waterrieten en Wanis, waar in men alderhande boomdrank cypert, maar dewyl de pypen zo groot en plomp zyn, ook zo lang niet als van 't vorige* Potong *en* Bulu Java, *zo werd 'er veelderlei vaatwerk van gemaakt, daar in men droge waren bewaart, inzonderheid Gantans, en diergelyke maten, waar mede men de ryst meet.*

By Christoph. a Costa Capittel 6. *en andere Portugese Schryvers, leest men dat de Malabaren kleine schuitjes maken uit een lid of pyp van deeze Bamboes, te midden doorgekloofd, en aan een yder eind het affschytsel behoudende, zo groot dat 'er in yder schuitje twee Indianen kunnen zitten, en daar mede op de Rivier van Cranganoor heen en weer varen, zonder ooit ('t welk wonderlyk is) van de Crocodils of Caymans aangevogten te werden, dewelke, zo 't schynt, een natuurlyke antipatie tegen dit riet hebben. Dit schynt eenigzins te stryden met 't geen* Garsias lib. 1. Aromat. Cap. 12. *schryft, dat de leden van dit riet maar een hand lank van malkander staan, dog 't verschil is van geen belang, want buiten twyffel wasschen in die landen twee of meer zoorten van dit riet, en de schuiten van Acosta zyn misschien gemaakt van de grootste zoort, die wy in dit Hoofdstuk beschryven, en de zoort van* Garsias *beschreven, zal de* Bulu swangi *zyn, waar van hier na Hoofdstuk 7. want dezelve heeft kleine bladeren, korte leden, en werd tot draag-bomen gebruikt.*

Hier van zyn ook geweest die twee groote stukken, die Carol. Clusius lib. 1. exoticorum Cap. 18. gezien heeft, by de Academie van Leiden bewaart, lang dertig voeten, in den omloop veertien en zestien duimen hebbende, en verdeelt in negentien leden, zo ik berigt werd, tot heden toe aldaar te zien, zo is ook daar van te verstaan, 't gene Ctesias libr. de rebus Indicis in additamentis ad Herodotum *te vinden, schryft, dog na de gewonelyke vryheid der Grieken de dingen vergrotende, te weten, dat 'er op 't gebergte omtrent de rivier Indus, een riet gevonden werd, zo dik, dat 't twee mannen pas omvademen kunnen, in de hoogte van een mast op 't grootste schip, dog zommige grooter, zommige kleinder, enz. Ik geloof dat by van twee spannen, of twee ellen geboort, en dezelve in vademen verandert heeft, en ik haal 't maar aan, om te bewyzen, dat de Ouden ook eenige kennisse of gerugt van dit riet gehad hebben, dit blykt mede uit den brief, door Alexander de Groote aan Aristoteles geschreven, daar hy zegt, dat hy in Indien gezien heeft rieten, die zestig voeten hoog waren, en in de dikte de Griekse Pyn- of Denneboom overtreffende, 't welk de waarheid vry nader komt, dan Ctesias schryft.*

Deeze monstreuse Bamboesen werden by vele Indianen, inzonderheid die nog in 't Heidendom steken, ook in groote eere gebouden, zodanig dat 'er ook vele van dezelve haar afkomstig zeggen te zyn uit groote Bamboesen, onder anderen zyn de Koningen van Bouton in deeze vaste mening, dat haar Voorouders uit een Bamboes gesproten zyn, 't welk ik klugts-halven alhier zetten moet, gelyk een der zelve, zynde een Kiay Tsjili of Prins, anno 1654. aan onzen Admiraal verhaalde; in oude tyden zeide hy, als 't volk van Boeton nog zonder Koning was, ging 'er een in 't bosch om Bamboesen tot zyn nooddruft te kappen, hy had pas een slag met de byl aan een schoone Bam-

inmiserat, quin vocem exaudiret, quæ clamabat, vir ne pedem meum cædas, sed paulo altius ictum infligas, ego sum in hac detentus, homo iste ipsius jussum exequebatur cupidus videndi, qui intus esset, arundinemque per longitudinem findebat, ecce vir perfectus exibat, quem totus populus suum agnoscebat esse regem; hic rex Bambusiades inperium tenens illos inperabat, ut silvam intrarent, similesque cæderent arundines, quum in quadam ipsarum femina latitaret, quam reginam cuperet ducere, hic vero genuinam nesciebat demonstrare arundinem, quæ ipsam continebat, cæsio itaque arundinum tamdiu instituebatur, donec regina prodiret: Alii vero Bœtonenses testantur, ipsorum reginam primam prodiisse ex ingenti concha marina, *Chama decumana* seu *Bia garu* dicta.

Plura exempla possem enarrare de idololatriis, quas Christiani nostri Amboinenses ante paucos etiam annos exercuerunt, cum ingentibus & elegantibus arundinum stipitibus, & adhucdum forte clam cum illis instituunt, has autem prætereo, ne pudorem illis injiciam, tantumque hæc conmemoro, ut demonstrem, ex inscia simplicitate hos naturæ creatori more ipsorum gratias velle agere pro his similibusque plantis, quæ ipsis tantum præbent commodum, & quibus natura tantas largita fuit dotes & virtutes; illas vero sæpius in scriptis meis enarro fabulas, ut constet gentiles hac in re sæpe magis Deo esse gratos ipsis Christianis, non autem ut ipsis fidem habeam, licet fabulas hasce scriptis meis inseram, nec ut chartas conmaculem joci caussa quisquiliis anilibusque narratiunculis, sed quum sub iis semper naturæ arcanum sit occultum, quæ hic latius explico, ne invidiosi calumniatores scripta mea conspurcent, ipsisque os obcludam.

Alphorensibus Ceramam inhabitantibus mos est, hujus arundinis internodia quædam replere Saguero potu, quæ viridia & obturata in terra sepeliunt & deponunt, per mensis scilicet spatium ad tempus illud, quo festum celebrare volunt nobile, hinc Saguerus potus virescit, austerus magis est, & vi efficacior, unde excellentissimus ipsis censetur. Arundines vero hæ sæpe tamdiu ibi sunt depositæ, ut ad nodos progerminent, ramulosque emittant, in humidis nempe locis soloque uliginoso.

Tabula Secunda

Arundinem exhibet asperam *Bulu Potong* dictam.

CAPUT SEXTUM.

Arundarbor spinosa. Bulu Baduri. Teba Teba.

Septima arborescentis arundinis species est *Arundarbor spinosa* dicta, quæ nullo modo tam alta ac crassa est quam præcedens Potong; latius vero sese extendit, atque in quibusdam regionibus flagellosa est & proserpens: Ejus truncus pedis crassitiem habet, atque internodia non ultra sesquipedem longa sunt, externe glabra & polita instar *Bulu swangi*: Arundinis lignum seu substantia omnium crassissima est, ita ut parum sit concava, adeoque dura, ut ignem emittat, si fortiori securi cædatur.

Folia ejus cum illis *Bulu swangi* conveniunt, suntque sex septemque pollices longa, unum lata, subtiliter striata, tenuia, & glabra: ejusque peculiaris character est, ut tam ex ipsius truncis quam ex omnibus ramis horrendæ progerminent spinæ, instar illarum Limonii, verum breviores, & inæqualis longitudinis, quæ omnes retrorsum inflectuntur, per quas hi frutices invii sunt, ac præsertim quum ipsorum stipites sese non erigant, sed ab inferiore parte sinuosi ac semi procumbentes ex nodis suis ubique multos emittant ramos hamis & spinis armatos.

Ipsa autem arundo cum *Bulu swangi* proxime convenit, excepto quod ejus lignum in internodiis sit adeo crassum, ut in inferioribus vix locus cavitati supersit, superiora vero tanta capacitate constant, ut moduli ex iis formari possint ad humores dimetiendos: ubi sponte sua crescit, ingentem obcupat locum,

Bamboes gegeven, als hy een stem hem hoorde toeroepen: Man kap my niet in myn been, maar kap wat hoger, ik ben hier in, de mensch deed zulks met verlangen, om te zien wat daar in stak, en kloofde 't riet in de lengte, doen quam 'er een welgestelt man uit, dien al 't landvolk voor haren Koning aannamen: deeze Bamboes-Koning nu regerende, belastte zyn volk, dat ze weer in 't bosch zouden gaan, en diergelyke Bamboesen kappen, want daar moest nog ergens een vrouw in schuilen, die hy voor zyn Koninginne wilde aannemen, maar hy wist de struik niet aan te wyzen, daar in ze wezen moest, men ging dan weder in 't bosch, en kapte zo veel Bamboesen, tot dat men de Koninginne vond; dog andere Boetonders zeggen, dat haar eerste Koninginne gekomen zy uit een groote Zeeschulp Chama decumana *of* Bia garu *genaamt.*

Meer voorbeelden wist ik te verhalen, wat voor afgoderye onze Christene Amboinesen nog voor weinig jaren, omtrent groote en schoone Bamboes-struiken, gepleegt hebben, en misschien nog heimelyk doen, maar ik laat 't om haar luiden niet beschaamt te maken, en word maar aangeroert om te betonen dat zy uit een onwetende eenvoudigheid den Schepper der natuur op haar manier willen dankbaar zyn voor deeze en diergelyke planten, waar van zy zo groot gerief hebben, of waar in de natuur zo veel kragten gelegt heeft, gelyk ik dikwils in myne schriften vermane, en waar in zy voorwaar ons Christenen beschaamt maken, weshalven ik nogmaals protestere, dat diergelyke fabeltjes in myne schriften ingelyft werden, niet als of ik geloof daar aan stelde, of vermaak had het papier met nodeloose praatjes te vervullen, maar om dat 'er altyd een verborgentheid in de natuur in steekt, op dat ik dog by alle gelegentheid myne nydige lasteraars de mond stoppe.

De Alphoeresen van Ceram hebben een manier, dat zy eenige leden van dit riet met Sagueer vullen, die zy dan zo groen en toegestopt in de aarde begraven, en leggen laten, tegens de tyd dat zy een groot Feest willen maken, een maand en langer, hier door werd de Sagueer groenagtig van couleur, wrang van smaak, en zeer hoofdig, die zy dan voor excellent houden. Deeze rieten blyven somtyds zo lang liggen, tot dat zy aan de knopen uitspruiten, en jonge takken uitschieten, te weten, als zy in een vogtige gront leggen.

De Tweede Plaat

Vertoont het ruig Riet, *Bulu Potong* genaamt.

VI. HOOFDSTUK.

De Doornagtige Riet-Boom.

De zevende zoorte van Boomriet is de doornagtige Arundarbor spinosa, *ver na zo hoog en dik van stam niet als de voorgaande Potong, maar zig wyder uitbreidende, en in zommige landen kruipende; de stam is een been dik, de leden niet boven anderhalf voet lang, van buiten glad, en effen gelyk* Bulu swangi, *'t hout of substantie van 't riet is 't dikste van alle, zo dat 'er van binnen weinig holligheid blyft, en zo hard, dat 'er 't vuur uitspringt, als men met een goede byl daar in kapt.*

De bladeren gelyken die van Bulu swangi, *te weten, zes en zeven duimen lang, en breed, fyn gestreept, dun, en glad, tot een byzonder merkteken heeft dit riet, dat 't uit de knien van de stammen zo wel als aan alle de takken ysselyke doornen heeft gelyk Limoen-doornen, dog korter, van ongelyke lengte, en alle agterwaarts gekeert, dewelke deeze struiken ontoegankelyk maken, te meer, dewyl de stangen niet regt overeind staan, maar met 't onderste bogtig, en half leggende, uit de knien overal vele takken uitschieten, dewelke met haken en doornen gewapent zyn.*

't Riet aan zig zelfs komt anders met de Bulu swangi *naast overeen, behalven dat het hout van de leden zo dik is, dat aan de onderste qualyk plaats voor de holligheid blyft, maar de bovenste leden hebben even zo veel, dat men maten tot natte waren daar van maken kan; daar 't van zelfs groeit beslaat het een groote plaats, die gantsch ondoor-*

locum, qui penitus inaccessus est, incurvisque suis ramis seu flagellis ita duci potest, ut amplæ sepes ex iis formari possint, hujus vero ulteriorem descriptionem vide sub finem hujus Capitis.

Nomen. Latine *Arundarbor spinosa* & *Vallaris*, quum vallis sæpe adstat, Malaice *Bulu baduri*, Amboinice & Ternatice *Teba Teba*, in Loehoea *Wanake*, Sinice *Tsjitick*, h. e. spinosa arundo.

Locus. In Amboina raro obcurrit, potissimum vero crescit in parva Cerama & Manipa, ac pauca copia in Uliasserensibus insulis ad pedes montium saxosorum. In Java quoque nota est, ubi ad ingentes adhibetur sepes, quæ crassi quasi sunt muri, instar arcis solidi, quales præ reliquis obcurrunt circa celebrem montem & templum Ghiri post Grisecham, ubi hæc arundo plantata & diligenter culta est, licet difficulter plantetur, nec in omni crescat solo, in australi Sinæ parte raro invenitur, copiosior vero est in regionibus Cautschi, Tonquin, & Coynam, uti & in Taywan, in primis memoratis terris potissimum circa urbes plantatur loco valli, adeoque densam & amplam exhibet sepem, ut firmus sit murus: Quum vero cum *Bulu swangi* tantopere conveniat, hinc hujus speciei puto esse arundinem istam spinosam, quæ in Zeylana & Malabara obcurrit.

Usus. Vasis hæc arundo inservire nequit, quum parvam tantum habeat capacitatem, nec etiam tectorum tignis, quum nimis gravis sit ac sinuosa, contra aptissima est ad postes & palos, præsertim claustrorum, post quæ vallum terreum seu agger exstruitur, quum inter omnium arundinum species in terra sit quam durabilissima, nec cossos generet, hoc experti fuimus cum damno & tædio in gravissimo isto bello, quod Quimehala Madjira anno 1651 contra nos gerebat, in quo hostes omnes suos aggeres & valla ex talibus palis formaverant, qui semi-ochryam distabant, spatium intermedium cratibus erat repletum, ad interiorem vallorum partem alii pali locati erant, qui exterioribus per anchoras arundineas erant juncti, locusque medius terra & arena subpletus erat, hoc vile videbatur opus, quod pedibus calcari & projici posse videretur, experientia autem aliter edocuit, quum bombardis nostris nullum inferre poteramus damnum, si enim globus non directe ipsas penetraret arundines, per crates in molli mox suffocabatur arena, vallumque immobile manebat, hunc claustra componendi modum a Macassarensibus edocti fuerant, qui in ipsorum patria ex arena nempe & arundinibus quam agilissime illa norunt exstruere: Non opus est, ut omnes pali sint hujus Teba Teba, quæ, uti dictum est, raro invenitur, sed subsequens *Bulu swangi* idem præstat: Ex crassissimis arundinibus modioli quoque & ampullæ formantur, quum non cariosæ fiant vel a cossis exesæ: In Puloaya hæc arundo inservit exstruendis ædibus, atque ibidem quoque in canalium cavitatibus (si non sit Bulu swangi) lympida aqua stagnat, uti & in *Bulu seru.*

P. S. Hæc species intricatum admodum vastumque format fruticem, invium penitus, qui ab inferiore parte usque ad summum spinosis undique armatus est ramis, nulla gerentibus folia, ejusque stipites ad summum sunt brachium crassi, plerumque vero tenuiores, ipsorumque internodia per spithamam distant, quæ ab una parte sulcum habent planum, ex quo transversalis erigitur ramus, atque ex hoc iterum laterales progerminant ramuli transversales, atque ex horum nodis alii iterum minores spinis armati Limonii spinas æmulantibus, quarum quædam sunt aduncæ, quædam transversales, atque ex ipsarum longissimis sensim ramulus exoritur: superiores ramuli rara gerunt folia, quæ sunt tenuissima & subtilissima omnium, quæ arundines producunt, quatuor & quatuor cum dimidio pollices longa, nec ulla lanugine aut scabritie rugosa, per longitudinem subtiliter striata, atque mox convolvuntur instar culmorum, si abrumpantur.

Arundo hæc omnium crassissima est & solidissima, ita ut in detruncatis ramulis vix ulla reperiatur cavitas, quæ majorem acum continere posset, majori vero nodi capaces sunt, uti supra dictum fuit.

Per simplices plantatur & propagatur nodos oblique terræ commissos, obcurrit autem in Manipa & Huamohela, uti & in Uliasserensibus insulis, ubi *Tomu schittoe* & Malabarice *Buluschit* vocatur.

Sem-

ondoorgankelyk is, en 't laat zig met de kromme takken leiden, dat men brede beiningen daar van maken kan. Een breder beschryving hier van ziet aan 't einde deezes Hoofdstuks.

Naam. *In 't Latyn* Arundarbor spinosa *en* Vallaris, *dat is Walriet, op Maleits* Bulu baduri, *op Amboin en Ternaten* Teba Teba, *op Loehoe* Wanake, *op Chinees* Tsjitick, *dat is doornagtig riet.*

Plaats. *In Amboina is 't weinig te vinden, 't meeste vallende op klein Ceram en Manipa, ook een weinig in de Uliassers, in 't hangen van steenige bergen. Op Java is het ook bekent, daar men 't gebruikt tot groote beiningen, 't welk een dikke muur werd, en tot een vastigheid verstrekt, gelyk onder anderen te zien is, rondom den vermaarden berg en tempel tot Ghiri agter Griseck, daar 't geplant en onderhouden werd, hoewel 't wat moeyelyk om te planten is, en niet in alderhande grond opkomt, in 't Zuiderdeel van China vind men 't weinig, maar overvloediger in de landen Cautschi, Tonquin, en Coynam, als mede in Taywan, werdende in d'eerstgenoemde landen meest om alle steden geplant in plaats van een wal, zo digt en breed door malkanderen gevlogten, dat het een vaste muur verstrekt, dewyl het met de* Bulu swangi *zo groote gelykenis heeft, zo houde ik van deeze zoort te zyn de doornagtige Bamboes, die men op Ceylon en Malabaar vind.*

Gebruik. *Tot vaten kan dit riet niet dienen, om dat het een kleine holligheid heeft, en tot sparren aan 't dakwerk ook niet, om dat 't te zwaar en bogtig is, daar en tegen is 't zeer bequaam tot stylen en palen, inzonderheid aan fortressen, daar agter men een aarde wal, of borstwering legt, want het onder alle rietzoorten in de aarde het durabelste, en den worm niet onderworpen is: dit hebben wy tot ons verdriet ervaren in den zwaren Oorlog, die den Quimehala Madjira anno 1651 tegens ons verwekte, daar de vyanden meest alle hare vastigheden en wallen uit diergelyke palen gemaakt hadden, staande een halve vadem van malkander, de spatie tusschen beide met horden bezet, aan de binnenzyde stonden andere palen die aan de buitenste met Bamboese-ankers vast waren, en de ruimte tusschen beide met aarde en zant uitgevult, dit scheen een veragt werk, dat men menen zoude met de voeten te kunnen omlopen, maar 't bleek wel anders, dat wy met ons kanon geen schade daar op konden doen, want indien de kogel niet juist in zulke Bamboesen raakte, zo vloog hy door de horden in 't rulle zant, en versmoorde straks, blyvende de wal even vast staan: deeze manier van fortificeren met bamboesen en zant, hadden zy van de Macassaren geleert, die in haar land zeer vaardig daar mede zyn: de palen behoeven juist niet alle van deeze Teba Teba te zyn, dewelke, als gezegt, weinig gevonden werden, maar de volgende* Bulu swangi *kan 't zelfde doen; van de dikste rieten werden ook maten en kannen gemaakt, om dat ze niet wormstekig werden: op Puloay dient dit riet tot 't maken van huizen, men vind ook aldaar in de holligheid van de pypen (zo 't niet de Bulu swangi is) een klaar water, gelyk mede in de* Bulu seru.

P. S. *Deeze zoorte zet een geweldige verwerde struik, die niet te passeren is, zynde van onderen op met doornagtige takken bezet, daar aan men geen bladeren ziet, de stangen zyn op 't hoogste een arm dik, maar gemeenlyk dunder, en de leden een span van malkanderen, hebbende aan d'eene zyde een platte geut, te weten, daar den dwarstak uit komt, aan dezelve komen al wederom andere zydetakken, regt dwars, en uit derzelver leden al wederom andere, daar aan de doornen staan, als Limoendoornen, zommige agterwaarts, zommige dwars, en uit de langste derzelver werd met 'er tyd een taksken; de bovenste takskens dragen weinig bladeren, zynde de dunste en fynste onder alle de bamboes-zoorten, te weten vier, vier en een halve duimen lang, zonder eenige wolagtigheid of ruigte, in de lengte fyn gestreept, rollen straks in malkanderen als stroo-halmen, wanneer men ze afbreekt.*

Het riet is 't dikste en massiefste onder alle de Bamboesen, zo dat men aan de afgekapte takskens qualyk een holligheid ziet, daar in een groote naalde mag, dog de grootste leden hebben een holligheid als boven.

Men plant het met enkelde leden, die men schuins in de aarde steekt, men vind het op Manipa en Huamohel, als mede in de Uliassers, alwaar het Tomu schittoe, *in 't Maleits* Buluschit *hiet.*

Het

Semper viridis est hæc arundo, nec unquam rectos præbet stipites, qui cum nigris comparari possunt arundinibus, quas *Sinensis Atlas* in Provincia *Chekiang pag.* 116. describit.

Tabula Tertia

Ramum exhibet Arundarboris spinosæ *Bulo Baduri* dictæ, quæ forte est Arundo vallatoria crassior & elatior Indiæ Orientalis, Corkipillu Malabarorum. *Plukn. Mantiss. p.* 28.

CAPUT SEPTIMUM.

Arundarbor fera. Bulu swangi.

OCtava & fortissima arundinis species est *Bulu swangi*, quoad habitum, ab omnibus præcedentibus diversa, minima enim seu angustissima gerit folia, a sex ad decem pollices longa, digitum lata, glabra, viridia, & subtiliter striata, non autem ita rugosa quam præcedentium: In tota planta nulli tales hirti spinulosique reperiuntur pili, excepto in vagina Robong seu surculi teneri, ita ut omnes ejus rami ac canales glaberrimi sint, & flavescentes, quum maturescant, ad nodos vero obtusi quidam conspiciuntur apices, nullas veras exhibentes spinas.

Ejus stipites quodammodo recti & alti sunt a viginti octo ad triginta pedes & ultra, attamen non ita recti quam præcedentium specierum, atque ad quosdam nodos incurvi admodum & sinuosi, internodia quoque ad nodos brevem habent sulcum, atque hæc porro arundo omnium fortissima est, licet canalium substantia non adeo sit crassa quam præcedentis *Teba Teba*, vulgo nempe minimum digitum crassa, inque superioribus fistulis minor, quæ pedem circiter, immo sesquipedem longæ sunt, harumque crassissima cruris crassitiem obtinet, reliquæ illam brachii.

Radices hujus transversaliter decurrunt, nodosæque sunt instar Zingiberis, minoris brachii crassitiem adæquantes, lentissimæ, quæ nec disrumpi possunt.

Arundo hæc quasdam habet varietates, vulgatissima autem est flava, mox descripta, cujus fistulæ nempe ad truncum flavescunt.

Secunda silvestris magis est naturæ & rugosior, ejusque folia & canales virides sunt manentque, suntque longiores, & tenuioris substantiæ, ejusque femina censetur, hæc altior excrescit ad quinquaginta nempe pedum altitudinem, ejusque stipites sunt rectiores.

Tertia & elegantissima varietas est, quæ *Bulu gading*, *Aurgading*, & *Aurcuning* vocatur, Amboinice *Domu Habocca*, cujus fistulæ penitus sunt luteæ, & instar eboris politæ, unde & nomen suum gerit, hujus una species plerumque tota lutea est, altera paucis angustisque viridibus striis ex luteo variegata, ejusque folia sunt minora illis vulgaris speciei.

Bulu swangi Robong seu surculum emittit novi- & plenilunio, non autem cunctis mensibus, qui est acutissimus, atque brachii crassitiem obtinet, observavique intra quatuordecim dierum spatium excrescere ad altitudinem decem ac duodecim pedum, ejusque possessores intra trium mensium spatium perfectos obtinere possunt stipites, qui apti sunt ad onera sustinenda: Primus tener surculus seu Robong multos acutos gerit apices, latamque basin, quæ ex ipsa propullulare videtur terra, si vero ad semi-pedis spatium effodiatur, nodosa detegitur radix, brachium crassa, sursumque incurvata ad unius vel sesqui-pedis longitudinem, quæ matrici connectitur trunco, ita ut hic prius brachia sua deorsum demittat, quæ terræ infigit, seseque iterum erigit ad surculum istum formandum, quique semper circa novilunium, aliquando etiam circa plenilunium in conspectum venit.

Hæc quoque arundo istam habet proprietatem, supra jam adnotatam, juniorem nempe multo crassiorem esse adulta, teneriores enim stipites recti sunt, & ultra pedem crassi post rugosæ vaginæ lapsum, quum Robong ejus seu surculus duodecim vel quindecim pedes altus sit, eleganter politus & viridis est, vetustiores vero non ultra brachium crassi sunt, sensim flavescentes, nec tamen rugosi.

Flores

Het riet blyft altyd groen, en men kan geen regte stammen daar van hebben, te vergelyken met de zwarte Bamboesen, dewelke den Chineesen Atlas *beschryft, in de Provintie* Chekiang pag. 116.

De Derde Plaat

Vertoont een Tak van een doornagtig Boomriet, *Bulo Baduri* genaamt; welke mogelyk is het Walriet van Oost-Indien, dikker en grooter, by de Malabaren Corkipillu genaamt, van *Plukn.* in zyn *Mantiss. p.* 28.

VII. HOOFDSTUK.

De Wilde Riet-Boom.

DE *agtste en aldersterkste zoort is de* Bulu swangi, *in 't aanzien van alle de voorgaande verschillende, want by heeft de kleinste, of immers smalste bladeren, van zes tot tien duimen lang, een vinger breed, glad, gras-groen, en fyn gestreept, dog min gerimpelt dan de vorige zoorten. Aan 't geheele gewas vind men niet of weinig van de stekelyke hairtjes, behalven aan de scheden van 't Robong, zo dat alle de takken en pypen zeer glad zyn, ligt-geel als ze ryp werden, en aan de knoesten ziet men ettelyke stompe spitsen, dog geen eigentlyke doornen.*

De stammen zyn wel regt en hoog, van agt en twintig en dertig voeten, en meer, egter zo regt niet als de voorgaande zoorten, en by zommige leden merklyk krom of bogtig, ook hebben de leden by de knoesten een korte voorn of groeve, voorts is dit 't sterkste riet van allen, hoewel de substantie der pypen zo dik niet is, als aan 't voorgaande Teba Teba, *te weten, ordinaris een pink dik, en aan de bovenste leden wat minder, de pypen zyn omtrent een voet of anderhalf lang, de dikste als een been, d'andere als een arm.*

De wortelen lopen over dwers, en zyn geknoopt gelyk de Gember, in de dikte van een kleine arm, zeer taai en onverbrekelyk.

Dit riet heeft eenige veranderingen, want 't gemeenste is 't geele, zo even beschreven; te weten, wiens pypen aan den stam ligt geel werden.

De tweede is wat wilder van aart, heeft wat ruiger bladeren, en de pypen blyven gras-groen, zyn langer, en dunder van substantie, en werden voor 't wyfken gehouden; dit wast wat hoger, te weten tot vyftig voeten, en regter van stangen.

De derde en fraaiste zoorte is die gene, die men Bulu gadu, Aurgading, *en* Aurcuning *noemt, in 't Amboins* Domu hahocca, *wiens pypen regt geel zyn, en zo glad als ivoor, waar van ze de naam heeft, een slag daar van is doorgaans geel, een andere met weinige en smalle groene strepen door het geel geschildert, hare bladeren zyn kleinder dan aan 't gemeen slag.*

Het Robong van de Bulu swangi *komt in de nieuwe en volle maan, dog niet alle maanden, zeer spits uit, in de dikte van een arm, en ik heb opgemerkt, dat het binnen een tyd van veertien dagen tot de hoogte van tien a twaalf voeten opschoot, en de eigenaars kunnen in de tyd van drie maanden volwassene stammen daar van hebben, bequaam om lasten te dragen. Het eerst uitkomende Robong heeft vele scherpe spitsen, en een brede voet, dewelke schynt uit de aarde te komen, maar als men omtrent een halve voet diep graaft, zo bevind men, dat het met een geknoopte wortel, die wel een arm dik is, zig weer opwaarts kromt, in de lengte van een of anderhalf voet, en aan de hoofdstam vast is, zo dat dezelve zyne armen eerst nederwaarts zend, in de aarde zig vast maakt, en dan weder opwaarts schiet om een Robong te formeren, en 't welk men altyd omtrent de nieuwe maan, zomtyds ook by de volle maan, ziet voortkomen.*

Zo heeft dit riet mede de bovengezegde eigenschap, dat 't jonge veel dikker is dan 't oude, want de jonge stangen zyn regt, en ruim een been dik, na 't afwerpen der ruige schede, als 't Robong, twaalf a vyftien voeten hoog opgeschoten is, schoon glad, en gras-groen, maar de oude zyn niet meer dan een arm dik, allengskens bleek-geel werdende, en evenwel gantsch niet rimpelig.

Bloeisel

Tab. III.
Tom. IV.
P. 16.

Flores fructusque deſcribere nequeo, quum raro permittatur, ut juſtam adquirere poſſit ætatem; vetuſti porro ſtipites ob longitudinem nimis graciles ſunt, quam ut ſeſe ſuſtinere poſſint, hinc & oblique ſeſe inflectunt, vicinisque incumbunt, ſi adtingere illos poſſint.

Nomen. Latine *Arundarbor fera*, juxta Malaienſe *Bulu ſwangi.* Notandum vero eſt, per *Swangi* tres denotari res, primo magos ſagasque, ſecundo cunctos incultos ſilveſtres & horrendos locos, rupes & inſulas, uti eſt *Pulo ſwangi* prope Bandam: Tertio cunctos tales fructus plantasque, quæ ſilveſtrem, rugoſum, & incomptum præbent adſpectum, vel ferocem naturam, uti ſupra libro ſecundo Cap. 39. exemplum propoſuimus in *Limone ſwangi.* Amboinice *Domu*, *Domul*, & *Dumulo* vocatur, in Leytimora *Domar*, in Huamohela *Waan ſemane*, Ternatice *Tabatico nani*, Bandaice *Bulu ſeri*, & *Bulu tomber*, quæ nomina alii proprie luteæ tribuunt ſpeciei, vulgarem vocantes *Bulu key*, Javanice *Ampel*, Macaſſarice *Bulo* . . . . Baleyice *Tibing ampel*, h. e. arundo portatilis. Sinice *Tsjotick* h. e. arundo lapidea, ob ejus duritiem, & ſpinoſos ramos, licet Sinenſis Atlas aliud *Cbo* ſeu *Tsjo* deſcribat, ſupra Cap. 4. memoratum.

Locus. Hæc arundo fere ubique obvia eſt per totam Indiam, ſed quasdam habet varietates juxta locorum varietatem, uti & hic in Amboina, atque Moluccis usque ad inſulas Auſtrales: Hac in Provincia elegantiſſima obcurrit in Manipa, creſcitque æque in ſilvis in altis montibus, quam plantata in hortis ſilveſtribus, & circa ædes, propagatur autem per binos tresve nodos, quorum ſummus pauca cænoſa repletur terra, ac porro aqua repletur, obturatur, & oblique poſita terræ committitur, ex ejus nodis tum ſurculi progerminant, ſicco autem aëre aqua conſpergendi ſunt iſti nodi, donec ſurculi propullulent.

Arundo lutea hisce in inſulis non ſilveſtris eſt, ſed ubique plantatur, Javanorum *Bulu ſwangi* non adeo craſſa eſt quam Amboinenſium, nihilominus ſubſtantia ejus craſſa eſt ac dura.

Uſus. Ex hac arundine pali formantur ſex circiter pedes longi, *Panukol*, h. e. vectes dicti, quibus cuncta onerum genera portantur, ſubſtantia enim ejus eſt levis, ac nihilominus fortis, glabra, & humeris apta, ex rectis ejus ſtipitibus tectorum ligna, & ex craſſiſſimis ædium poſtes fabricantur ac ſepes, quæ vehementiſſimos edunt ictus & ſonitus, quum incendio comburuntur, quando notum ejus nomen *Bambu Bambu* facile exauditur.

Tiffadores pontes ſuos formant ex una Calappo ad aliam, quum unam alteramve arundinem conligant, quibus pedes firmant, aliamque paulo altiorem, cui manus injiciunt, quod horrendum præbet ſpectaculum, homines nempe in tanta altitudine per arundinem ambulare vix brachium craſſam: Robong ſeu ſurculus *Bulu ſwangi* vix pedem altus, proxime convenit illi *Bulu Java*, eſtque omnium aptiſſimus ad coquendum & muria condiendum, quum ejus ſubſtantia ſit craſſiſſima, cujus modus ſeu præparatio ſupra in *Bulu Java* eſt enarrata, cavendum vero eſt, ne hos aliosque ſurculos crudos edant, quum ſummam faucium anxietatem, immo ſuffocationem fere adferant, hæc autem malignitas per aquæ coctionem tollitur.

Atsjar ſeu ſalgama ex arundinibus præparata optimum & delicatum præbet obſonium ad adpetitum excitandum, eſtque ſalubre in itineribus marinis, quem in finem noſtrates reduces magnam ejus copiam in Europam deducunt.

Bulu ſwangi, æque ac *Bulu ſeru*, & *Bulu Java*, in uſu ſunt tempore belli, ex quibus tribuli, & tibialia formantur *Songa* dicta, quæ acuta ſunt ligna, a ſpithama ad binos tresve pedes longa, quæque ad inferiorem apicem ſulcum habent, quo terræ infiguntur, circa clauſtra & ad viarum tramites, unus vero tribulorum apex erectus eſt, qui in tribulis ventralibus parum oblique ſitus eſt, ſuntque plerumque parum aduſti, unde adeo duri ſunt, ut ſoleas penetrent & perforent, ſi arundines *Bulu ſwangi* ad manus ſint, haſtilia ex ipſis formari poſſunt *Sagu ſagus* dicta, quorum apices ad ignem quoque parum aduruntur.

Apud *Linſchotenum* atque Portugallicos ſcriptores legitur, hanc arundinem adhuc teneram ad ignem incurvari & inflecti, quæ ita porro excreſcit, ut dein ex ipſa ſellæ geſtatoriæ *Palanbius* dictæ formentur, quod

Bloeiſel en zaat kan ik niet beſchryven, om dat men 't zelden tot zyn behoorlyke ouderdom laat komen; de oude ſtangen nu wegens hare lengte te rank werdende, buigen haar ſchuins, en ruſten op de naaſte boomen, zo ze die bereiken kunnen.

Naam. *In 't Latyn* Arundarbor fera, *na 't Maleits* Bulu ſwangi. *Nu is te weten, dat* Swangi *drie dingen beduit,* 1. *tovenaars en hekſen,* 2. *alle wilde, onbewoonde, en vervaarlyke plaatſen, klippen, eilandekens, als daar is* Pulo ſwangi, *by Banda.* 3. *Alle zodanige vrugten en planten, die een wild, ruig, en verwerd aanzien hebben, of van een wederſpannigen aard zyn, gelyk wy boven in 't 2. Boek, Hoofdſt. 39. een exempel in de Limoen-ſwangi gegeven hebben; op Amboina* Domu, Domul, *en* Domulo, *op Leytimor* Domar, *op Huamoel* Waan ſemane, *op Ternaten* Tabatico nani, *op Banda* Bulu ſeri *en* Bulu tombor, *welke namen andere eigentlyk de gele zoorte geven, en de gemene noemen ze* Bulu key, *op Java* Ampel, *in 't Macaſſaars* Bulo . . . . *op Baleits* Tihing ampel, *dat is ſteen-riet, wegens zyn hardigheid en doornagtige takken, hoewel den Chineeſen Atlas een ander Cho of Tsjo beſchryft, boven Hoofdſtuk* 4. *aangehaalt.*

Plaats. *Dit riet is gemeen ſchier door geheel Indien, dog met eenige veranderingen, na de verſcheidentheid der landen, en zo mede hier in Amboina en de Moluccos, tot in de Zuid-ooſter Eilanden; in deeze Provintie heeft men 't ſchoonſte op Manipa, het waſt zo wel in 't wild op hooge gebergten, als geplant in de boſtuinen, en omtrent de huizen, men plant 't met twee of drie leden, in 't bovenſte een weinig ſlykige aarde gedaan, voorts met water gevult, toegeſtopt, en ſchuins in de aarde begraven, zo komen uit de knoeſten nieuwe ſcheuten voort; men moet 't by droge tyd met water beſproeyen, tot dat de ſcheutjes uitkomen.*

Het gele riet vind men in deeze Eilanden niet in 't wild, maar wert overal geplant: de Javaanſe Bulu ſwangi *is zo dik niet van riet als d'Amboinſe, niet te min dik van ſubſtantie en ſterk.*

Gebruik. *Van dit riet werden ſtangen gemaakt, omtrent zes voeten lang,* Panukol, *dat is, draag-boom genaamt, waar mede men allerbande zware laſten draagt, want 't is ligt, en niet te min ſterk, glad, en gemakkelyk voor de ſchouder, uit de regtſte ſtammen werden ſparren tot daken, en uit de dikſte ſteilen tot huizen en heiningen gemaakt, geven geweldige ſlagen, als ze in brand raken, wanneer men zeer kennelyk haar naam* Bambu Bambu *hoort.*

De Tiffadoors maken hare bruggen van den eene Calappus-boom tot den anderen, een of twee bamboeſen nevens malkanderen bindende, daar zy de voeten op zetten, en een ander wat hoger, daar aan zy haar vaſt houden, 't welk yſſelyk om te zien is, dat menſchen in zulken hoogte wandelen over een riet, dat pas een arm dik is. Het Robong van Bulu ſwangi, *niet boven een voet hoog zynde, is naaſt dat van* Bulu Java, *het bequaamſte tot koken en inleggen, om dat het de dikſte ſubſtantie heeft, wiens manier boven in* Bulu Java *verhaalt is. Men moet zig egter wagten, die en andere Robongs raauw te eten, want het brengt een zulke benautheid in de keel, als of 't verwurgen wilde, welke ſchadelykheid hem door 't opkoken in 't water benomen wert.*

Het Atsjar van alle Bamboeſen gemaakt, is een treffelyke en aangename toeſpys, om den appetyt te verwekken, en gezont op Zee-reiſen, tot welken einde onze t'huisvaarders ook een goede party mede in Europa voeren.

De Bulu ſwangi, *zo wel als de* Bulu ſeru, *en* Bulu Java, *zyn gebruikelyk by tyden van Oorlog, om voetſcheen- en buik-angels daar van te maken,* Songa *genaamt, 't welk zyn ſpitſe houten van een ſpan, tot twee a drie voeten lang, by de onderſte ſpits een keep hebbende, waar mede men ze in de aarde ſlaat, rondom de fortresſen, en aan de paſſagien der wegen, met de eene ſpits in de voet-angels over eind, in de buik-angels wat ſchuins ſtaande, dewelke gemeenlyk wat gebrand zyn, en daar door zo hard, dat ze door de ſchoen-ſoolen dringen konnen, als men de rieten van* Bulu ſwangi *heeft, zo kan men ook werp-ſpieſſen, of* Sagu ſagus *daar van maken, werdende de ſpitſe ook wat in 't vuur gezengt.*

By Linſchoten *en de Portugeſe Schryvers leeſt men, hoe dit riet nog jong zynde, al willens met vuur gekromt en gebogen wert, dat het daar na zo blyft, tot gebruik van* Palanhius *of draagzetels, 't welk in deeze Eilanden*

quod vero hiſce in inſulis, ubi homines non ita ſunt otioſi ac commodi, non eſt in uſu.

Secunda ſeu ſilveſtris ſpecies adhibetur inſtar *Bulu ſammet* ad alas navigiorum minorum ſeu Correcorren, ac porro omnes tres ſpecies promiſcue ad malos, gubernacula, aliaque navium inſtrumenta, ſuntque porro in tanto uſu ad ſupellectilis varia genera & commoda, ut cuncta enarrari nequeant, ita ut tales regiones infortunatæ atque orbatæ cenſeantur, in quibus non una alterave harum arundinum ſpecies creſcit; immo ipſa Amboina & Moluccæ multis in rebus deſtituerentur, licet ſufficiens ipſis ſit materies, ex qua horti, ædes, ſepes, aliaque exſtrui poſſunt, quales ſunt Sagu rami, de quibus ſupra libro primo latius fuit actum, quæque cunctæ Occidentales regiones ex arundinibus conficere debent.

Nullum ejus novi uſum medicum, niſi qui ſupra *Cap.* 4. in *Bulu Java* fuit memoratus, quem in finem hæc ſpecies prævalet.

Ob multiplicia harum arundinum commoda gentiles harum regionum antiquis jam temporibus & etiamnum clam *Bulu ſwangi* divino proſecuti ſunt honore, quod præ reliquis in Amboina ſatis notum eſt, in ſuperioribus enim temporibus prope ſummum collem *Soja ſeri Mahu* dictum, ubi olim elegans arundinis frutex, luteæ nempe ſpeciei, ſed jam maxima ex parte perditus, locatus fuit cum ingenti Bintangora litorea & Varinga, matula erat poſita antiqua, in qua baculum circumagitabant, quumque pluvias excitare volebant, inmolabant alba gallina iſtam arundinem, quam fabulantur ortam fuiſſe ex baculo, quem primus ipſorum Patty manibus tenebat, quum ex cœlo delaberetur, credebant autem pluviæ quendam Deum iſtos inhabitare montes, quum binæ iſtæ memoratæ arbores litoreæ ibidem creſcerent, ac plures Leytimoræ fluvii ex vel circa hujus montis pedem ortum ſuum ducerent: Omnes lignei cultelli, quibus parietes ac paggers ex Gabba Gabba exſtructi connectuntur, ex fiſſa hac arundine formantur, qui cuncta mollia penetrant ligna.

Huic Capiti quatuor exoticæ mihi ſubjungendæ ſunt ſpecies, quibus nullum alioquin commodum locum tribuere poſſum, atque *Bulu ſwangi* quodammodo adfines eſſe videntur, quarum prima eſt *Guada* ab *Euſeb. Nierenberg. Lib.* 14. *Cap.* 194. deſcripta, qualis arundo in India Occidentali creſcit ad pedis craſſitiem, quæque adeo fortis & dura eſt, ut ruſticorum ædes ex ipſa exſtruantur.

Secundo, ***Arundarbor nigra***, Sinenſibus *Outik*, craſſitiem brachii pueruli habet, & minus, ejusque fiſtulæ circiter dimidium pedem longæ, externe eleganter nigricantes & glabræ, interne penitus fere lignoſæ, totusque ejus ſtipes vix viri altitudinem adtingit, quantumque mihi videtur, convenit cum arundine Hiſpanica in inſulis Canarienſibus creſcente, quæ olim adhibebatur ad baculos, excepto quod hæc alba, illaque ſit nigra; arundo hæc Sinenſis adeo ſolida eſt, ut tenuibus ex fuſtibus gravia onera portari poſſint, porro etiam baculis, tabulatis, & cancellis ciſtarum & ſcriniorum inſervit, obcurrit autem in Sina & Japana.

Tertio *Cha* ſeu *Tſjatick* cum ſuperiore *Bulu gading* convenit, eleganter enim variegata eſt ex flavis & viridibus ſtriis, flavæ vero copioſiores ſemper ſunt, non multum in Sina obvia eſt, nec niſi in remotis montibus, ex quibus Sinenſes medici illam deducere curant ob folia, quæ in uſum medicum adhibent, ipſorum enim decoctum conducit iis, qui ex febribus ardent & incaleſcunt, ac Cephalæa laborant, quem in finem Sinenſes Amboinam inhabitantes folia noſtræ *Bulu gading* in uſum vocant, obpoſitæ itaque eſt virtutis, quam fuit in præcedenti capite dictum de Zeylanenſi ſpinoſa arundine: In Sina alia hujus arundinis invenitur varietas, quæ *Bulu Tſjatſjar* h. e. varioloſa arundo vocatur, quum maculis albis inter viride ſit diſtincta & variegata, inſtar hominum, qui cicatrices ex variolis retinuerunt.

Quarto, *Arundo Japanica in Dodonæi adpendice* delineata ſub nomine, *Arundinis Indicæ farctæ*, vulgo, licet erroneè, Rottang Japanenſium dicta, quæ elegantes exhibet nodoſos iſtos ſtipites ſeu bacellos, quos manibus geſtamus, plerumque ſuperne & inferne argento obductos, nullo autem modo tales ſunt, quales videntur, ipſorumque nomen indigitat, nulla enim

den (daar de luiden zo gemakkelyk niet zyn) in geen gebruik is.

De tweede of wilde zoorte, werd gebruikt als de Bulu ſammet, *tot vlerken aan de Correcorren, en voorts alle drie door malkander tot maſten, roers, en diergelyke ſcheepsbomen op de inlandſe vaartuigen; in ſumma tot zo veel nootwendigheden in de huishouding en ſcheepsbouw, dat men dezelve niet optellen kan, zo dat men de landen ongelukkig en gebrekkelyk agt, die niet met d'eene of d'andere zoorte van dit riet verzien zyn: ja zelfs Amboina en Moluccos zouden in vele dingen zonder dit riet verlegen zyn, die nogtans andere ſtof hebben om hare tuinen, huizen, wanden, en paggers daar van te maken, gelyk de Sagu-takken zyn, waar van in 't eerſte Boek gezegt is, daar ze meeſt alle de Weſterſe landen uit Bamboeſen moeten maken.*

In de medicyne weet ik geen ander gebruik, als die boven Capittel 4. *in de* Bulu Java *vermelt is, waar toe egter deeze zoorte voor beter gehouden werd.*

Om deeze veelvuldige nuttigheden hebben mede de Heidenen deezer Eilanden in voortyden, en nog heimelyk de Bulu ſwangi *Goddelyke eer aangedaan, gelyk onder anderen in Ambon genoegzaam bekent is, wat in voortyden geſchiet zy, by de hoogſte heuvel van* Soja ſeri Mahu *genaamt, daar van ouds een ſchoone Bamboes-ſtruik ſtond, van de geele zoorte, dog nu meeſt vergaan, nefſens een groot ſtrand-Bintangor, en Waringe-boom: by de Bamboes-ſtruik ſtond een antiekſche waterpot, waar in zy met een ſtok roerden, als zy regen wilden doen komen, en deden offerhande met een wit hoen aan gemelde Bamboes, die zy fabuleren gewaſſen te zyn uit een ſtok, die haar eerſt Patty in de hand hadde, doen hy uit de lugt viel, zy geloofden dat een zeker water of Regen-god op die berg moeſt wonen, om dat de twee gemelde ſtrandbomen aldaar groeiden, en de meeſte rivieren van 't land Leytimor uit of omtrent de voet van deezen berg haar oorſpronk hebben; alle houten nagels, waar mede men de wanden en paggers uit Gabba Gabba gemaakt, t'zamen ſpykert, werden van dit gekloofte riet ook gemaakt, dewelke door alle weke houten doordringen.*

By dit Capittel moet ik nog vier vreemde zoorten voegen, dewelke anders geen bequamer plaats kunnen vinden, en met de Bulu ſwangi *eenige maagſchap ſchynen te hebben,* 1. Guada *by* Euſeb. Nierenberg Lib. 14. Cap. 194. *beſchreven, is een diergelyke riet in Weſt-indien waſſende, in de dikte van een been, en zo ſterk, dat men de Boere huizen daar van maakt.*

2. Arundarbor nigra, *Chinees* Outik, *is in de dikte van een kinder-arm, en minder, de pypen omtrent een halve voet lang, van buiten ſchoon, zwart, en glad, van binnen met hout, ſchier geheel uitgevult, en de gehele ſtam niet boven een man hoog, zo 't ſchynt, overeenkomende met het Spaans-riet, in de Canariſe Eilanden groeyende, en eertyts gebruikelyk tot handſtokken, behalven dat dit laatſte wit, en 't vorige zwart is: dit Chineeſe riet is zo ſterk, dat men aan zulke zware laſten kan dragen, werdende verders gebruikt tot handſtokken, lyſten, en pilaartjes aan kiſten en kantooren, men vind 't in China en Japan.*

3. Cha *of* Tſjatick *komt over een met 't bovenſtaande* Bulu gading, *want 't is fraai geſchildert, met geele en groene ſtrepen, dog 't geele is altyd het meeſte, 't werd in China niet veel gevonden, en dat ver in 't gebergte, van waar het de Chineeſe Geneesmeeſters laten halen, wegens zyne bladeren, die zy tot eenig medicyn gebruiken, want deszelfs afkookzel gedronken, is goet voor verhitte menſchen, die koorſig zyn, of anders hooftpyn hebben, tot welken einde de Chineeſen in Amboina wonende, de bladeren van ons* Bulu gading *zomtyts zoeken, dierhalven van contrarie kragten, als in 't voorgaande Hoofdſtuk van 't Ceylonſe doornagtig riet gezegt is: In China heeft men nog een verandering van dit riet, 't welk men* Bulu Tſjatſjar, *dat is, pokkig riet noemt, om dat het geſpikkelt is op 't groen met witagtige plekken, gelyk menſchen, die veel lidtekenen van de pokken hebben.*

4. Arundo Japanica in appendice Dodonæi, *afgeſchetſt onder de naam van* Arundo Indica farcta, *in 't gemeen, hoewel abuſivelyk Japanſe Rottang genaamt, zyn de ſchoone en geknopte ſtokjes of ryskens, die men in de handen draagt, doorgaans onder en boven met zilver beſlagen: zy zyn geenzins 't gene dat ze ſchynen, en haar naam medebrengt; te weten Rottangs, want daar is geen*

enim invenitur Rottangæ species, quæ tot internodiis ac protuberantibus nodis seu annulis, nec supra nec infra terram, crescit, neque etiam sunt veræ radices cujusvis arundinis sub terra crescentes, uti Europæi nostrates hucusque persuadere sibi voluerunt.

Verum est cunctas supra descriptas arundinum species, per Indias crescentes, nodosas gerere radices instar Zingiberis & Galangæ, hæ vero sunt breves, nec protuberantes gerunt annulos, seseque dividunt ab utraque parte in multos laterales ramos: hic vero ita dictus Japanensium Rottang stipes nihil aliud sunt nisi spuriæ radices, quæ ex vetustis & sæpius detruncatis arundinum fruticibus supra terram ex stipitibus transversaliter progerminant, quales in hisce regionibus ex Mangiis & Pandango propullulant; excepto quod Japanensium Rottang non tam alte supra terram excrescat, intus autem hæ spuriæ radices solidæ sunt, & obpletæ lentissima lignosaque substantia, solidiore, quam in ulla arundine, longitudinem habentes quatuor quinqueve pedum, harumque crassissima, raro tamen obvia pollicem crassa est, ac vulgatissima minimi digiti crassitiem obtinet, immo minorem, neutiquam autem tam rectæ sunt, quales manibus tenentur, recenter vero excisæ ita formantur, ac gravitate ponderis cujusdam, quod ipsis adpenditur, ita extenduntur, divisæ autem sunt, uti dictum fuit, in multa internodia & protuberantes annulos, qui circa ortum ex trunco vix transversalem pollicem distant, ac sensim magis ad superiorem partem distant, ita ut superiora internodia tres quatuorve digitos transversales longi sint, crassissimis nempe in stipitibus, in tenuioribus enim breviores sunt, spuriarum vero harum radicum extremitates ad terram quidem incurvantur, sed ipsi non infiguntur, ex gemmis autem, quæ undique annulis insident, multæ excrescunt lignosæ fibrillæ, quarum inferiores in terram penetrant, ipsamque perforant, superiores vero breves tantum quasi sunt spinæ, quæ omnes abscinduntur.

Quivis nodus ab una parte sulcum gerit anterius acuminatum, subsequens vero internodium ab opposita illum gerit parte, quem alternatum ordinem præcise observant usque ad summum hi nodi, in hoc autem sulco rudimentum sicci folii videtur decubuisse: internodia hæc transversaliter ornata sunt lineolis, quæ subtiles mentiuntur fissuras, quæ in sulcos istos determinantur.

Hæ porro depuratæ Rottangæ, quales venales deferuntur, tres cum dimidio & quatuor pedes longæ, pallide sunt flavescentes seu straminei coloris, leves, solidæ, lentæ, atque substantiæ infragilis, si modo non diu pulvere sint obrutæ, unde corrumpuntur, ex Japana autem deducuntur, Sinenses vero mihi adfirmant, in ipsorum patria quoque reperiri, potissimum crescentes ex præcedenti octava specie *Bulu swangi*; licet ex aliis aliquando speciebus itidem progerminent, si modo vetusti fuerint ipsarum frutices ac stipites sæpius detruncati, in ipsorum vero regione nullus laborem adhibere vult ad fustes tales manuales seu baculos ex illis formandos.

Quomodo Sinensium chartæ ex hac quoque specie præparentur, sub finem superioris secundi Capitis ad *Bulu seru* examina.

Tabula Quarta

Surculos exhibet arundinis arboreæ feræ *Bulu swangi* dictæ.

geen Rottang-zoorte, die met zo veele leden, en uitstekende knopen of kringen, nog boven nog onder de aarde wast; zo zyn het ook niet de eigentlyke wortelen onder de aarde van eenig Bamboes, gelyk onze Europianen tot nog toe malkanderen wys gemaakt hebben.

Wel is waar, dat alle de bovenbeschrevene zoorten van Bamboesen, hier en elders in Indien groeyende, gelede wortels hebben, gelyk Gember en Galanga, maar die zyn kort, hebben geen uitbuilende kringen, en verdelen zig aan wederzyden in vele zydetakken, die zogenoemde Japanse Rottang-stam zyn anders niet dan by-wortelen, of bastaard-wortelen, dewelke aan oude en dikwils uitgekapte Bamboes-struiken boven de aarde uit hare stammen dwers uitschieten, gelyk men in deeze landen aan de Mangi Mangi en Pandang ziet, behalven dat de Japanse Rottang zo hoog niet boven de aarde voortkomt. Zy zyn van binnen massief, en gevult met een zeer taye houtagtige substantie, vaster dan aan eenig Rottang, in de lengte van vier a vyf voeten, de dikste, die men zelden vind, van een duim, de gemeenste van een pink, en dunder, zy groeyen geenzins zo regt, gelyk men die gene ziet, dewelke men in de handen draagt, maar de versch afgesnede werden aldus gerekt door de zwaarte van eenig gewigt daar aan gehangen. Zy zyn als gezegt, in vele leden en uitbuilende kringen verdeelt, dewelke omtrent den oorspronk uit den stam schaars een dwers-duim van malkanderen staan, en dan allengskens na voren toe verder van malkander, zo dat de voorste leden drie en vier dwers-vingeren lang zyn, namentlyk, aan de dikste stokken, aan de dundere zyn ze korter; de uiterste einden van deeze bywortelen krommen zig wel om na d'aarde toe, dog maken zig daar in niet vast, maar uit de oogen, die rondom aan de kringen staan, schieten vele houtagtige vaselingen uit, waar van de onderste weder in de aarde dringen, maar de bovenste blyven korte stekels, dewelke men allegaar afsnyt.

Ieder lid heeft aan d'eene zyde een keep, voorwaarts spits toelopende, en 't volgende lid heeft ze aan d'andere zyde, onderhoudende deeze verwisselde ordre precys tot 't uiterste einde toe, waar in schynt eenig schepsel van een droog blad gelegen te hebben; de leden zyn over dwers vercierd met linien, als subtile scheurtjes, dewelke in de voornoemde kepen eindigen.

Voorts deeze schoon-gemaakte Rottangs, zo als men ze te koop brengt, drie en een half en vier voeten lang, zyn bleek-geel of strooverwig, ligt, styf, taai, en van een onverbrekelyke substantie, als zy maar niet lange met stof bedekt leggen, want daar door bederven ze, men brengt ze uit Japan, dog de Chineesen verzekeren my, dat ze in haar land ook te vinden zyn, groeyende meest aan de naast voorgaande agtste zoorte Bulu swangi, *hoewel ze aan andere zoorten zomtyts ook voortkomen, als 't maar oude struiken zyn, en die dikwils uitgekapt werden, dog in haar land wil niemand de moeite doen om 'er handstokken van te maken.*

Hoe 't Chineese papier mede hier uit gemaakt werd, ziet agter aan 't bovenstaande tweede Hoofdstuk, van de Bulu seru.

De Vierde Plaat

Vertoont eenige jonge struikjes van het wilde Boom Riet, *Bulu swangi* genaamt.

CAPUT OCTAVUM.

Canna Paluſtris. Cano Cano.

ARundines relinquens arboreas, tranſeo ad minores quasdam deſcribendas ſpecies, quarum *Cano Cano* vulgari noſtrati arundini ſimilis eſt, in uliginoſis enim creſcit locis, eandem exhibens formam, cujus ſtipites pollicem craſſi ſunt, duodecim ac ſexdecim pedes alti, recti, & firmi, brevibus ex internodiis compoſiti, non ultra palmæ longitudinem diſtantibus, atque inferius magis combinatis, ultra dimidium nudi ſunt & externe virentes.

Folia binas ſpithamas, ac ſuperiora duos pedes longa ſunt, in longum apicem deſinentia, binos tresve digitos lata, glabra, & firma, nullis hirtis vel pungentibus pilis hirſuta, quales in Leleba conſpiciuntur, parum ſtriata, ad inferiorem ſemper partem latiſſima, atque transverſaliter ortum ſuum habent ſolitaria, ac plerumque alternata, ex inferiorum foliorum alis longi excreſcunt petioli laterales, ſimilia gerentes folia, plerumque erecti inſtar matricis.

Flores in longam conliguntur plumoſam glumam, uti in arundine ſaccharata, quæ tamen multo tenuior eſt, ultra binas ſpithamas longa, quæ nulla conſpicienda dat ſemina.

Radices per paludoſum prorepunt ſolum, atque ubique novos emittunt ſurculos, quibus hæc arundo intra breve temporis ſpatium quam maxime multiplicatur, ejus vero ſtipites interne concavi ſunt, uti in vulgari noſtrate arundine, creſcit autem non tantum in paludoſis & arenoſis, ſed etiam in altis locis, inferne humidis, & ſoli bene expoſitis.

Nomen. Latine *Canna paluſtris.* Gluma autem ſeu flores omnium arundinum Latine & Græce *Anthele* vocantur, atque hæc arundo Malaice & Ternatice *Cano Cano*, Amboinice *Tatepal* & *Tatupele*, major vero additur ad diſtinctionem minoris ſpeciei in ſubſequente Capite deſcriptæ: Macaſſarice *Lantebu*, Baleyice *Tubu ſala*, quod tamen nomen potius ſubſequenti farctæ ſeu ſilveſtri arundini ſacchariferæ competit: Ternatice *Lou lou Idje*, h. e. parva *Bulu ſeru.*

Locus. In Amboina nullibi obcurrit niſi ad fluminum oras, ipſorumque ripas humiliores, quæ ſæpius inundantur, præſertim ad oras maritimas, & in Paſſo Baguala, hujus vero arundinis ſilvæ periculoſæ ſunt Crocodilorum latebræ: In Celebe circa Macaſſaram totos obcupat campos, qui pluvioſis menſibus aqua ſunt ſubmerſi, uti quoque in Sumatra, arundines vero ibi ſunt majores Amboinenſibus.

Uſus. Defectu *Lelebæ*, aliarumve arundinum adhibetur ad Pancawa, qui tenues ſunt aſſerculi, quibus Atap circumſuitur, non autem ita durabilis eſt quam veræ iſtæ arundines. Magnates Macaſſarenſes Oryzam ſæpe hiſce arundinibus infarctam deferri jubent, quam in prandiis ad oblectamentum edunt, quum ex ipſorum ſententia melior inde ejus ſit guſtus ac odor.

Tabula Quinta

Cannam exhibet paluſtrem *Cano Cano* dictam, quæ forte eſt Arundo vallatoria Indiæ Orient. noſtrati ſimilis *Plukn. Mantiſſ. p.* 28.

VIII. HOOFDSTUK.

De moeraſſige Canna.

V*An de boomagtige rieten afſcheidende, zullen wy eenige kleine zoorten beſchryven, waar van de* Cano Cano *is ons gemeen riet gelyk, want het waſt op vogtige plaatſen, en in dezelfſte gedaante, te weten, met ſtammen een duim dik, en twaalf a zeſtien voeten hoog, regt en ſtyf, met korte leden, die niet boven een hand van malkander ſtaan, en beneden nog digter, over de helft ſtaan ze bloot, en zyn van buiten groen.*

De bladeren zyn twee ſpannen, en de bovenſte twee voeten lang, met een lange ſpitſe, twee en drie vingeren breed, glad en ſtyf, zonder die ſtekelyke wolligheid, die men aan de Leleba ziet, weinig geſtreept, agter altyd breedſt, en ſtaan dwars uit haren ſtam, enkeld, en meeſt met beurten tegens malkander, uit den ſchoot der onderſte bladeren ſchieten lange zyde ſtelen, in diergelyke bladeren verdeelt, en meeſt over eind ſtaande, gelyk den hooftſteel.

De bloem is een langen riet-pluim, gelyk aan't Zuikerriet, dog veel dunder, over de twee ſpannen lang, daar aan men geen zaat ziet.

De wortelen kruipen langs een moeraſſige grond, en ſchieten overal nieuwe ſtangen uit, waar door dit gewas in korten tyd zeer vermenigvuldigt, de ſtangen zyn van binnen hol, gelyk ons gemeen riet, 't waſt niet alleen in moeraſſige en zandige, maar ook op verheve plaatſen, als ze maar van onderen vogtig zyn, en wel ter zonne ſtaan.

Naam. *In 't Latyn* Canna paluſtris. *De pluim of bloem van alle rieten hiet in 't Latyn en Grieks* Anthele, *'t voorſz. riet in 't Maleits en Ternataans* Cano Cano, *in 't Amboins* Tatepal *en* Tatupele, *het groote tot onderſcheid van 't kleine, in 't volgende Hoofdſtuk beſchreven, op Macaſſaars* Lantebu, *op Baleits* Tubu ſala, *welke naam egter 't volgende gevulde of wilde Zuiker-riet beter toekomt, op Ternaten* Lou lou Idje, *dat is kleine* Bulu ſeru.

Plaats. *In Amboina vind men het nergens, dan aan de kanten van rivieren, die een lagen oever hebben, en dikwils overlopen, byzonderlyk aan de zeekant, en op de Paſſo Baguala, en zyn deeze rietboſſen zorgelyke ſchuilplaatſen van den Crocodil. Op Celebes omtrent Macaſſer beſlaat het gehele velden, dewelke in de regen-maanden onder water ſtaan, als mede op Sumatra, dog de rieten zyn aldaar wat grooter als de Amboinſche.*

Gebruik. *By gebrek van* Leleba *of andere Bamboeſen werd het gebruikt tot Pancawa, dat zyn dunne latjes, daar men de Atap om naait, dog is zo durabel niet als de regte Bamboeſen. De groote Heeren op Macaſſer laten haar ryſt, die zy over tafel eten, zomtyds tot pleiſier in deeze rieten komen, van dewelke zy een aangename geur bekomen.*

De Vyfde Plaat

Vertoont de moeraſſige Canna, *Cano Cano* genaamt, welke mogelyk is het Wal-Riet van Ooſtindien, na ons Inlandſche gelykende, van *Plukn.* in zyn *Mantiſſ. p.* 28.

CAPUT



CAPUT NONUM.

Arundo farcta. Djodjo, & Tubu ſala.

SUnt quædam in India arundines farctæ, quarum in hiſce Orientalibus inſulis binas obſervavi ſpecies, harum prima eſt arundo telorum ſeu *Arundo toxica*, quæ vix minimi digiti craſſitiem habet, ac plerumque tenuior eſt, nihilominus tamen firmiſſima & recta, breves gerens nodos, quatuor & quinque pollices longos, intus fungoſa & duriuſcula medulla repletos.

Ejus folia oblique eriguntur, viginti quatuor & viginti ſex pollices longa, plerumque vero breviora, binos lata digitos, in longum deſinentia apicem, ac glabra.

Ejus flores ſunt albi & plumoſi inſtar alius arundinis, qui longa nempe ex ariſta, in multos petiolos diviſa, excreſcunt, ac tenuia exhibent capitula in longos terminantia apices, uti in avena.

Secundo vulgaris hujus ſpecies in depreſſis creſcit locis, ac proprie vocatur *Tubu ſala*, parumque differt a præcedenti montana ſpecie; eſt enim major & craſſior, a decem ad duodecim pedes alta, a minimo digito ad maximum digitum craſſa, non vero rotunda, ſed parum compreſſa & anguloſa, hujus internodia multo longiora ſunt quam in priori, ab octo, novem, decem, ad duodecim pollices longa, intus repleta medulla alba, fungoſa, & fibroſa inſtar Juncorum, nec ita firma eſt quam præcedens arundo.

Ejus folia tres quatuorve pedes longa ſunt, binos pollices lata, glabra, & magis polita quam prioris, parum deorſum inflexa & complicata, quæ vero in graciliori & ſaxoſo proveniunt ſolo, anguſtiora ſunt, ex quovis ſuperiore nodo longa excreſcit ſpica, quæ ſenſim major & longior eſt; ſimulque longam formant plumam ſeu glumam, nullo tamen modo lanaginoſam, ſed paleaceis & pallide virentibus nodis onuſtam, quorum quivis in longum terminatur apicem inſtar avenæ, ac plerumque ſterilis eſt, excepto quod quidam inferius durum gerant granulum.

Utriusque ſpeciei radices juxta terram prorepunt inſtar reliquarum arundinum, hinc inde novos emittentes ſurculos, denſioremque formantes fruticem, quum in humidis & frigidioribus creſcat vallibus, tam pinguia producit folia & ſtipites, ut tenera putaretur eſſe arundo ſaccharifera, quædam etiam hujus reperiuntur varietates juxta varias regiones, quæ tamen non ſufficiunt ad certam conſtituendam ſpeciem.

Nomen. Latine *Arundarbor farcta*, juxta Græcum *Naſtos* & *Toxica*, primam montanam ſpeciem, proprie vocarem *Toxicam*, h. e. telorum arundinem, uti hæc in Ternata *Djodjo* vocatur: Amboinice *Hena* & *Louibuan:* Secunda peculiariter dicitur *Tubu ſala*, h. e. *arundo ſaccharifera ſpuria*; Amboinice *Tatepal* & *Tatexar*, minor ad diſtinctionem majoris in præcedenti Capite deſcriptæ: Macaſſarice *Bodjo Bodjol.*

Locus. Prima ſpecies montes obcupat & colles, ſoli bene expoſitos, ſecunda ubique obvia eſt in planis campis & ad montium pedes, utræque vulgares ſunt in cunctis Archipelagi Moluccani inſulis, optima vero arundo toxica creſcit in magna Gelolo, & in inſulis Papuenſibus; Amboinenſis enim multo inferior eſt, nec ita firma.

Uſus. Arundo toxica ab Alphorenſibus, Papoenſibus, reliquisque incolis, inſulas ad Eurum ſitas inhabitantibus, quotidie adhibetur ad fiſtulas, canaleſque telorum ſuorum ex ipſa formandos, quæ quatuor pedes longa & dimidium digitum craſſa ſunt, hiſce inponunt apices palmam longos, ex duro quovis ligno conſtructos, quorum quidam ſunt plani & glabri, quidam inæquales & hamati, & toxico quovis ſucco imbuti, qualis eſt *Caſſuvii ſilveſtris* libro primo deſcripti. In quibuſdam locis uſurpatur loco pancawæ, in quibus nempe deficit Leleba, quæ alioquin ad conſuendum Atap requiritur.

Secunda ſpecies ſeu *Tubu ſala* eſt mollis, inutilis, nec ad quendam uſum apta, niſi quod Macaſſarenſes & Boegenſes ex ſpongioſa ejus medulla turundas forment, quas poſt haſtilia ponunt, ad fiſtulam emiſſariam replendam, & licet, uti dictum eſt, hæc arundo in

IX. HOOFDSTUK.

Het Pyl-Riet.

D*Aar zyn ook eenige gevulde rieten in Indien, waar van ik in deeze Ooſterſche Eilanden twee zoorten aangemerkt hebbe, 't eerſte is het Pyl-riet, of de* Arundo toxica, *'t welk is niet boven een pink dik, en meeſt dunder, niet te min zeer ſtyf en regt, met korte leden, vier en vyf duimen lang, van binnen met een voos en hardagtig merg uitgevult.*

De bladeren ſtaan ſchuins over eind, vier en twintig en zes en twintig duimen lang, dog meeſt korter, twee vingeren breed, in een lange ſpits eindigende, en glad.

't Bloeiſel is wit en pluimagtig als ander riet; te weten, een lange aire, verdeelt in vele ſtelen, en daar aan dunne knopjes met lange ſpitſen, gelyk aan haver.

2. *De gemeene zoorte hier van waſt in de laagte, hiet eigentlyk* Tubu ſala, *en verſchilt wat van de voorgaande berg-zoorte, want zy is grooter en dikker, van tien tot twaalf voeten hoog, van een pink tot een vinger dik, niet regt rond, maar wat gedrukt, aan de zyde kantig; de leden zyn veel langer dan aan 't vorige, van agt, negen, tien tot twaalf duimen lang, van binnen uitgevult met een wit ſpongieus en dradig merg, als biezen, zo ſtyf niet als 't vorige.*

De bladeren zyn drie a vier voeten lang, twee duimen breed, glad, en effener dan aan de voorgaande, wat nederwaarts gevouwen, dog die op een magere en ſteenagtige grond ſtaan zyn ſmalder, uit yder van de bovenſte leden komt een lange aire voort, en vervolgens al grooter en langer, uitmakende te zamen een lange pluimagie, waar aan egter niets wolagtig is, maar met kafagtige en bleek-groene knopen bezet, yder dragende een lange ſpits als haver, meeſtendeel ydel, behalven zommige hebben aan 't onderſte een hard korltje.

De wortel van beide zoorten kruipt langs d'aarde, gelyk aan alle rieten, hier en daar nieuwe ſpruiten uitſchietende, en een digter ſtruik uitmakende als het in vogtige en koele valeyen ſtaat, gewind het zo vette bladeren en ſtelen, dat men 't voor jong zuiker-riet aanziet, ook heeft 't nog eenige andere veranderingen na de verſcheidentheid der landen, die niet genoeg zyn om een vaſte zoorte te maken.

Naam. *In 't Latyn* Arundarbor farcta, *na 't Grieks* Naſtos *en* Toxica, *d'eerſte berg-zoorte zoude ik eigentlyk* Toxica, *dat is, pyl-riet noemen, gelyk die in 't Ternataans* Djodjo *genaamt werd, in 't Amboins* Hena *en* Loinhuan: *de tweede hiet men ook in 't byzonder* Tubu ſala, *dat is* baſtard Zuiker-riet, *in 't Amboins* Tatepal *en* Tatexar *'t kleine, tot onderſcheid van 't groote, in 't voorgaande Hoofdſtuk beſchreven, in 't Macaſſaars* Bodjo Bodjol.

Plaats. *De eerſte zoorte waſt op de bergen en heuvelen, die wel ter zonne ſtaan, de tweede over al in vlakke velden en aan 't hangen der bergen, beide zyn ze gemeen in alle Eilanden van den Archipelagus Moluccanus, dog 't beſte Pyl-riet waſt op groot Gelolo, en in de Papouſe Eilanden, zynde 't Amboinſe verre zo goet en ſterk niet.*

Gebruik. *Het Pyl-riet werd van de Alphoreſen, Papouen, en verdere Inlanderen van de Zuid-ooſter Eilanden dagelyks gebruikt, om de ſchaften van hare pylen daar van te maken, zynde vier voeten lang, en een halve vinger dik, daar aan ſtekenze dan de ſpitſen nog wel een hand lang van eenig hard hout gemaakt, zommige effen, zommige met kertels of weerhaken, en meeſt met een ſchadelyk ſap beſtreken, gelyk daar is die van Caſſuvium Sylveſtre, Lib. 1. beſchreven. In zommige plaatzen gebruikt men 't voor Pancawa, daar men geen Leleba heeft, tot het naaijen van Atap nodig.*

De tweede zoorte of Tubu ſala *is week, ondeugend, en ſchier tot niets gebruikelyk, behalven dat de Macaſſaren en Boegis uit het ſpongieuſe pit de korkjes maken, die zy agter de blaaspylen of ſpatten zetten, om de loop van 't ſpatroer uit te vullen, hoewel nu, als gezegt, dit riet* op

in Paponensibus insulis, Cerama Orientali, & Gorama crescat, præferunt tamen istarum regionum incolæ illam, quæ in Sergila provenit, & Papoensibus *Foin* vocatur, atque unam eandemque habet formam cum prima nostra specie, sed quæ tenuior, firmior, & durioris est substantiæ. Telorum apices conficiunt ex silvestris Pinangæ ligno, quos contundunt, crassioremque arundinis partem ipsis jungunt, & firmant rubente & viscoso succo arboris Gajang dictæ, qui vero dein in hisce apicibus niger exsiccatur.

Sergile autem est Occidentalis pars Borealis novæ Guineæ, e regione Papoensis insulæ Salawat dictæ, ubi Sergilenses præparata hæc tela venalia deducunt.

In Java, Baleya, & Macassara *Tubu sala* paulo crassior & pinguior est, quam in Amboina, ubi aliquando etiam plantatur ad turundas istas missilium ex ipsa formandas: Ejus fistulæ quoque conducunt ad oculos flatu depurandos, si hi viscoso quodam humore sint obnebulati, vel alia quadam incidente re infestati, quem in finem fungosissimæ eliguntur.

N. B. Cum *Tubu sala* nomine & forma quam maxime convenit *Calamagrostis*, quum vero hæc minor sit, atque aliquid peculiare de hac sit notandum, hinc singulare ipsi tribuere malui Caput libro decimo.

Tabula Sexta

Arundinem exhibet farctam cum panicula sua, *Tubu sala* dictam.

op de Papouse Eilanden, Oost-Ceram, en Goram wast, zo gebruiken egter derzelver Inlanders liefst, 't gene op Sergile wast, by de Papouen Foin *genaamt, en 't geen een en dezelfste gedaante heeft met onze eerste zoorte, of wel zo dun, styf, en hard van substantie; de spitsen maken ze van wild Pinang-hout, dewelke zy stooten, het dikste deel van 't riet daar in vast makende, met een roodagtig en kleverig sap van den boom Gajang genaamt, die daar na aan deeze spitsen zwart besterft.*

Sergile, nu is 't Westerse deel van 't Noorder Nova Guinea, tegen over 't Papoese Eiland Salawat, daar de Sergilesen de toegemaakte pylen te koop brengen.

Op Java, Baley, en Macasser valt de Tubu sala *wat dikker en vetter dan in Ambon, daar men 't ook zomtyts plant, om de voornoemde korkjes aan de spatten daar van te maken; de pypen zyn ook dienstig om in de oogen te blazen, als die door eenige slymerigheid verdonkert zyn, of als 'er wat ingevallen is, waar toe men de vooste moet uitzoeken.*

N. B. *Met* Tubu sala *komt in naam en gedaante zeer overeen het* Calamagrostis *of Rietgras, dog dewyl 't kleinder blyft, en nog iets byzonders heeft, zo heb ik in het tiende Boek een byzonder Hoofdstuk willen geven.*

De Sesde Plaat

Vertoont het Pyl-riet met zyn bloemdragende pluim, *Tubu sala* genaamt.

CAPUT DECIMUM.

Arundastrum. Tonchat seytam.

Cum arundine quodammodo convenit hæc planta, quæ *Arundastrum* nobis dicitur, quodque, quantum novi, in nullis reperitur descriptum libris, mixtamque gerit formam & substantiam arundinis, Galangæ, & Juncorum.

Frutex est, sex octoque pedes altus, multis erectis adsurgens stipitibus, externe glabris, viridibus, & rotundis, instar Typhæ, in longa internodia divisis, quæ quatuor quinqueve pedes longa sunt, & digitum crassa, intusque repleta medulla alba & fungosa instar Juncorum, sed quæ fibrosa magis est ac penitus sicca.

Ex nodis multi quidam, sed potissimum tres majores excrescunt rami laterales, erecti, & inæqualis magnitudinis, ejusdem formæ & substantiæ, inter quos folia quædam sicca stipulas mentientia excrescunt, quæ fuere vaginæ lateralium istorum ramulorum.

Folia cum illis *Galangæ floridæ*, vel *Curcumæ* conveniunt, vel proxime magis illis *Cannacori* adcedunt, spithamam longa, quinque & sex digitos lata, solitaria, atque peculiari petiolo insidentia, qui sub folio capitulum gerit; sunt autem glaberrima instar folii Musæ, læte viridia, subtilibus venulis, arctissimis, & obliquis pertexta, quarum quædam superius protuberant, & in inferiore foliorum parte sulcos formant copiosos, subrotunda porro sunt, & in brevem apicem sese determinantia: Tenerum adhuc folium convolutum refert infundibulum vel cucullum, quale in *Curcuma* & *Cannacoro* itidem conspicitur, ubi autem tale progerminat foliolum, nodus observatur lateralis, ex quo unus pluresve petioli in summa oriuntur parte, qui bina semper gerunt folia, quorum tenerrimum semper convolutum est, saporis fatui seu graminei.

Ex nodis quoque seu geniculis alii longi excrescunt pedunculi, paucos albicantes sustinentes flores, ex sex squallide albentibus angustis & sinuosis petalis constantes, post quos incurvis ex petiolis dependent baccæ quædam vagæ, formam Cerasorum nigrorum mentientes, sed magis oblongæ, inregulares, ac superius umbilicatæ & albicantes, externe simili tenui pellicula obductæ, sub qua reconditur mollis, alba, & sicca caro, in hac continetur officulum formam minoris Nucis Moschatæ æmulans, inregulariter sulcatum ac striatum, externe nigricans, interne album, siccum, ac durum instar vetustæ Pinangæ nucis.

Externus viridis stipitum cortex in tenuia loramenta findi potest, nec folia adeo facile fissuras patiuntur

X. HOOFDSTUK.

Het Rietagtig Gewas.

Met riet heeft ook eenige gelykenisse dit gewas, dat wy Arundastrum *noemen, myns weetens tot nog toe in geen schriften bekent, een gemengd fatsoen en substantie van riet, Galanga, en Biesen hebbende.*

Het is een struik, zes en agt voeten hoog, met vele regte stelen opschietende, van buiten glad, gras-groen, en rond, gelyk de lisdodden (Typha) in lange leden verdeelt, van vier tot vyf voeten lang, en een vinger dik, binnen gevult met een witte en vose substantie, gelyk de biesen, dog dradiger en gansch droog.

Uit de knoppen wasschen eenige vele, dog meest drie grooter zydetakken, opgeschikt, en van ongelyke grootte, van 't zelfste maakzel en substantie, tusschen haar eenige droge bladeren als stoppelen, hebbende, het welk de scheden van de jonge stelen geweest zyn.

De bladeren gelyken die van Galanga florida, *of van de* Curcuma, *of nog eigentlyker na de* Cannacorus, *een span lang, vyf en zes vingeren breed, ieder enkelt op een byzondere steel staande, dewelke kort onder 't blad een knop heeft. Zy zyn glad als een Pisang-blad, blyven groen, met fyne adertjes digt en schuins doorregen, waar van zommige boven uitsteken, en aan 't onderste van 't bladt vele voorns maken, aan 't voorste en rond toelopende, met een korte spits; 't jonge blad gelykt een t'zamengerolt tregtertje of peperhuisje, gelyk men ook aan de* Curcuma *en* Cannacorus *ziet, t'elkens nu waar een zulk blad staat, vind men een knie, en van daar af loopt een lid ter zyden uit met een of meer stelen aan 't opperste, altyd twee bladeren hebbende, waar van 't jongste altyd te zamengerolt is, van smaak laf of grasagtig.*

Uit de knien komen andere lange steeltjes, daar aan men ziet weinige witte bloempjes, van zes vuilwitte, smalle, en bogtige blaadjes gemaakt, na de welke wassen op kromme steeltjes eenige ydele bezien, van gedaante als krieken, wat langwerpig, scheef, en met een naveltje boven op, witagtig, buiten met een diergelyk dun vliesken bedekt, daar onder een week, wit, en droog vlies leit, binnen is een steen, in gedaante van een kleine Notemuschaat, ongelyk gevoornd of gestreept, buiten zwartagtig, binnen wit, droog en hart als een oude Pinang.

De buitenste groene schorsse aan de staven laat haar in dunne riemkens splyten, en de bladeren scheuren zo ligt niet

tur quam illa Musæ, unde & aptiora sunt ad involvendas quasdam res: Radix proserpit instar illius aliarum arundinum, vel potius instar illius Galangæ.

Nomen. Latine *Arundastrum*, Malaice *Tonckat seytan*, h. e. diaboli stipes; sic quoque Amboinice *Nitu atoay*, item *Tinat*, apud Æthiopes vero Amboinenses ac quosdam Ternatenses vocatur *Moa* & *Moar*, Ternatice & Malabarice *Bamban*, Javanice *Bambang*, Macassarice *Buron* & *Une bine*, in Hitoea & Hoeamohela *Nini*, Baleyice *Kelangissan.*

Locus. Silvestris est naturæ, crescens in planis silvis, sepibus, ac vallibus, in Amboina non admodum est copiosa, majori autem copia obcurrit in Cerama & Celebe, per officula in hortis quoque seri & propagari potest, ubi læte satis progerminat sed humilior crescit.

Usus. Stipitum fissorum viridis cortex apud multas nationes in usu est præsertim apud Macassarenses ad consuendum Atap, ad corbiculas nectendas, aliaque ligamina, quæ aliis in locis ex Leleba conficiuntur, hæc autem melior censetur in hunc usum Leleba: Folia inserviunt ad fructus aliosque cibos ipsis involvendos: Teneri petioli masticati cum pauxillo Zingiberis & Culitlawam, a Macassarensibus inliniuntur ad curandam Lappargaram, qui ingratus est cutis pruritus, qui talia excitat exanthemata, qualia ex Cimicum morsu caussantur.

Incolæ dicunt magnam versari Antipathiam inter hanc plantam & Crocodilum, unde & ejus stipites manu tenent, quum ipsum devovere velint, alii frustum scindunt horum stipitum, tantæ longitudinis, ut buccis includere illud possint, quod in cingulis circa corpus gerunt, uti & hujus plantæ fructus, certi nullum Crocodilum talem hominem invasurum esse, qui hæc secum portat, immo ne quidem inhiaturum, licet a tali in terram adtraheretur.

Recentia folia adhiberi quoque possunt ad cibum Bobato ipsis involvendum, unde & nomen Baleyense suam habet originem; virides ramulos circa incubantes Gallinas & Oryzæ campos inserunt, ex qua autem superstitione me latet.

Tabula Septima

Arundastrum exhibet, seu *Marantam* floribus fructibusque ornatam.

OBSERVATIO.

Hæc est Maranta *H. Cliff. p.* 2. & Maranta arundinacea, Cannacori folio *Plum. nov. pl. gen. p.* 16. *T.* 36. & *Martin. Cent. p.* 39. *T.* 39. ac Canna Indica radice alba Alexipharmaca. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 22. & Cannacorus tertius seu Indorum *Mamban* aut *Bamban*, papyraceo, levi, & Curcumæ folio, *Luzoni*, apud Ray in *adpend. tom.* 3. *p.* 22. ubi ejus vide descriptionem.

niet als die van Pisang, en zyn dierbalven bequamer om iets daar in te winden, de wortel kruipt gelyk aan alle rieten, of eigentlyker gelyk de Galanga.

Naam. *In 't Latyn* Arundastrum, *op Maleits* Tonckat seytan, *dat is, duivels-staf, en zo in 't Ambois* Nitu atoay, *item* Tinat, *dog by de Amboinesen, Moren, en zommige Ternatanen biet bet* Moa *en* Moan, *op Ternataans en Maleits* Bamban, *op Javaans* Bamban, *op Macassaars* Buron *en* Une bine, *op Hitoe en Huamobel* Nini, *op Baleits* Kelangissan.

Plaats. *Het is wild van aard, wassende in lage bosschagien, beggen, en in de valeyen, in Amboina niet zeer overvloedig, meer op Ceram en Celebes, met de korls kan men 't ook in de boven zayen, daar bet wel opkomt, maar laag blyft.*

Gebruik. *De gespletene ryskens van de groene schorsse dienen by vele Natien, inzonderheid op Macasser, tot 't naaijen van Atap, vlegten van korfjes, en ander bindwerk, gelyk men elders met de Leleba doet, werdende voor beter gebouden dan Leleba. De bladeren dienen om allerbande vrugten en eetwaren daar in te winden, de jonge stelen gebruiken de Macassaren geknouwt, met wat Gember en Culitlawan, en opgesmeert, geneest bet Lappargaram, 't welk is een moeilyk jeuken des buids, zo dat 'er zodanige bobbeltjes opkomen, als of zy van Weegluizen gebeten waren.*

De Inwoonders zeggen, dat een groote Antipathia zy tusschen deeze plant en den Cayman, wesbalven zy derzelfs stokken in de band dragen, als zy bem bezweren willen, andere snyden een stuk van deeze stokken, zo lang ieder met zyn eigen mond overgapen kan, 't welk zy in baar gordel om 't lyf dragen, als mede de vrugten daar van, en verzekeren dat geen Cayman dezelve perzoon aantasten zal, die deeze dingen by zig draagt, ja zyn mond niet eens tegens bem open doen, al wierd by van bem op 't land getrokken.

De versche bladeren kan men ook gebruiken om den kost Boboto daar in te binden of winden, waar van den Baleyschen naam komt; de groene takjes steken ze by de broeyende boenders, als mede rontom de rysvelden, uit wat voor bygeloof, en weet ik niet.

De Sevende Plaat

Vertoont het *Arundastrum* ofte de *Maranta*, met bloemen en vrugten beladen.

AANMERKING.

Dit is de Maranta van de *Hort. Cliff. p.* 2. en het rietagtig Maranta met het bladt van de Cannacorus van *Plumier* in zyn nieuwe Americaanse geslagten *p.* 16. *T.* 36. en van *Martin* in zyn *Centur. p.* 39. *T.* 39. en de Oostindische Canna met een witte wortel, dienstig tegens vergift van *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 22. en de derde Cannacorus, ofte der Indianen *Mambu* of *Bambu*, met een ligt dun blad als papier, gelyk aan de Curcuma van *Luzonus* by *Ray* in de *adpendix* van het derde deel *p.* 22. alwaar verders zie des zelfs beschryving.

CAPUT

CAPUT UNDECIMUM.

Flos festalis. Bonga raja.

FRuticum hortum intrantes primo producemus eos, qui coluntur, adjectis ipsorum silvestribus speciebus; horumque iterum primo adducemus cohortem talium, qui adfines sunt *Malvis* & *Althæis*, inter quos eminet *Flos festalis* seu *Bonga raja*, qui in India florum excellentissimus est, Rosam nobis repræsentans.

Frutex est, Coryli altitudinem adtingens, sed crassiorem gerens truncum, vulgo infantis brachium crassum, rugoso obductum cortice, cinereo, ac succoso, quique facile separari potest, ejus vero rami in plurimos dividuntur longos ramulos inregulares, ac plerumque deorsum dependentes ob florum gravitatem, unde & facile tignis adligari possunt.

In binas dividitur species, in rubram & albam, quarum una flores gerit simplices, altera plenos.

Bonga raja rubra sive simplex, sive plena eundem gerit fruticem, similiaque folia, quæ illis Urticæ adcedunt, sed multo sunt glabriora, ipsorumque dentes ad oras non adeo acuti sunt, sed rotundiores ac rariores, digitum vulgo crassa, tresque digitos lata, in senioribus fruticibus minora, in junioribus majora, splendentia, & intense viridia, ac solitaria, semper autem ex ipsorum ortu minora quædam ac tenera propullulant folia, vel novus petiolus fasciculata gerens foliola, illa vero totum investiunt ramum ab ipsius ortu usque ad summum.

Flos semper solitarius progerminat, longo insidens petiolo, multo major Rosa, forma Malvæ rosaceæ, non autem ita ample apertus, sed magis campaniformis, hujusque simplex ex quinque ingentibus constat petalis superius dilatatis, inferius longis & angustatis, quæ simul longum formant collum, suntque flaccida, tenuia, rugosa, ac parum sinuosa, coloris intense rubri, seu carmosini, in fundo autem ex fusco colore rubent, ubi longum ac rubrum elevatur pistillum, in summo sustinens quinque tubercula obscure rubentia ac fimbriata, sub quibus latitant tenuia quædam staminula, antheras rubras gerentia, omnia uti in Malva.

Flos hic viridi insidet caliculo, ex quinque striatis petalis constructo, qui sustinetur stellula ex viridibus, angustis, & extensis apicibus formata.

Bonga raja rubra plena, eundem profert fruticem ac folia, quæ simplex, excepto quod hujus folia sint paulo majora, aliquando palmam lata, raro & ample dentata: Flos hic plenus externe similia gerit quinque petala, sed non ita extensa quam simplicis, ejusdem vero coloris.

In hujus centro alter quasi oritur flos, ex multo minoribus formatus petalis, adeo arcte sibi junctis, ut vix numerari possint, qui vero adcurate illa inquirit & examinat, viginti circiter deteget, in quorum medio simile erigitur pistillum, uti in simplice flore, paulo supra petala elevatum; ipsius petala sunt adeo flaccida ac tenera, ut ad tactum quasi liquescant, & humida sint, unde nec minimum tolerare possunt inpetum, nihilominus tamen ejus color est eleganter rubens, oculos maxime adficiens, & inter viridem comam jucundum præbens adspectum.

Secundo. *Bonga raja alba simplex*, folia gerit paulo magis pallidiora & angustiora, in longiorem apicem sese determinantia, cæterum ejusdem formæ ac situs, quam rubra simplex; optime autem refert Malvam rosaceam albam, ejus vero petala sunt paulo angustiora, magisque campaniformia, admodum flaccida, & quoque rugosa, coloris pallide albicantis, seu fere flavescentis, ac sub vesperam gilvi, in fundo hæc firmiora sunt, & sanguinei coloris, in quorum centro pistillum erigitur rectum & album, longius quam in ulla alia Malva, antheras luteas gerens.

Flos plenus peculiarem habet colorem ex pallide flavo ac ruffo mixtum, Isabella nostratibus vulgo dictum, Malaice Djincka; hic in fundo itidem rubet, atque interne similibus minoribus petalis completus est, hic autem raro apertus est, sed ita compactus, ac si flos Papaveris plenus esset.

Omnes

XI. HOOFDSTUK.

De Feest-Bloem.

B*Innen 't hof van de struiken nu getreden zynde, zullen wy voor eerst die geene voortbrengen, die gebavent werden, met hare wilde geslagten, en ten eersten opvoeren een troepje, die uit de maagschap van de* Malva *en* Althea *willen zyn, waar onder uitblinkt de* Flos festalis *of* Bonga raja, *zynde een van de uitstekendste bloemen in Oostindien, die ons de Roose verbeelt.*

Het is een struik in de boogte van een Haselaar, dog dikker van stam, in 't gemeen als een kinder-arm, met een ruige ligt-graauwe schorsse, sappig, en die zig ligt laat afschillen, maar de takken verdelen hun in vele lange ryskens, die onordentelyk staan en gemeenlyk nederwaarts hangen wegens de zwaarte der bloemen, daarom 't ook gemakkelyk op latten kan geleid werden.

Men verdeelt ze in twee zoorten, roode en witte, en ieder derzelver wederom in enkelde en gevulde.

Bonga raja, *de roode, 't zy enkeld of dubbeld, zyn aan struik en bladeren malkander gelyk, de bladeren gelyken die van Netelen, dog zyn veel gladder, de tanden aan de kanten zyn zo scherp niet, maar rond en veel minder in 't getal, in 't gemeen een vinger lang, en drie vingeren breed, aan de oude struiken kleinder, aan de jonge grooter, blinkende, en boog-groen, zy staan enkeld, dog hebben altyd uit haren schoot nog eenige andere jonger en kleinder, of een nieuw steeltje, met een bosje bladeren, en bekleden de takken zelfs van haren oorspronk af tot aan 't uiterste.*

De bloeme komt altyd enkeld voort op een langen steel, byzonder grooter dan een Roose, in gedaante als die van tamme Malva, zo wyd niet geopend, maar meer kloksgewys gemaakt, en de enkelde van vyf groote bladeren, voor breed, agter lang, en smal toelopende, en alle vyf t'zamen eenen hals uitmakende, zeer slap, dun, gerimpeld, en wat geplooit, van verwe hoog carmozyn-rood, en op de grond bruin-rood; in de midden staat een lang rood pilaartje, dragende op den top vyf donker-roode knopjes als fulp, en daar onder ettelyke fyne draatjes met roode noppen, allezins gelyk aan de Malva.

Deeze bloem staat in een groen kelkje, van vyf gestreepte bladeren gemaakt, en het zelve rust op een sterretje van groene, smalle, en uitgebreide spitsen gemaakt.

De gevulde roode Bonga raja, *verschild aan struik en bladeren van de enkelde niet, behalven dat de bladeren van de enkelde wat grooter vallen, zomtyds een hand breed, weinig, en wyd gekerft. De bloem van de gevulde heeft van buiten diergelyke vyf bladeren, dog zo wyd niet geopent als aan de enkelde, en van dezelfste couleur.*

In de midden ziet men als een tweede bloem, van veele kleinder bladeren gemaakt, zo digt in en door malkander staande, dat men ze qualyk tellen kan, dog die 'er wil moeite aan doen, zal 'er omtrent twintig vinden, in de midden met diergelyke pilaartjes, gelyk aan de enkelde, even buiten de bladeren uitstekende, zy is zo slap en teer van bladeren, dat ze in 't aanraken vogtig schynt, en 't minste geweld niet verdragen kan, niet te min met een heldere en eenparige roodigheid in de ogen stekende, uitermaten cierlyk staande onder dat groene lof.

2. Witte Bonga raja, *de enkelde heeft bladeren wat ligt-groender, een hairtje smalder, en met een langer spits, anders van dezelfde fatsoen en dispositie als de roode, de enkelde gelykt zeer wel een witte Malva-roos, dog zyn wat smalder van bladeren, en meer kloks-gewys, mede zeer slap en gerimpelt, van verwe bleek-wit, als of 'er wat geels onder liep, en tegen den avond, naar den vaalen trekkende, op de grond styver, en bloed-rood, in de midden een wit styl pilaartje hebbende, langer dan aan eenige Malva, met geele noppen.*

De gevulde heeft een byzondere couleur, uit den bleekgeelen en rossen gemengt, die men in 't gemeen Isabelle, in 't Maleits Djincka *noemt, op de grond mede rood, van binnen met diergelyke kleinder bladeren uitgevult, dog men ziet ze zelden geopent, maar zo in malkander gedrongen, gelyk de gevulde Papaver.*

Alle

Omnes hæ quatuor species, ac præsertim rubræ, elegans præbent oculis spectaculum, naso autem nullum odorem, suntque insipidi ac fatui saporis instar cæterarum Malvarum, nullum dant semen, nec fructus, ipsarumque flores unicum modo perdurant diem, ac vesperi sese claudunt ac contrahunt, tali modo per unicum adhuc dependentes diem, quum mox decidunt. Ipsarum itaque propagatio fit per stipites terræ conmissos, quod optime succedit mensibus pluviosis, si trunci nodus relinquatur: Alii coronulam formant ex abruptis ramulis, quam sub terra condunt, ita ut paulo promineat.

Nomen. Latine *Flos festalis*, Malaice *Bonga raja*, ac prima species cognominatur *Mera*, altera *Puti*, plena peculiariter *Djinka*, Amboinice *Coparay*, ac quibusdam *Manila*, h. e. stultorum flos. Ternatice *Ubo ubo roriba*, *Bobuto*, & *Dado*, h. e. rubra, alba, & flava. Bandensibus *Caju wuna wuna*, Javanis & Baleyensibus *Cumbang waribang* rubra, & *Waru wari puti* alba. Macassarice *Bonga bissu*, Sinice *Anck Tsjuykun*. Bataviæ vocabulo semi-Portugallico vocatur *Fula sapato*, h. e. flos Calceanus, Malabarice *Tsjombor* seu *Tombu*. Arabice *Rayat*, quod significat signum, vexillum, unde *Hary raya*, dies festus dicitur, quia in solemnitatibus majoribus vexilla eriguntur, & sic *Bonga raja* flos festalis dicitur, quod ejus usus sit in festivitatibus.

Locus. Nullibi sponte crescit, sed semper in hortis plantatur, in omni progerminans solo, potissimum autem in duro, ac lapillis mixto, per totam obcurrit Indiam aquosam usque in ipsam Chinam, in veteri vero India non ita frequens est.

Usus. Hic flos non modo elegans præbet hortis ornamentum, sed nulla sunt convivia, dies festi, ac festivitates, quin ubique hilari suo fulgore oculos delectari atque pascere oporteat, cunctis enim Indis ac Sinensibus ruber color signum habetur lætitiæ, atque hic flos ad istum finem aptissimus censetur, quum per totum annum ex fruticibus dependeat, pluviosis vero mensibus minori in quantitate, atque hoc flore exornantur arcus festales, parietes, umbellæ ac coronæ in conviviis ac festis, ut & assa atque crusta. Juvenes quoque crinibus illos innectunt in talibus diebus festis, quumque in talibus plerumque occasionibus atque temporibus sapientia quasi venalis suspendatur, nec colatur, hinc memoratum cognomen Amboinense flos nempe stultorum obtinuit.

In sepulturis cælebium demortuorum coronulæ etiam ex hisce floribus formantur, quæ funeribus inponuntur, quasque clinici manibus etiam tenent, omnesque hi mores non tantum in usu sunt apud Æthiopes indigenas, gentiles, ac Christianos, sed apud ipsos etiam Europæos.

Flos ruber ab omnibus calceos gerentibus vulgo adhibetur ad illos nigro colore inbuendos, atque ut splendeant, si manibus contra hos adteratur, unde calcei nigrescunt ac manus obscure cærulescunt, ac si Indigo fuissent inbutæ, atque hinc nomen Portugallicum suam habet originem, ut autem hic color ac tinctura a manibus abluatur, oportet illas primo lavare Limonum succo, unde ex purpureo rubent, qui color demum per aquam tollitur, quidam etiam hos flores albo infundunt aceto Towack, ut rubro inficiatur colore, sed mucosum inde fit.

In re Medica quendam etiam præbet usum hic frutex, ejus enim folia sunt mucilaginosa, emollientia, & quodammodo maturantia, atque flos præter emollientem, detergentem quoque possidet virtutem. Albæ speciei radices sunt refrigerantes; rubræ flores in aceto contriti & propinati, mulieribus menstrua provocant, quibusdam lente, aliis adeo fortiter, ut etiam fœtum expellant, atque hoc comprobatum est ex testimonio & confessione indigenæ cujusdam in Banda anno 1655, qui confitebatur, sese fruticis folia, non ipsos flores, cum Papajæ granulis in fortiori aceto contrita propinasse concubinæ suæ, unde sex mensium abortum procuravit: Cæterum hæc folia cum illis *Novellæ* quotidiano in usu sunt apud obstetrices ad ipsorum mucilaginem extrahendam, quam tempore partus adhibent sine noxa vel incommodo infantis, eadem quoque hora foliorum succum propinant ad partus nixus & fœtum provocandum.

Florum capita nondum aperta efficaciora censentur ad menstrua pellenda, cum aceto præparata & potata,

Alle deeze vier zoorten, inzonderheid de roode, zyn wel schoon in 't oog, dog zonder eenige reuk, laf van smaak, gelyk alle Malva, nog zaat nog vrugten voortbrengende, zy vertonen haar ook maar eenen dag, des avonds sluiten ze haar, of kruipen in malkander, blyven nog een dag zo hangen, en vallen daar na af. Hare voortplanting dierhalven geschiet met ryskens in de aarde te steken, 't welk best gelukt in de Regen-maanden, als men een knoesje van den stam daar aan laat: Andere maken een kransje van de afgebroke takjens, en begraven zulke in de aarde, dat hy een weinig uitkyke.

Naam. *In 't Latyn* Flos festalis, *op Maleits* Bonga raja: *de eerste zoorte bygenaamt* Mera, *de andere* Puti, *de gevulde in 't byzonder* Djinka, *op Amboin* Coparay, *en by zommige* Manila, *dat is gekke-bloem, op Ternaten* Ubo ubo roriha, Bobuto, *en* Dado, *dat is, roode, witte, en geele; op Banda* Caju wuna wuna, *op Javaans en Baleits* Cumbang waribang, *het roode, en* Waru wari puti, *'t witte, op Macassar* Bonga bissu, *op China* Anck Tsjuykun, *op Batavia met een half Portugees woord* Fula sapato, *dat is schoen-bloem, op Malabaar* Tsjombor *of* Tombu. *In 't Arabisch* Rayat, *het geen betekent een teken, een vaandel, waar van daan* Hary raya, *een heilige dag, om dat in groote plegtigheden de vaandels opgesteken werden, en zo wert* Bonga raya *of Feest-bloem genaamt, om dat deszelfs gebruik is op die tyden.*

Plaats. *Hy wast nergens in 't wild, maar werd altyd in Hoven geplant, opkomende in allerbande grond, dog liefst daar 't wat hart is, met kleine steenen gemengt, men heeft ze door gantsch Water-Indien, zelfs tot in China toe, in oud Indien is hy zo overvloedig niet.*

Gebruik. *Deeze bloem geeft niet alleen een groot cieraat aan de boven en tuinen, maar daar werd ook geen maaltyd, feestdag, of vrolykheid gehouden, of zy moet overal met haar blyden glants de oogen vervullen, want by alle Indianen en Chineesen de roode verwe een teken van blydschap is. Zynde daar toe te bequamer geoordeelt, om dat men ze 't geheele jaar door aan den stok vind, hoewel in de Regen-maanden minder: men behangt daar mede de feestbogen, wanden, kroonen, en kransen op bruiloften en feesten, men besteekt daar mede de gebraden en pasteyen op de tafels. De jongelingen op diergelyke vrolykheden dragen ze in de hairen, en om dat men gemeenlyk by diergelyke gelegentheden de wysheid aan een spyker hangt, zo heeft ze de voornoemde toenaam gekke-bloem in 't Ambons bekomen.*

By begraaffenisse van ongetroude persoonen werden 'er ook kroontjes van gemaakt, om op de lyken te zetten, en by de dragers in de hand te dragen, zynde alle deeze manieren niet alleen by de inlantse Moren, Heidenen, en Christenen, maar ook by de Europianen aangenomen.

De roode is by alle, die schoenen dragen, ook in gemeen gebruik, om dezelve daar mede zwart en glimmend te maken, als men ze met de banden daar op wryft, waar van de schoenen zwart, en de banden donker-blaauw werden, als of ze met Indigo geverfd waren, en hier van hebben ze de voornoemde Portugeese naam. Om deeze verwe nu weder van de handen te krygen, moet men ze voor eerst met Limoenzap wassen, daar van zy purper-rood werden, en daar na met water afspoelen. Zommige doen ze ook in de witte Tawak-azyn, om dezelve rood te verwen, hoewel ze veel slym daar in zetten.

In de medicyne heeft ze ook eenig gebruik, want de bladeren zyn slymerig, verzagtende, en eenigzints rypmakende, de bloem heeft by de verzagtende ook een afdryvende kragt, de wortelen van de witte zoort zyn verkoelende, de roode bloemen in azyn gewreven en gedronken, dryft de vrouwen haar maandtyd, by zommige slappelyk, by anderen zo sterk, dat ze ook de vrugt afdryft. Dit laaste heeft men uit zekere Confessie van een Inlander in Banda anno 1655 verkregen, dewelke bekende, dat hy de bladeren van de stok, en niet de bloemen, met de korls van Papaja, in sterken azyn gevreven, zyne Concubine te drinken hadde gegeven, en daar mede een sesmaandige vrugt afgedreven, anders zyn deeze bladeren met die van Novella, *in dagelyks gebruik, by de Vroetvrouwen om den slym daar uit te trekken, en in de ure van de geboorte te appliceren, zonder eenige schade of vreze voor het kind, zy geven in de zelfste ure het sap van de bladeren ook te drinken, om te verlossen.*

Men houd de knoppen van de bloemen, eer ze open gaan voor kragtiger, om de stonden te verwekken, in azyn gedron-

potata, unde & inprægnatæ ſibi caveant hoſce flores vel folia interne adhibere. Albæ ſpeciei radix cum ſucceſſu in febribus uſurpatur ardentibus ad ipſarum æſtum minuendum, ſi cum Pinanga maſticetur, vel cum aqua contrita propinetur ſola, vel cum radice Novellæ, & alba Calbahara contrita & potata Choleram quoque curat Oepas dictam. Florum capita contrita glandulis inguinalibus tumentibus illiniuntur, unde reſolvuntur & detumeſcunt, ſic quoque folia conteruntur, atque calidis inponuntur tumoribus ad ipſorum æſtum refrenandum, ipſosque emolliendos, vel, ſi non nimis fuerint ingentes, atque indurati, ad ipſos reſolvendos.

Ternatenſes nobis perſuadere volunt, *Bonga raja* cujusvis etiam coloris plantatam Eclipſios tempore, non autem dicunt quanam, flores producturam variorum colorum ſeu variegatos, ſic quoque conantur nobis inponere, ut credamus infantem generatum hora Eclipſios degenerare in talem hominum ſpeciem, quæ Kakkerlakken noſtratibus dicitur, quique cutem habent albam, plurimis nigris ac fuſcis maculis inſtar lenticularum variegatam, an ſimile quid in Ternata unquam fuerit obſervatum, aliis credendum relinquo, mihi ſaltem non ſucceſſit, bis enim albam & rubram plantavi *Bonga raja*, quas terræ committebam anno 1678 ſeptimo Maji media nocte in vigore ingentis Eclipſios lunaris, quæ læte ſatis progerminabant, ſed non alios exhibebant flores, quos matrix frutex: Cum foliis feminæ caput lavant crinesque, ut depurentur, molleſcant, ac caput ſimul refrigeretur, aqua, in qua folia ſunt macerata, propinatur quoque ad febrilem æſtum minuendum.

Atlas Sinenſis in Provincia Kenſi mentionem facit floris Sinenſibus *Meutan* vocati, dicitque a cunctis magnatibus per totam Sinam in ipſorum hortis coli, floresque hos majores eſſe Roſa, magisque expanſos, atque tres diverſos proferre colores, albicantem nempe, luteum, & rubrum, ſtipitibus autem increſcunt illis Sambuci ſimilibus, per diem vero a ſolis æſtu obtegere ſeſe conantur.

Meutan iſte vulgari Sinenſi vocabulo *Boutan* vocatur, atque adcuratiore examine compertum eſt, multum a *Bonga raja* differre, inque tanto haberi pretio, ut nemini liceret hunc fruticem in horto ſuo plantare niſi primoribus, nec niſi permiſſu Cæſareo.

In *Hort. Malab. part.* 2. *Cap.* 17. *Fig.* 16. hic frutex deſcribitur ſub nomine *Schemparite*, quartaque *Pariti* habetur ſpecies, quæ eſt *Novella*, in ejus uſu nil memoratur de tingendis calceis, ſic quoque non comprobatur experientia, quod ibi legitur de ſubprimendis menſtruis per radicem, hoc autem verum eſt folia anthracibus inponi, atque ubique hæc propinari in variolis, febribus, & Hepatis inflammatione.

Apud *Jacob. Bontium Libr.* 6. *Cap.* 46. vocatur *Roſa Batavico-Indica*, & *Malva fruticeſcens*, *Javanica*, uti is putat, *Modure* dicta, *Modori* vero alia eſt planta in *Auctuario* meo deſcripta.

In Adpendice hæc adduntur.

In *Hort. Malab. part.* 6. *Tab.* 13. ſimplex *Bonga raja* deſcribitur, & Malabarice vocatur *Ain pariti*, Portugallice *Foelba de Sapatto Macho*, Belgice *enkelde Schoenroosen*, ſeu *Roſæ calceariæ ſimplices*, ubi legitur, hanc ſimplicem ſpeciem in vulgarem excreſcere arborem; ejusque flores poſt octo annorum decurſum in plenos degeneraturos, quod nulla mihi hucusque comprobatum eſt experientia, licet varios noverim frutices, qui octo pluresque annos jam inpleverunt.

Tabula Octava

Ramum exhibet *Hibiſci* foliis *cordato-angularibus*, *ſerratis*, *fl. pleno*.

OBSERVATIO.

Hæc eſt famoſa illa Ketmia Sinenſis, fructu ſubrotundo, flore pleno *Tournef. inſtit. p.* 100. & *Theſ. Zeyl. p.* 133. quæ eſt Malva Indica fruteſcens, flore pleno roſeo rubro. *Muſ. Zeyl. p.* 29. & Alcea Indica hortenſis, flore pleno atro rubente Roſæ ſimillimo *ibid. p.* 61. & Althæa arborea, roſea Sinenſis multiplex & ſimplex, *Moriſ. Hiſt. tom.* 2. *p.* 530. *T.* 18. *ſect.* 5. reliqua vide in *Theſ. Zeyl.* & *H. Cliff. p.* 349. ubi vocatur *Hibiſcus* foliis cordato quinque-angularibus abſolete ſerratis, flore pleno.

CAPUT

gedronken, moeten dierhalven bevrugte vrouwen haar wagten iets van deeze bloemen of bladeren binnens lyfs te nemen. De wortelen van de witte zoorte werd nuttelyk gebezigd in de heete koortſen, om den brand te verminderen, als men ze met Pinang knouwd, of anders gewreven met water drinkt, alleen of met de wortel van Novella, en wit Calbahaar gewreven, en gedronken, geneeſt ze ook 't hort Oepas genaamt. De knoppen van de bloemen gewreven, worden op de gezwellen der lieſſchen geſmeert, en doen dezelve ſlinken, zo werden mede de bladeren gewreven, en op alle heete gezwellen geſmeert, om dezelve te verkoelen en te vermurwen, of ook zo ze niet groot zyn, te doen ſcheiden.

De Ternatanen hebben my willen wys maken, dat een Bonga raja van wat couleur zy is, geplant by een Eclips (maar zy zeggen niet wat voor een,) bloemen voortbrengen van verſcheide couleuren, gelyk zy ons ook willen doen geloven, dat een kind gebooren in de uur van een Eclips, verandere in dat wonderlyke ſlag van menſchen, die men Kakkerlakken noemt, die een wit vel met vele zwarte en bruine plekken, als ſproeten hebben. Of zulks in Ternaten geſchied zy, laat ik aan zyn plaats, immers het heeft my niet willen gelukken, in twee ryskens van een witte en roode Bonga raja, *die ik plantte anno* 1678 *den* 6. *May, 's middernagts in de ure van een groote Maan-Eclips, dewelke my wel opquamen, maar geen andere bloemen voortbragten, dan hare moeders ſtokken; met de bladeren waſſen de vrouwen ook de hooft-hairen om dezelve te zuiveren, week te maken, en met eenen 't hooft te verkoelen: het water, daar in de bladeren geweekt zyn, werd ook gedronken, om de brand in de koortſen te verminderen.*

De Chineeſe Atlas, in de driederlei Provintie Kenſi, maakt gewag van een bloem, in 't Chinees Meutan *genaamt, en zegt, dat ze van alle de Grooten door geheel China in hare luſthoven geplant werd, dat de bloemen grooter zyn dan een roos, wyder uitgebreid, van driederlei couleuren, witagtig, geel, en rood, by waſt op een ſtok, als een Vlierſtruik, en wil des daags bedekt zyn tegens de hitte der zonne.*

De voornoemde Meutan *hiet in 't gemeen Chinées* Boutan, *is by nader onderzoek bevonden van de* Bonga raja *veel te verſchillen, en in zo groote agting, dat ze niemand in zyn hoven mag planten dan de groote Heeren, en dan nog met ſpeciaal verlof van den Keizer.*

In Hort. Malab. part. 2. Cap. 17. Fig. 16. *werd deeze plant beſchreven, met de naam van* Schemparite, *en gehouden voor de vierde zoort van* Pariti, *'t welk is de* Novella; *in 't gebruik vind men niets van 't verwen der ſchoenen, zo komt ook niet met de ondervinding over een, 't geen aldaar ſtaat van het ſtelpen der maandſtonden met de wortel; maar wel dat men de bladeren op bloedvinnen legt, en dat men overal de bladeren drinkt in de kinderpokken, koortſen, en verbitte lever.*

By Jacob Bontius *Libr.* 6. *Cap.* 46. *hiet ze* Roſa Batavico-Indica, *en* Malva fruticeſcens, Javanica, *zo hy zegt*, Modure, *dog* Modori *is een andere plant, by ons in 't* Auctario *beſchreven.*

In het Byvoegzel wert dit 'er bygedaan.

In Hort. Malab. part. 6. Tab. 13. *wert de enkelde* Bonga raja *beſchreven, en genaamt in 't Malabaars* Ain pariti, *in 't Portugees* Foelha de Sapatto Macho, *in 't Duits* enkelde Schoen-rooſen, *alwaar men vindt dat deeze enkelde zoorte een matigen boom wert, en dat na verloop van agt jaren de enkelde in een dubbelde bloem zal veranderen, waar van ik nog geen ondervinding heb, hoewel ik genoeg ſtruiken weet, die agt en meer jaren oud zyn.*

De Agtſte Plaat

Vertoont een Tak van de *Hibiſcus*, *met hartvormige gehoekte en gezaagde bladeren.*

AANMERKING.

Dit is die beroemde Chineeſe Ketmia met een ronde vrugt, en volle bloem, van *Tournef. in zyn inſtit. p.* 100. en in de *Theſ. Zeylan. p.* 133. welke is de Ooſtindiſche ſtruikagtige Malva, met een dubbelde roode Rooſe-bloem, in het *Muſ. Zeyl. p.* 29. en de Indiſche tuin-Alcea met een dubbelde donker-roode bloem aan een Roos zeer gelyk, aldaar op *pag.* 61. en de Chineeſe dubbelde en enkelde roosagtige boom Althæa, van *Moriſ.* in zyn *Hiſt. tweede deel p.* 530. *T.* 18. *ſect.* 5. Het overige ziet in onze *Theſ. Zeyl.* en in de *Hortus Cliffort. p.* 349. alwaar ze genaamt wert *Hibiſcus*, met hartvormige vyf hoekige en gezaagde bladen.

XII.

CAPUT DUODECIMUM.

Flos horarius. Bonga Balitſiaja.

FLos horarius vera ſpecies eſt *Malvæ hortenſis* ſeu *arboreſcentis*, longisque ſeſe erigit rectisque ac teretibus ſtipitibus, binos digitos craſſis, adeoque flaccidis, ut ſuperius inflexi ſint, atque hi nunc bini ternive ſimul ex radice progerminant, nunc prope radicem minorem formant truncum, tres quatuorque pedes altum, ac pedem craſſum: Folia per ſtipites diſperſa ſunt, potiſſimum vero in ramorum ſummo progerminant, ſolitaria, longisque petiolis inſidentia, uti in *Malva*, ac ejusdem quoque formæ, ampla nempe & lata, palmam longa, ac paulo minus lata, in tres, atque in tenerioribus in quinque prominentes angulos diſtincta, quorum bini infimi minimi ſunt, atque prope ipſorum petiolos ſeptem magnæ concurrunt coſtæ, illa autem ad oras parum ſerrata ſunt, ſcabra, pallide virentia, rugoſa, & quaſi ad tactum arenoſa, inſtar illorum Coryli, quales & petioli ſunt.

Ejus flos major eſt, quam in ulla Malva, ex quinque magnis & flaccidis petalis, parumque rugoſis conſtans, quæ albis ſtriis diſtincta ſunt, & ample extenſa, binas palmas lata, atque ad fundum breve & anguſtum collum formantia, ille vero calici inſidet pentapetalo ac viridi, qui ſtellulæ inſiſtit, ex ſeptem, octo vel novem radiis formatæ, in floris centro piſtillum erigitur, more reliquarum Malvarum, quod multis cingitur ſubtiliſſimis ſtaminulis, antheras luteas gerentibus, cui aliquando minimum inponitur petalum galeatum quaſi. Flos hic inodorus eſt, atque unico die tricolor, matutino enim tempore ſeſe aperiens, niveus penitus eſt, meridiano pallide rubens ſeu incarnatus, ac veſpertino roſeus, poſt ſolis occaſum ſeſe contrahit in caput, quod nunquam iterum aperitur, atque hi flores ſucceſſive mutuantur, ac quotidie alternantur per ſubſequentes, ita ut quivis flos per unicum modo diem mundo ſeſe obferat, alioquin quum cœlum ſit ventoſum ac nebuloſum, flores diu ſunt albi, quem colorem, ſi poſt meridiem ſervant, plerumque ſignum eſt, ſub veſperam pluvias ſubſecuturas, quo autem Sol magis ferveat, eo magis rubedo procraſtinatur: Contractis floribus ſubcreſcit quaſi panis ſeu caſeus, externe rugoſus & lanuginoſus, in quinque ſegmenta diviſibilis, quique arcte cingitur externis iſtis radiis, interne vero in piloſis cellulis plurima reconduntur ſemina rugoſa quoque & reniformia, vel creſcentis lunæ formam exhibentia.

Radix in raras ſed longas dividitur ramificationes. Fruticis cortex ubique lentus eſt & mucilaginoſus, non autem ita ſuccoſus, quam Althææ noſtratis, ad cujus claſſem hic pertinet frutex, licet hujus folia ſint rugoſa, quorum mucilago dulceſcit, odoremque Althææ ſpirat. Flores ſiccis menſibus in conſpectum veniunt, qui omni die viciſſim ſeſe aperiunt; prolapſum vero ſemen aliquando ſponte progerminat, ac plantulæ ex hoc propullulantes transplantandæ ſunt, quæ ex ſatis raro progerminant ſaltem in Amboina, pluvioſis autem menſibus per ſtipites propagari poteſt hic frutex.

Nomen. Flos horarius, vel *Althæa horaria*, h. e. temporis flores, quum diei tempus indicent, ac ſic vulgo Malaice *Bonga wactu*, cognominatus *Beſaar*, h. e. majores temporis flores, ad diſtinctionem *Bonga wactu kithjil*, quæ eſt *Mirabilis Mexicana*, bono autem vocabulo Malaienſi vocatur *Bonga Balitsjaja*, quum florum color variet ac mutuetur, Ternatice *Saja Balitſiaja*, ſeu potius *Saja Ngalli Ngalli*, Javanice *Cuinbang Futtubawa* & *Patina*, quo tamen alius denotatur flos, Sinice *Pujong*.

Locus. In Amboina non diu fuit notus hic frutex, ſed ibi deportatus ex Ternata, per Formoſam, ex Manilha & Sina, Bataviæ itidem obcurrit & Javæ, diligenter autem in hortis colendus eſt, ac propullulantes plantulæ conſervandæ, quum anno plerumque quinto matrix frutex pereat, licet in Hitœa ſtipitem habuerim, prope murum plantatum, qui deceſſu meo jam ſextum impleverat annum, ac mediocris arboris craſſitiem adtigerat in multos longos diviſus ramos.

XII. HOOFDSTUK.

De Uur-bloem.

FLos horarius, *is een opregte zoort van de* Malva hortenſis *of* arboreſcens, *zy ſchiet op met zeer lange, regte, en ranke ſtammen of ſteelen, twee vingeren dik, en zo rank, dat ze krom gebogen ſtaan, zomtyts met twee of drie uit de wortel opſchietende, zomtyts beneden een kleine ſtam makende van drie en vier voeten hoog, en een been dik, de bladeren ſtaan langs heen tegen de ſtokken, dog meeſt omtrent den top, enkeld, en op lange ſteelen, gelyk aan de* Malva, *ook meeſt van deszelfs fatſoen, te weeten groot en breed, een ſtaande hand lang, en wat minder breed, in drie, of de jongſte in vyf uitſtekende hoeken verdeelt, waar van de twee agterſte klein zyn, by den ſteel ſtoten zeven groote ribben te zamen, aan de kanten een weinig gezaagd, ſtyf, doodsgroen, en wat ruig of zandig in 't aantaſten, gelyk die van den Haſelaar, als mede de ſteelen.*

De bloem is grooter als aan eenige Malva, van vyf groote en ſlappe bladeren gemaakt, een weinig gerimpeld, of met witte ſtreepen doortogen, wyt geopend, twee handen breed, en beneden een korte dikke hals uitmakende, dewelke ſtaat in een kelkje van vyf lange en groene bladeren, en 't zelve op een ſterre van zeven, agt, en negen ſtraalen: in de midden ſtaat een pilaartje, op de manier van alle Malvaas, omgeven met veele ſubtile draadjes, en daar aan geele noppen, by 't welk zomtyts nog een kleinder blaatje ſtaat, als een helmpje over 't zelve heenen, zonder reuk: deeze bloem is in eenen dag van drie couleuren, want des 's morgens haar ontluikende, is ze ſneeuw-wit, 's middags ligt-rood of incarnaat, 's avonds regt rooſe-rood, na zonnen-ondergank ſluit ze haar toe in een knop, en gaat nooit weer open, werdende dagelyks verpooſt door hare navolgers. Zo dat ieder bloem haar maar een dag aan de wereld vertoont, als het troubel en wolkig weer is, zo blyven ze lange wit, en als het over de middag duurt, zo is 't gemeenlyk een teken, dat het tegen den avond regenen zal, en hoe heter de zonne ſchynt, hoe eerder de roodigheid komt, onder de t'zamengekrompene bloeme groeit een broodje of kaasje, van buiten ruig en wollig, dat men in vyve deelen kan, en digt omvangen van die buitenſte baarden, van binnen leggen in de hairige kamertjes veele zaden, ook ruig, in de gedaante van een bultige nier, of waſſende maan.

De wortel is in weinige, maar lange takken verdeelt, de ſchorſe is overal taai en ſlymerig, dog zo vogtig niet als aan onze Althœa, onder wiens zoorte ze moet gerekent werden, al zyn de bladeren ruig, de ſlym daar uit getrokken, is zoet, en riekt als Althœa, de bloemen ziet men in de droge maanden alle dagen aan den ſtok na malkander opgaande, en het afgevallen zaat komt zomtyts op, welke plantjes men dan verplanten moet, want anders gezaait zynde, komt ze zelden op, immers in Amboina, dog in de regen-maanden kan men ze ook met ſtokken voortplanten.

Naam. *In 't Latyn* Flos horarius, *of* Althæa horaria, *dat is Tyd-bloemen, om dat ze de tyden des daags aanwyſt, en zo in 't gemeen Maleits* Bonga wactu, *bygenaamt* Beſaar, *dat is groote Tyd-bloemen, tot onderſcheid van de* Bonga wactu kithjil, *het welk is de* Mirabilis Mexicana, *in goed Maleits noemt men ze* Bonga Balitsjaja, *om dat ze hare verwe verandert, op Ternaten* Saja Balitſiaja, *of beter* Saja Ngalli Ngalli, *op Javaans* Cuinbang Futtubawa, *en* Patina, *'t welk egter nog een andere bloem is, op Chinees* Pujong.

Plaats. *In Amboina is ze niet lang bekent geweeſt, maar aldaar gebragt uit Ternaten, over Formoſa, uit Manilha en China, zy is ook bekent op Batavia en Java, men moet ze zorgvuldig in de hoven opkweken, en de opkomende plantjes aanhouden, want in 't vyfde jaar gaat de moederſtok gemeenlyk uit, hoewel ik op Hitoe een ſtok gehad heb, die by een muur geplant ſtont, die by myn vertrek al over de zes jaren oud was, en de dikte hadde van een middelbare boom, verdeelt in veele lange takken.*

Usus. Hucusque ejus flores in hortis tantum fuere culti ad ornamentum & oblectamentum ob miram colorum varietatem, quæ in floribus observatur, notandum vero est, album colorem verum ac naturalem esse, rubrum modo adcidentalem seu adventitium ex solis æstu, si enim flos ruber sub vesperam decerpatur, atque inter chartas exsiccetur, in album degenerabit colorem, item si albus matutino tempore decerpatur, & in cubiculo deponatur, attamen colorem mutabit, licet a sole non tangatur.

Puto etiam porro multas possidere virtutes cum Althæa communes, præsertim in Sina & Manilha, quæ ipsius est patria, in his enim calidioribus regionibus siccior forte est, quam in istis, a quibusdam saltem incolis, qui istum noverant fruticem, usurpatum vidi ad duros & calidos tumores per mucilaginem emolliendos & maturandos.

Quum longi ac graciles rami per foliorum & florum pondus, qui in stipite eriguntur, sponte incurventur, hinc in arcus formari & flecti possunt, ac tali modo adligari, quum novos iterum in altum emittant ramos, horum autem vetusti sensim nudi sunt & emarcidi, qui abrumpendi sunt, inferius enim de novo alii progerminant, qui vero non adeo floriferi sunt.

Sinensis Atlas hunc videtur describere florem sub nomine *Rosæ Sinicæ*, dicitque in Provincia Quanting crescere, ac bis de die colorem mutare, nunc in rubrum, nunc in album, inque una conspici arbore, hæc enim Althæa tam in Sina quam in Taywana & Formosa in arborem excrescit. In Sina hic frutex potissimum ad rivulos plantatur, ubi eleganter & luxuriose crescit in amplum & extensum fruticem, ejusque flos duplex est: Totum vero fruticis folium anthracibus inponitur, quas tam bene maturat quam *Daun baru.*

Gebruik. *Tot nog toe heeft men de bloemen in de boven opgekweekt, alleenlyk tot cieraat en speculatie wegens de wonderlyke verandering der verwen, die men aan de bloemen ziet, waar by men weten moet, dat de witte couleur de eigentlyke en natuurlyke is, maar de roode is toevallig van des zonne hitte, want als men de roode 's avonds afbreekt, en tusschen papieren droogt, zo zal dezelve weder wit werden: anders zo men 's morgens een witten afbreekt, en in een kamer stelt, die zal evenwel haar verwe veranderen, al raakt ze de zon niet.*

Voorts houde ik 't gantschelyk daar voor, dat ze veele kragten gemeen heeft met de Althæa, inzonderheid in China, en de Manilhas, daar haar Vaderland is, want in deeze heete landen is ze misschien wat drooger dan in de andere. Immers ik heb ze van zommige Inlanders, die ze kenden, zien gebruiken om harde en heete gezwellen met de slym te vermurwen, en ryp te maken.

Dewyl de lange en ranke takken wegens de zwaarte van de bladeren en bloemen, die meest in de stok regt staan, dog van zelfs buigen, zo kan men ze tot bogen maken, en vastbinden, wanneer ze al wederom regte takken overeind schieten; de oude takken werden met 'er tyd geheel kaal, en verdorren, die men dan afbreeken moet, want van onderen schieten 'er al weer andere op, dog die dragen zo wel niet.

Den Chineeschen Atlas schynt deezen bloem te beschryven onder de naam van Rosa Sinica, *zeggende, dat ze in de Provintie Quanting wassen, daags tweemaal de couleuren veranderen, dan rood, dan wit verschynende, en op een boom wassen, want deezen Althæa werd in China zo wel als in Taywan en Formoza, tot een boom. In China plant men deezen struik gaarn aan Waterbeken, daar het schoon en weeldrig groeit, met een wyd uitgespreide struik, en de bloem werd dubbelt, 't geheele blad leggen deeze op bloedzweeren, die 't zo wel rypt als* Daun baru.

In Rumphii adpendice hæc adduntur.

In *Hort. Malab. part. 6. Tab.* 38. usque ad 42. inclusive in quinque figuris hic flos exprimitur, vocaturque ibi *Huca paretti*, Portugallice *Rosa de China*, Belgice *Chineese Roose-boom*, seu Sinensis Rosæ arbor, ubi speciosa & ampla exhibetur floris descriptio per *Ferrarium* quendam, de fructibus vero ac seminibus nil conmentatur. *Commelinus* vero, aliique rite adnotarunt hunc florem nullo modo convenire cum Rosis, sed ad classem pertinere *Malvæ* vel *Althææ.*

In het byvoegzel van *Rumphius* wert dit 'er bygedaan.

In het sesde deel van de Hortus Malabaricus, *van* Tab. 38. *tot* 42. *incluis, wert deeze bloem in vyf platen verbeelt, en aldaar genaamt* Huca paretti, *op 't Portugees* Rosa de China, *op 't Duits* Chineese Roose-boom, *alwaar een nette en brede beschryving des bloems door zekere* Ferrarius *daar by gevoegt wert, dog van de vrugten en zaden wert niets gerept. Dog* Commelin *en andere hebben wel aangemerkt, dat deeze bloem geenzints behoort tot de Roosen, maar tot het geslagt van de* Malva *of* Althæa.

Tabula Nona

Ramum exhibet *Hibisci* foliis cordato-quinque angularibus fl. simplici.
Ubi litt. A. *ipsum fruticis folium* repræsentat.
B. Ejus *florem* completum.
C. *Fructum.*
D. *Semina* in naturali situ.

De Negende Plaat

Vertoont een Tak van de *Hibiscus*, met hartvormige vyfhoekige bladen, met een enkelde bloem.
Alwaar lett. A. vertoont het *bladt* van de *struik* zelfs.
B. Deszelfs *volkomene* bloem.
C. De *Vrugt.*
D. De *Zaaden* in hun natuurlyke plaatzing.

OBSERVATIO.

Hæc est Ketmia Sinensis fructu subrotundo fl. simplici *T. instit. p.* 100. & Alcea arborescens Japonica, pampineis foliis subasperis, flore mutabili, seu colorem mutante, *Breyn prodr.* 2. *p.* 10. & Rosa Sinensis quinquefolia *Ferrar. Fl. cult. p.* 493. &c. reliqua vide in *H. Cliffort p.* 349.

AANMERKING.

Dit is de Chineese Ketmia met een ronde vrugt en enkelde bloem, van *T. instit. p.* 100 en de Japansche boomagtige Alcea, met ruige Wyngaards-bladen, en een veranderlyke bloem, van *Breyne* in zyn tweede *prodr. p.* 10. en Chineese vyfbladige Roos van *Ferrar. Fl. cult. p.* 439. Het overige ziet in de *Hortus Cliffort. p.* 349.

CAPUT

C
D
A
B

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Abutilon hirsutum. Cumbang sore Besaar.

HÆc planta, quæ ab Arabibus *Abutilon* vocatur, ac partim in Europæis libris descripta est, in India duplex obcurrit, cuivis autem singulare tribuemus Caput.

Abutilon hirsutum seu *domesticum* cum Avicennæ descriptione maxime convenit, dicit enim hoc folia gerere rotunda, superius acuminata instar Cucurbitæ: Ejus flores sunt rotundi, nigricantes, striati, ac dentati, forte sinuosi, atque ex multis striis sibi adunatis constent.

Abutilon vero nostrum *hirsutum* parvus est frutex, vix Viri altitudinem adtingens, ejusque stipes pollicem circiter crassus est, ab inferiore parte in multa longa flagella divisus, quæ sunt rotunda, pilosa, seu lanuginosa, ad tactum mollia: Ejus folia quodammodo cum illis Cucurbitæ conveniunt, sunt autem minora, ac melius cum illis Malvæ quadrant, ex rotundo cordiformia, in brevem apicem desinentia, ad oras læviter serrata, palmam lata, in junioribus fruticibus magis, in vetustioribus minus flava, seu ex flavo virentia, lanuginosa penitus, mollia, & ad tactum viscosa, perfecte odorem unguenti Dialthææ spirantia, adeoque fortiter, ut, si tractentur, odor iste manibus adhæreat. Solitaria sunt, longeque distantia, atque lanuginosis petiolis insidentia, ex quorum alis semper alius petiolus, vel nova quædam foliola propullulant.

Flos ex quinque constat petalis, Denarii Batavorum magnitudinem adtingens, vitellini coloris, in fundo autem intense fusci, ex cujus centro pistillum erigitur, undique plurimis flavis staminulis & antheris ornatum: Abrupti in fuscum degenerant colorem, ac plerumque inodori sunt, seu illum foliorum æmulantes odorem.

Flos sese aperiens regularem observat horam, sereno enim tempore post meridiem hora secunda, plerumque autem tertia sese aperit, quod vix per integram perdurat horam, dein ipsius petala retrorsum inflectuntur, quæ in isto statu permanent usque post Solis obcasum, quum subito sese contrahunt, nec unquam iterum aperiuntur, sub hisce fructus formatur casei-formis, superne parum acuminatus, ac si coni pars inferior abscissa esset, primo pallide virens ac lanuginosus, dein fumeus, ex multis siliculis sibi adunatis constans, quam naturalissime referens Chirurgorum instrumentum Trepanum dictum, in quavis autem silicula bina ternave locantur semina minima, dura, & reniformia, sterilia plerumque, unde & raro subcedit, si per semina propagare velimus hanc plantam, sed expectandum est, donec sub frutice una alterave propullulet plantula, aliquando etiam abrupti rami herboso solo commissi, progerminant. Radices ejus sunt raræ, nec copiosum illum proferunt mucum seu viscum, qualem Althæa habet. Frutex hic non senescit, non enim binos excedit annos, quum ejus lignum sit fragile ac leve.

Nomen. Latine *Abutilon hirsutum & domesticum*, vulgari Malaico vocabulo *Bonga wactu cuning*, vero Malaico nomine *Anguri*, meliori autem *Bonga petang* h. e. flos vespertinus, Javanice & Baleyice *Cumbang sore*, cum cognomine *Besaar* seu magna, ad distinctionem subsequentis minoris speciei, Ternatice *Tobba toko*.

Golius in Lexico suo Arabico non absque ratione vult primitivum nomen esse *Unutilon*, quod auctores Arabes interpretantur Cucurbitæ similem, ita ut videatur potius *Ukutilon* scribendum, & esse corruptum contractumque ex Græco κολοχιντίδιον, kolokintidion, pro quo in Avicenna Arabice impresso legitur *Ubitilon*, & in Latino Abutilon, quod nomen vulgo apud Botanicos in usu est. Scribunt autem Arabes isti, esse herbam vulnerariam Cucurbitæ similem, foliis puta non fructu, qui parvi casei aut panis potius figuram habet, uti reliquæ Malvæ, quæ propterea Arabice *Chobar* & *Chobaza* dicitur, a panis *Chobs* dicti figura.

Locus.

XIII. HOOFDSTUK.

Het ruige Abutilon.

Deeze plante, die de Arabiers Abutilon *noemen, en ten deele in de Europise Kruid-boeken beschreven is, werd hier in Indiën van tweederlei geslagten gevonden, die wy ieder een byzonder Hoofdstuk zullen geven.*

Abutilon hirsutum, *of* domesticum, *komt met de beschryving van Avicenna meest over een, want hy zeit, dat het bladeren heeft, die rond zyn, van vooren spits, als een Cauwoerde; de bloemen zyn rood, zwart, gekrult, misschien gekartelt, als veele vouwen hebbende, of uit veele vouwen aan malkander hangende, gemaakt.*

Ons Abutilon hirsutum *word een kleine struik, niet boven een man hoog, de stam omtrent een duim dik, van onderen op in veele lange gerten verdeelt, rond, hairig of wolagtig, en zagt in 't aantasten: de bladeren kan men eenigzints met die van Cauwoerde vergelyken, dog zy zyn kleinder, en komen beter met die van Malva over een, uit den hertformigen rond, met een korte spitse, aan de kanten een weinig gezaagt, een hand breed, aan de jonge struiken meer, aan de oude minder, verbleekt, of geel-groen, gantsch wollig, zagt, en smeerig in 't aantasten, zeer natuurlyk na de salve Dialthæa riekende, zodanig dat die reuk aan de handen blyft, als men ze aantast; zy staan enkeld, wyd van malkander, op wolagtige stelen, dog t'elkens in haren schoot hebbende een nieuwe steel, of eenige jonge bladeren.*

De bloem is van vyf ronde bladeren gemaakt, in de grootte van een Hollandse schelling, doir-geel, op de grond hoog-bruin, hebbende in de midden een pilaartje, ter zyde met veele geele draadjes en noppen vercierd. De afgebroke worden bruinagtig, meest zonder reuk, of als de bladeren.

Deeze bloem houd met haar opgaan een precys uur, want by schoon weer gaat ze eerst na de middag om twee uren, maar ordinair ten drie uren open, vertoont haar schaars een geheel uur, opent dan na buiten hare blaatjes agterwaarts, blyvende zo staan tot na zonneondergang, wanneer zy hun schielyk weer te zamen sluiten, en nooit weer open gaan. Daar onder werd de vrugt geformeert in de gedaante van een kaasken, dat boven wat smalder is, gelyk 't onderste stuk van een kegel, afgesneden, eerst bleek-groen, en wollig, daar na rook-verwig, uit veele houwen gemaakt, tegen malkanderen staande, zeer eigentlyk verbeeldende het Chirurgicale Instrument Trepaan: in ieder houwe leggen twee a drie zadekens hard en klein, als bultige nierkens, waar van het merendeel ondeugend is, daarom het ook zelden gelukt, als men 't van zaad wil voortplanten, maar moet wagten, tot dat onder den stok het een of ander plantje voortkomt; zomtyts beklyft het ook, als men de afgebrokene takken in een grasagtige grond steekt; de wortelen zyn weinig, en hebben geen byzonderen slym, gelyk Althæa behoort te hebben. Dit struikje komt tot geen groote ouderdom, bereikende niet boven de twee jaren, want het heeft een bros en ligt hout.

Naam. *In 't Latyn* Abutilon hirsutum & domesticum, *in 't gemeen Maleits* Bonga wactu cuning, *in regt Maleits* Anguri, *maar beter* Bonga petang, *dat is Avond-bloem, op het Javaans en Baleis* Cumbang sore, *met den bynaam van* Besaar *of groote, tot onderscheid van de volgende kleine, op Ternataans* Tobba toko.

Golius in zyn Arabisch Woordeboek wil, en dat niet zonder reden, dat de eerste naam is Unutilon, *het geen de Arabische Schryvers overzetten, gelyk aan de Cawoerde, zo dat eigentlyk geschreven dient te werden* Ukutilon, *en een bedorve en t'zamengetrokken woort is van het Grieksche* Kolokintidion, *waar voor in de Arabische Avicenna gelezen wert* Ubitilon, *en in de Latynsche* Abutilon, *welk woord by de Kruid-schryvers in 't gemeen gebruikt wert. De Arabieren dog schryven daar van, dat het een Wond-kruid is, gelyk aan de Cawoerde, in bladen namentlyk, en niet in de vrugt, welke de gedaante van een kaasje, ofte liever van een brood heeft, gelyk alle de Malvaas, welke ook daarom op 't Arabisch* Chobar *en* Chobaza *genaamt wert, van de figuur des broots,* Chobs *by haar genaamt.*

Plaats.

Locus. In multis aquosæ Indiæ locis notus est hic frutex, potissimum vero in Java & Baleya, hic in Amboina rarus est, nec nisi in hortis obcurrit, & ad arearum oras, ubi unus post alium stipitem progerminat, ita ut aliquando totus videatur periisse, quum post unum alterumve annum de novo progerminet eodem in loco, sine dubio ex deciduo & superfluo semine.

Usus. Nullum est dubium, quin plures possideat virtutes cum Althæa communes, uti & a quibusdam adhibetur ad balnea, fotus, emplastra, & cataplasmata, quæ præparantur ad dolores mitigandos, demulcendos, & emolliendos.

Avicenna Cap. 29. scribit conducere ad vulnera recentia curanda, immo illa ipso momento consolidari & claudi. *Lobelius* dicit hanc plantam quoque obcurrere in Italia, atque inveniri inter Ferraram & Boniam, Italosque hanc vocare *Malva visco bastardo*, ipse autem hanc nominat *Althæam flore luteo*, *Camerarius Althæam Theophrasti*, & *Althæam Italicam flore luteo*, alii autem Itali Abutillo. In Italia sesqui drachma seminis hujus Abutili cum vino propinatur contra dolores cruciatusque Nephritidis bono cum successu, ut & contra calculi fragmenta, aqua etiam ex ipso destillatur contra stranguriam.

In Turcia hujus seminis uncia exhibetur ad somnum conciliandum, ex quo non evigilant homines, nisi ipsorum nares aceto confricentur.

N. B. Abutilon Indicum, quale a *Camerario* describitur flore albescente ac intus flavescente, quique est magnitudine Rosæ silvestris, a me hisce in insulis huc usque nondum est observatum.

Rumphius in adpendice hæc adnotavit.

In *Hort. Malab. part. 6. Fig.* 4. rugosa hæc species Malabarice vocatur *Beloeroe*, Portugallice *Fruita gargantilla*, Belgice *Lobhalsen*, quum ibi ejus fructus cum collaris specie quadam comparentur, uti nos supra cum trepano illos comparavimus, videtur autem hic frutex, in Malabaræ regionibus non tam alte excrescere, quam in hisce Moluccæ terris.

Tabula Decima

Ramum exhibet *Abutili hirsuti*, **seu** *lanuginosi.*

OBSERVATIO.

Hæc est Abutilon Indicum flore luteo minore *Breyn prodr.* 2. *p.* 1. & *Thes. Zeyl. p.* 1. estque Althæa, Abutilon dicta, Indica, flore luteo minore *H. L. Bat.* & Althæa Theophrasti, flore luteo minore *Mus. Zeyl. p.* 52. & Alcea Populi folio villoso, leviter serrato van *Sloan. in zyn Catal. p.* 98. & Alceæ affinis Indica Abutilon dicta, flore flavo, foliis mollibus, profunde venosis, siliculis lanuginosis *Plukn. Almag. p.* 17. & *Phyt. Tab.* 126. *Fig.* 5. quæ est varietas illius, quæ ipsi dicitur Alcea Indica Abutilon dicta, minor, petolo ad florem geniculato *Beloere H. Malab. part.* 6 *Tab.* 45. in *Almag. p.* 17. quæ cum subsequenti Abutilo convenit, estque porro Abutilon Indicum *J. B. tom.* 2. *lib.* 23. *p.* 952. & Abutilon *Camerarii* Indicum *Park. Theatr. Botan.*

Plaats. *Het is in veele Eilanden van Water-Indien bekent, meest op Java en Baly, hier in Amboina weinig, en dat altyt in de Hoven en aan de kanten van de Negoryen, alwaar den eenen stok na den anderen voortkomt: 't schynt zomtyts geheel uitgegaan te zyn, en komt een jaar of meer daar naar op de zelfste plaats weder voort, buiten twyffel van overgebleven zaat.*

Gebruik. *Het is geen twyffel, of het heeft veele kragten, gemeen met de Althæa, gelyk 't dan hier en daar gebruikt werd, in baadingen, stovingen, pleisters, en overslagen, die gemaakt werden om pyn te stillen, te verzagten, en te vermurwen.*

Avicenna Cap. 29. *schryft, dat men 't voor goed houd, om verse wonden en quetsuren te genezen, ja dat het dezelve van stonden aan toetrekken en heelen kan.* Lobel *zegt, dat dit gewas ook te vinden zy in Italien, tusschen Ferrara en Bononia; en de Italianen noemen 't* Malva visco bastardo, *hy zelfs noemt het* Althæa flore luteo, Camerarius Althæa Theophrasti, & Althæa Italica, flore luteo, *andere Italianen* Abutillo. *In Italien nemen ze anderhalve dragma teffens van 't zaat van dit Abutilon, met wyn gedronken, wort zeer kragtig bevonden tegens de weedom en pyn van 't graveel of gebroke steen, zy destilleren ook een water daar van, daar ze de droppelpissen mede willen genezen.*

In Turkyen neemt men een once van dit zaat, om de menschen tot slaap te brengen, van welke slaap zy niet opgewekt kunnen worden, ten zy dat men hun de neusgaten met azyn wryft.

N. B. Abutilon Indicum, *zo als dat van* Camerarius *beschreven is, met een witagtige bloem, binnen geel, en zo groot als een wilde Roose, is van my in deeze Eilanden nog niet gezien.*

Dit heeft Rumphius in zyn Byvoegzel aangetekent.

In het sesde deel van de Hortus Malabar. Fig. 4. *wert deeze ruige zoort in 't Malabaars genaamt* Beloeroe, *in 't Portugees* Fruita gargantilla, *in 't Duits* Lobhalsen, *alwaar deszelfs vrugten met een zoort van Lobben vergeleken werden, gelyk wy ze boven met een Trepaan vergeleken hebben, en deeze struik schynt in de Malabaarsche landen zo hoog niet te groeyen als in de Moluccische landen.*

De Tiende Plaat

Vertoont een Tak van het *ruige* **ofte** *wolagtige Abutilon.*

AANMERKING.

Dit is het Oostindisch Abutilon met een geele kleinder bloem van *Breyne* in zyn *tweede prodr. p.* 1. en in de *Thes. Zeyl. p.* 1. welke is de Indische Althæa, *Abutilon* genaamt, met een geele kleinder bloem in de *H. L. Bat.* en de Althæa van Theophrastus met een kleinder geele bloem in het *Mus. Zeyl. p.* 52. en de Alcea met ruig en ligt gezaagt bladt van de Populier-boom, by *Sloan.* in zyn *Catal. p.* 98. en de naastkomende by de Alcea, *Abutilon* genaamt, met een bleek-geele bloem en zagte veneuse bladen, met wollige zaadhuisjes, van *Plukn.* in zyn *Almag. p.* 17. en in zyn *Phyt. Tab.* 126. *Fig.* 5. welke is een verandering van die plant, die by hem genaamt wort Indische Alcea, Abutilon genaamt, met een steel by de bloem geleed, Beloere in de *Hortus Malab. part.* 6. *Tab.* 45. genaamt, in zyn *Almag. p.* 17, welke met het volgende Abutilon overeenkomt: en is verders het Oostindisch Abutilon van *J. B. tweede deel*, 23. *boek*, *p.* 952. en het Indisch Abutilon van *Camerarius* by *Parkinson* in zyn *Theatrum Botanicum.*

CAPUT

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Abutilon læve sive agreste. Cumbang fore kitsjil.

AButilon hoc alterum silvestris magis est naturæ, atque altior, fruticem gerens magis perennem, qui ab inferiore itidem parte longa & gracilia emittit flagella, ac surculos rotundos, glabros, obscure fusco seu violaceo obductos cortice, glabro penitus, nec ullo modo lanuginoso, uti in Betula.

Folia cum illis præcedentis conveniunt, in tenerioribus fruticibus palmam longa & lata, in vetustioribus minora, in longum apicem desinentia cum binis aliis lateralibus, unde ex cordiformi triangularia sunt, ad oras subtiliter quoque serrata, superne obscure viridia, inferne glauca: Nulla lanugine vel pilis hirta sunt uti prioris, ad tactum tamen mollia sunt, fragiliora, ac facile fissuram contrahentia, tenera folia optime illa Betulæ referunt quoad formam, longis ac glabris seu teretibus insident petiolis solitaria, atque ex alis juniores petiolos, ac foliola producunt, uti in præcedenti: Nullo autem modo gravem istum & unguentosum spirant odorem, nec ad tactum viscosa sunt uti in priore, notabilem tamen Althææ odorem fundunt, sique per binas horas fuerint abrupta, ingratum ac tetrum instar sordidæ vel putridæ aquæ.

Flos minor est illo antecedentis, ex quinque itidem rotundis petalis constans adeo adunatis, ut unicum videatur, est autem paulo major illo Ranunculi vulgaris, magisque luteus, in cujus centro luteum erigitur pistillum cum similibus staminibus uti in priore, hic autem in fundo non est fuscus, sed plerumque luteus, atque pentapetalo insidet calici, qui longæ firmæque incumbit stellulæ. Flos hic paulo post meridiem sese aperit, adeoque dehiscit, ut petala ejus retrorsum flectantur usque ad quintam horam, quum iterum sese contrahunt ac claudunt, nec unquam de novo sese aperiunt, ventoso ac pluvioso tempore rari sese, nec multum extenduntur flores, qui nec erecti petiolis insident, sed per geniculum parum inflexi sunt.

Ejus fructus rotundi sunt caseoli, bioboli latitudinem habentes, ex plurimis itidem tenuibus siliculis compositi, novendecim vel viginti numero, in orbem positis, superius paulo latioribus quam prioris, quale est trepanum secundi gradus, uti enim prior fructus conum refert abscissum, sic hic cylindri segmentum præ se fert, nec ita lanuginosus est, ac maturus, niger. Quævis silicula in superiore ejus parte acutum & prominentem gerit apicem, qui fructum eleganter ornat, in quavis autem tria locata sunt nigricantia semina, reniformia, duriora, magisque perfecta quam in priore, unde hæc species intra breve temporis spatium quam maxime multiplicari potest.

Radix cum præcedenti convenit, atque profunde in terram penetrat, nec mucilaginosa valde est; loca amat aprica, & soli bene exposita, ac cito excrescit, lignumque gerit durius ac tenacius quam prioris, quod tamen per tres non durat annos.

Nomen. Latine *Abutilon læve & agreste*, Malaice *Cumbang fore kitsjil*, h. e. flos vespertinus minor, apud Amboinenses nullum obtinuit nomen.

Locus. Majori copia obcurrit quam præcedens, atque iisdem in regionibus. In Amboina amat crescere circa ædes, in desertis hortis, ubi sponte per semina sua propagatur: in Ternata utræque species sunt copiosiores, ubi campos obcupant, in Hituæ ora prima species crescit circa Hilam; altera circa Lariquam & Ovirum.

Usus. Eundem in finem adhibetur ac prior, ad fomenta nempe & balnea, Baleyenses vero hanc speciem efficaciorem putant prima, balneumque præbet penetrans, si in illo aliquamdiu quis sederit contra dolores Nephriticos, vel si emplastrum viride ex contritis foliis componatur, atque lumbis & vesicæ inponatur, sæpius autem tollendum & permutandum est ob ingratum odorem.

Hoc læve Cumbang fore, ad ulnæ altitudinem excretum & evulsum, ejusque apex cum foliis terræ immissus, reliquaque pars cocta & propinata Malumis seu Gonorrhæam virulentam curat.

Hæ

XIV. HOOFDSTUK.

Het gladde Abutilon.

D*E tweede Abutilon is wat wilder van aard, hoger en duurzamer van struik, ook van onder op met lange en ranke ryskens bezet, rond, glad, met een donker-bruine of violette schorsse bekleed, zonder eenige wolagtigheid, gelyk dan de Berke-boom.*

De bladeren zyn gelyk als aan 't vorige, aan de jonge struiken een hand breed, en lang, aan de oude minder, met een lange spits, en nog twee andere aan de zyden, waar door ze uit den hertsvormigen driekantig schynen, aan de kanten mede fyn gezaagt, boven donker-groen, beneden blaauw-groen: Zy hebben geen wolagtigheid, nog hairen, gelyk het vorige, zyn egter zagt in 't aantasten, in 't handelen week, en ligt scheurende, de jonge bladeren gelyken zeer wel de Berke-bladeren van fatsoen, zy staan op lange en gladde ranke stelen, enkeld, en in haar schoot met jonge stelen en bladeren gevult, gelyk het vorige. Zy hebben geenzins dien sterken zalfagtigen reuk, nog vallen smerig in 't aantasten, gelyk 't vorige, rieken egter kennelyk na Althæa, en zo ze een paar uren afgebroken liggen, worden ze merkelyk vuil, als spoelwater.

De bloem is kleinder dan aan 't vorige, ook van vyf ronde blaatjes gemaakt, zo digt op malkander sluitende, dat ze een blad schynen, wat grooter dan de bloem van Ranunculus, ook hooger geel, in de midden met een geel pilaartje, en draden daar aan, als het vorige, nogtans zonder bruine grond, maar doorgaans geel, ieder rust op een vyfbladig bortje, en 't zelve op een lang styf steeltje. Deeze opent haar kort na de middag, en gaapt zo wyd, dat de blaatjes wat agterwaarts staan, en zo blyven tot vyf uren, wanneer ze hun wederom sluiten, en nooit meer openen. By windig en regenagtig weer openen hun weinige, en gapen niet veel; zy staan ook niet regt op haren steel, maar altyt met een knietje wat gebogen.

De vrugten zyn ronde kaaskens, in de breedte van een dubbeltje, insgelyks van veele dunne houwen gemaakt, in 't getal van negentien a twintig, in de rondte staande, boven wat breder dan de vorige, allezins gelyk de Trepanen van het tweede fatsoen, want alzo 't vorige een afgesneden kegel gelykt, zo gelykt dit een stuk van een Cylinder, zy is ook min wolagtig, en ryp zynde, zwart. Ieder houwe heeft aan 't bovenste een scherp uitstekend hoekje, 't welk de vrugt zeer verciert; in ieder houwe liggen drie zwartagtige zaadjes, als gebulde niertjes, harder en volkomener dan aan 't voorgaande, waar door deeze zoorte zig in korten tyd vermeerdert.

De wortel is als voren, gaat diep in de aarde, en heeft weinig slym, 't wast gaarn op lugtige plaatsen, die wel ter zonne staan, schiet haastig op, heeft een harder en tayer hout dan 't vorige, pleeg egter geen drie jaren te duren.

Naam. *In 't Latyn* Abutilon læve & agreste, *op 't Maleits* Cumbang fore kitsjil, *dat is, kleine avontbloem, by de Amboinesen heeft het geen naam.*

Plaats. *Men vint het in meerder quantiteit dan 't vorige, ook in dezelfste landen; in Amboina wast 't gaarn omtrent de huizen, in de verlatene tuinen, daar 't zig zelfs voortzaait; In Ternaten zyn beide geslagten overvloediger, daar zy de velden beslaan, op de kust van Hitu wast d'eerste zoorte omtrent Hila, maar de tweede omtrent Larique en Oviren.*

Gebruik. *Het werd tot het zelfste gebruikt als het eerste, te weten tot stoving en baden, de Balyers houden dit laaste voor kragtiger dan het eerste, geeft een kragtig blad, om daar in te zitten, als iemant van de pyne des graveels gequelt word, of een groene pleister van de gewrevene bladeren gemaakt, en op de lenden of blase geslagen, maar men moet het dikwils veranderen, wegens zyn viesen reuk.*

Deeze gladde Cumbang fore, als ze niet boven een elle boog is uitgetrokken, de spits met de bladeren weder in 't gat gesteken, de rest gekookt, en gedronken, geneest Malumis of Gonorrhæam virulentam.

Ze

Hæ itaque binæ Abutili ſpecies binas meridiei demonſtrant periodos, quum ſeſe aperiant, glabra nempe hora duodecima, meridiem, rugoſa hora tertia, ſi periodos ante meridianas deſideres, decimum inſpicias librum de *Bathyrrhiſa*, atque quintam horam poſtmeridianam invenies etiam in rubra Marvilla, de qua liber agit octavus, qui omnes flores ſimul cum flore horario Malaice *Bonga wactu*, h. e. temporis flores vocantur, ex quibus curioſus naturæ ſcrutator in horto ſuo vivum horologium ex plantis formare ſibi poteſt, non ut diem in duodecim dividat horas, ſed ut quatuor vel quinque primarias noſcat & demonſtret periodos, quibus ſubjungi poteſt Zaguplanta in ſubſequenti libro deſcripta, quæ complicatione tenerorum foliorum meridiem denotat.

Portugalli hanc vocant plantam *Folbo uſagre*, quum hac curent, prorepentem ſcabiem *Uſagre* dictam, quæ proprie Lichen ſeu Mentagra eſt, quæ faciem defædat, intelligunt quoque per illud vocabulum ulcerationes proſerpentes ſeu ulcus noma pedum, quod acrem ſtillat lympham, per quam propagatur, hoc curant decocto horum foliorum, quod abluitur hocce, ac reſidua huic inponuntur folia.

Præter binas memoratas Abutili ſpecies, quæ domeſticæ cenſeri poſſunt, duæ aliæ ſilveſtres, agreſtis nempe, & litorea obcurrit.

Primo. *Abutilon agreſte ſive montanum*, parva eſt terreſtris, ſeu montana ejus ſpecies, quæ humilem gerit fruticem vix ultra quatuor pedes altum, mox autem ſupra radicem ample extenſum, & diſtinctum in plurimas tenues rachides, quæ neque fuſcæ neque glabræ ſunt, uti in prioribus, ſed cinereæ & rugoſæ.

Ejus folia quoque minora ſunt, vix binos pollices longa, paulo minus lata, atque in vetuſtioribus fruticibus multo adhuc minora, vix digiti articulum magna, cordiformia, ac prope petiolum plana, ad oras profunde ſerrata, Betulæ noſtratis foliis ſimillima, in obtuſum apicem deſinentia, craſſa, flaccida, ab utraque parte molliſſima & lanuginoſa inſtar ſerici, ſubtus cinerea, multiſque protuberantibus venis pertexta, quæ potiſſimum prope petiolum concurrunt, & ſuperius in arcus deſinunt.

Flores ſunt uti priorum, ſed minores & ſordide albicantes, qui ſeſe non ante horam primam meridianam aperiunt, ac poſt paucas horas iterum ſeſe claudunt, ita ut ſemel tantum in conſpectum veniant.

Fructus non ſunt trepaniformes uti in binis prioribus, ſed caſeoli, uti in ſilveſtri Malva, magnitudine unguis digiti minimi, in burſula obcluſi, quæ ſuperne apicem cruciformem gerit, in illo ſemina locantur flaveſcentia ſeu cinerea, reniformia, & hirta, per binos longos apices in inferiore ipſorum parte barbata quaſi, ac per maturitatem facile decidua, manibus ac veſtimentis adhærentia, quum & burſula iſta emarcida ſit, ac pereat.

Radix recte deorſum vergit multis lateralibus fibris extenſa, copioſioribus quam in prioribus ſpeciebus, eſt autem non ita mucilaginoſa.

Foliorum odor gravis eſt, ſique diu iis adſtamus, capiti moleſtus ac nocens, quum ex unguentaceo adfelium urinam adcedit odorem. Creſcit autem potiſſimum in humilibus & ſterilibus montibus, ubi humilis eſt ſed extenſus frutex, qualis etiam obcurrit poſt pagos in agris, nec ullo alio innotuit nomine apud incolas, niſi binarum priorum ſpecierum. Chirurgi noſtri ejus folia quoque adhibent loco veræ Malvæ, quum ejus folia quoad mollitiem cum hujus foliis optime conveniant, uti & caſei-formes ejus fructus, licet omnes ejus partes ſint ſicciores reliquis Malvæ ſpeciebus.

Talis arbuſcula, quantum recordor, mihi obvenit in Capite bonæ ſpei, folium gerens craſſum, pingue, ac lanuginoſum, ac florem flaveſcentem, quæque eundem gravem, & cum Hottentottis connunem ſpirabat odorem, puto etiam ipſorum odorem ex hac arbuſcula cauſari, memini enim circa montem Leoninum dictum, totas ſilvas fœtentis hujus Althææ me vidiſſe, ſub quibus ſolum erat depuratum æque ac in ædibus, quique mecum ibi erant præſentes, pro certo adfirmabant, Hottentottos ſub iis habitare, non autem mihi conveniebat illas intrare latebras.

Secundo.

Zo wyzen dan deeze twee geſlagten van Abutilon, de twee quartieren van de namiddag aan, met haar open gaan, te weten, 't gladde ten twaalf uren, of middag, het ruige ten drie uren; wilt gy nu de quartieren van de voormiddag hebben, zo zoekt in 't tiende Boek van de Bathyrrhiſa, *en de vyfde uur na de middag hebt gy in de roode Marville, waar van in 't agtſte Boek, welke alle te zamen met flos horarius, in 't Maleits* Bonga wactu, *dat is, tyd-bloemen genaamt werden, waar uit een curieuſe liefhebber der natuur in zynen tuin een levend uurwyzer van planten maken kan, niet om den dag in twaalf uren te verdeelen, maar om de vier of vyf hooft-quartieren des zelfs aan te wyzen, waar by gevoegt kan werden de Zagu-plant, in 't volgende Boek beſchreven, die met het ſluiten van hare jonge bladeren de middag aanwyſt.*

De Portugeſen noemen deeze plante Folho uſagre, *om dat ze daar mede genezen het om zig vretende ſchurft* Uſagre, *'t welk eigentlyk Lichen of Mentagra is, 't welk het aangezigt ſchend, dog zy verſtaan mede daar door de brede, en om zig vretende ulceratien aan de beenen, die een ſcherp water van zig geven, en daar door zig voortzetten; deeze genezen zy met het decoctum van deeze bladeren daar mede gewaſſen, en de geſlenſte bladeren daar op gebonden.*

Behalven de twee voorgaande zoorten van Abutilon, die men voor tamme mag houden, heeft men nog twee wilde, namentlyk, een land, en een ſtrandzoorte.

I. Abutilon agreſte ſive montanum, *is een kleine land of berg-zoorte, blyvende laag van ſtruik, niet boven vier voeten hoog, dog ſtraks boven de wortel wyd uitgebreit, zegge uitgeſpreit in veele dunne ryskens, dewelke niet bruin nog glad, gelyk het voorgaande, maar graauw en ruig zyn.*

De bladeren zyn ook kleinder, ſchaars twee duimen lang, en wat minder breed, dog aan de oude ſtruiken zyn ze veel kleinder, pas een lidt van een vinger groot, hert-formig, dog agter by den ſteel meeſt vlak, aan de kanten grof gezaagt, onze Berken-bladeren zeer gelyk, dog ſtomp van ſpits, dik, ſlap, te weerzyden zeer zagt en wolagtig, gelyk fulp, van onderen graauw, met veele uitpuilende aderen, dewelke meeſt agter by den ſteel t'zamenſloten, en bogtig na voren toelopen.

De bloemen zyn als aan 't vorige, dog kleinder en vuil-wit, dewelke haar niet vroeger dan 's middags ten een uur openen, na weinige uren wederom ſluiten, en haar maar eens vertonen.

De vrugten zyn niet trepaan-formig, gelyk aan de twee voorgaande, maar kleine kaaskens, gelyk aan de velt of wilde Malva, in de grote van een nagel aan een pink, geſloten in een beurſje, 't welk boven op een ſpits of kruis maakt, hier in ſtaan bleek-geele of ligt-graauwe zaden als kleine niertjes, dog ſtekelig, en hebben in haar onderſte twee lange ſpitſen of baarden, in hare rypheid ligt afvallende, en aan handen en kleren klevende, wanneer het beurſje vergaat.

De wortel is regt neergaande, met veele zydetakken, meer dan aan de voorgaande, en min ſlymerig.

De reuk der bladeren is vry wat zwaar, en zo men lang daar by ſtaat, het hooft moeyelyk, uit den zalfagtigen na kattepis trekkende; het groeit meeſt op 't voorſte lage en kale gebergte, daar 't laag en uitgeſpreit blyft, maar in tuinen voortkomende, werd het een man hoog, en een welgeſchikt ſtruikje, gelyk men ook vind agter de Negoryen in 't veld; zo is het ook met geen andere naam bekent by de Inlanders, dan de twee voorgaande. Onze Chirurgyns gebruiken 't ook in plaats van de regte Malva, dewyl zyne bladeren aan zagtigheid met dezelve beſt over een komen, als mede de kaasvormige vrugten, hoewel 't in alle zyne deelen droger is dan alle Malva-zoorten.

Diergelyk boompje, na myn ontboud, heb ik gevonden aan de Caap de Bon Eſperance, met een dik, vet, en wolagtig blad, en een ligt-geele bloeme, zo ſterk van reuk, als de Hottentotten zelfs waren, en ik geloof, dat ze haren reuk van dit boompje krygen, want het ſtaat my voor, omtrent den Leeuwenberg, gehele boſſchagien van deeze ſtinkende Althæa ontmoet te hebben, waar onder de grond zo ſchoon geveegt was als in een huis, en die by my waren verzekerden my, dat de Hottentotten daar onder woonden, dog het luſte my niet daar in te gaan.

2.

Secundo. *Abutilon littoreum*, ſilveſtris penitus & inutilis eſt ſpecies, quam inveni in Huamohelæ litore, cujus folia erant multo rugoſiora, ſordidiora, & magis albicantia quam in Abutilo lævi domeſtico, ejus flores quoque flaveſcebant, totusque frutex ſilveſtris penitus erat, hirſutus, & rugoſus, incolisque ignotus, nec ullo in uſu.

2. Abutilon littoreum, *is een ganſche wilde en ondeugende zoorte, dewelke ik bevonden heb op het ſtrand van Huamohel, aan 't welke de bladeren veel ruiger, lelyker, en witter waren dan aan 't tamme gladde Abutilon, de bloemen ook bleek-geel, en de ganſche heeſter wild, hairig, en ruig van geſtalte, by de Inlanders aldaar onbekend, en in geen gebruik.*

Tabula Undecima

Ramum exhibet *Abutili lævis* ſeu minoris ſpeciei, quæ eſt Alcea Indica, Abutilon dicta, minor, petiolo ad florem geniculato Beloere *H. Malab. part. 6. Tab.* 45. *Plukn. in Almag. p.* 17. &c.

De Elfde Plaat

Vertoont een Tak van de *gladde* en *kleine Abutilon*, welke is de Ooſtindiſche Alcea, Abutilon genaamt, met de ſteel by de bloem geleedt, Beloere in de *Hortus Malab.* ſesde deel, *Tab.* 45. van *Plukn.* in zyn *Almag. p.* 17. &c.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Goſſipium. Capas.

Licet Goſſipii frutex in multis Europæorum herbariis ſit deſcriptus, hic tamen eum locare volui, quum hi, qui in India aquoſa creſcunt, a vulgari quodammodo differant, & quædam inſuper addenda erant. Primo itaque Goſſipium noſtrum a vulgari differt magnitudine, eſt enim mediocris frutex, decem ac duodecim pedes altus, ſtipitem habens per aliquot annos perennem, quum vulgare Goſſipium in Indoſtana, Aſia, & inſulis maris mediterranei creſcens, non ultra binos tresve pedes ſit altum, foliis autem, floribus, & fructibus haud multum different. Maxima folia junioris trunci ultra palmam lata ſunt & longa, immo etiam paulo majora, in quinque lacinias diviſa, Vitis foliis quodammodo ſimilia, ad oras autem non ſerrata: ſuprema ac minora tres digitos ſunt lata & longa, in tres lacinias diſtincta, obſcure virentia nec ſplendentia, ad tactum quodammodo lanuginoſa, quodvis autem ſolitarium longo inſidet petiolo, minora quædam ex alis producens.

Frutex ab imo plurimis ſtipitibus & lateralibus ramis gaudet, durius gerens lignum quam Abutilon, ejusque cortex externe ex cinereo & ruffo variegatus eſt, interne viridis, ac facile a ſtipitibus ſeparari poteſt: ex foliorum alis capita trigona progerminant, ex tribus viridibus barbatis foliolis conſtructa, trigonis & ad oras ſerratis, in medio inflexis, ex quibus flos propullulat ex quinque flavis & flaccidis petalis conſtans, qui in fundo intenſe ſeu ex fuſco rubet colore, calicis formam referens, ſeu inſtar floris *Althææ*, ſed magis concavus eſt, nec ita ample extenſus & apertus, ipſius enim folia magna ex parte ſeſe amplectuntur, uti ſupra de *Novella* id quoque indicavimus, cum cujus flore hic quam maxime convenit, excepto quod minor ſit; in ejus centro piſtillum erigitur, ſtaminula & antheras gerens, uti in omnibus Malvaceis plantis.

Poſt floris lapſum ex eodem barbato caliculo nux quaſi progerminat, major nuce avellana, oblonga quoque, & in durum apicem extenſa, in tres, ac quod rarius, in quatuor ſulcos diſtincta, duriuſcula, primo glauca, dein ex nigro cinerea, qui fructus eſt, ac maturus in tot ſegmenta ſeu duras ſquamas dehiſcit, ex quo tres quatuorve breves quaſi dependent digiti, ex nivea albiſſima ac tenui conſtantes lanugine, quæ arcte ſibi incumbit, & diu ex frutice dependet.

In locis pinguibus hi fructus ultra digitum ſunt longi, ac binos craſſi, in ſterilibus vix ad dimidii longitudinem ac craſſitiem, in quibusvis quædam nigra & ſubrotunda latitant ſemina, Goſſipio adeo firmiter nexa, ut labore & vi ſeparanda ab ipſo ſint, ex quovis fructu ad minimum Goſſipii manipulum conligi poteſt, quod mox inter decerpendum a ſiccis foliis ac ſtipulis prudenter mundandum eſt, a quibus alioquin alba hæc lanugo defœdatur: Prout ſolum eſt pingue vel gracile, eo etiam digiti Goſſipium proferentes ſunt majores vel minores, ac folia intenſe vel pallide virentia, & ſi adcurate adtendatur, quoad formam etiam diverſa, multa nigris maculis ſunt punctata, acſi acubus eſſent perforata.

XV. HOOFDSTUK.

Cattoen. Capas.

Hoewel de boomwol met haar heeſter in veele Europiſche Kruidboeken beſchreven werd, zo heb ik ze egter hier mede willen ſtellen, dewyl die geene, die in Water-Indien waſſen, van de gemene wat verſchillen, ook om dat ik 'er eenige dingen by te doen heb. Voor eerſt verſchilt onze Cattoen-plant van de gemene in groote, want het wert een middelbare ſtruik, van tien a twaalf voeten hoog, met een overblyvende ſtam, die eenige jaren duurt, daar de gemene Cattoen-plante van Indoſtan, Aſien, en de Eilanden van de Middelandſe Zee, niet boven twee a drie voeten hoog werd, aan bladeren, bloemen, en vrugten zullen miſſchien niet veel verſchillen; de grootſte bladeren, en aan de jonge ſtam, zyn ruim een hand breed, en lang, of wat meer, in vyf lappen verdeelt, en zo 't Wyngaard-loof eenigzins gelyk, dog aan de kanten ongezaagt; de bovenſte en kleindere zyn drie vingeren breed, en lang, in drie ſnippelen verdeelt, doods-groen, zonder glans, in 't aantaſten wat wolagtig, en ieder ſtaat enkeld, op een langagtig ſteeltje, met ettelyke jonge uit hare ſchoten.

De ſtruik van onderen op is in verſcheide ſtammen, en zydetakken verdeelt, harder van hout dan 't Abutilon: de ſchorſe is van buiten uit den graauwen en roſſen gemengt, van binnen groen, en laat zig ligt van de ſtokken ſchillen; uit den ſchoot der bladeren komen hier en daar voort driezydige knoppen, gemaakt van drie groene gehaarde blaatjes, die zelfs driekantig zyn, aan de kanten geſchaart, in de midden wat gebogen, waar uit ontſpringt de bloeme, van vyf ligt-geele en ſlappe blaatjes gemaakt, op den gront hoog of bruin-root, in de gedaante van een kelksken, of als de bloemen van Althæa, *dog dieper, en zo wyt niet geopent, want hare blaatjes omvatten malkander voor een groot gedeelte, gelyk wy boven van de Novella gezegt hebben, waar mede deeze bloem gants overeenkomt, behalven dat ze kleinder is. In de midden ſtaat een pilaartje, met zyne draatjes en noppen, gelyk alle Malvaas hebben.*

Naar 't afvallen van de bloemen komt uit het zelfſte gehaarde kelkje een nootken voort, grooter als een Haſelnoot, mede lankwerpig, en met een harde ſpits, met drie en zelden vier vooren afgedeelt, hartagtig, eerſt Spaansgroen, daar na zwart-graauw, het welk de vrugt is, ryp geworden, ſplyt ze in zo veele deelen of harde ſchubben open, en daar uit hangen dan drie of vier korte vingers, van ſneeuw-witte en fyne wolle gemaakt, digt in malkander gedrongen, en lang aan den ſtruik blyvende hangen.

Op vette plaatſen zyn deeze vrugten ruim een vinger lang, en twee dik, op magere plaatſen pas half zo lang en dik, in ieder vint men ſchuilen eenige zwarte en rondagtige zaden, daar het Cattoen zo vaſt aan hangt, dat men het met moeite afpluiſen moet, uit ieder noot kan men ten minſten een hand vol geplukte wol hebben, die men ſtraks in 't plukken van de droge bladeren, en andere ſtoppelen, voorzigtig zuiveren moet, dewelke anders de witte wol zeer onzienlyk maken; na dat de grond vet of mager is, daar na zyn de woldragende vingers ook groot of klein, de bladeren hoog of bleek-groen, en zo men 'er naauw op let, ook wat verſchillende van fatſoen; veele hebben zwarte ſtipjes, als of ze met naalden geprikkeld waren.

Flores ante meridiem ſeſe non aperiunt, atque per binos dies in frutice conſpiciuntur: Lanugo autem iſta ſeu Goſſipium manibus depuratum, & ab oſſiculis ſeparatum, mox nendo aptum eſt, quod vero ad pulvinaria complenda, ut & ad ſarcinas ſervatur, non adeo adcurate a ſiccis foliis & oſſiculis depuratur.

Radices ejus ſunt raræ, ac late ſeſe diſpergunt; non bene creſcit ſub arborum umbra, ſed loca amat aprica, ac ſoli bene expoſita, ſolumque pingue & argilloſum, lapillis mixtum.

Frutex hic per totum annum folia ſua prodit non vero flores vel fructus, pluvioſis enim menſibus ſenſim vetuſta demittit folia, novaque regerminat: Sexto ſationis menſe flores ac fructus producit, quum per quatuor vel quinque menſes iterum quieſcit ab uno tempore in aliud; comperi quoque hunc fruticem prope Vitem plantatum lætius excreſcere, atque elegantiorem eſſe quam alibi.

In Java hujus fruticis ſpecies obcurrit, flores gerens ex fuſco rubentes, ejusque folia magis virent, ac profundius laciniata ſunt, Goſſipium vero ipſum inſtar vulgaris: Parvus eſt frutex, nec ultra annum perennat, nec flos ita ample ſeſe aperit quam vulgaris.

Nomen. Latine *Goſſipium*, & *Cylon*: Belgice *Boomwol* & *Cattoen*, Arabice *Kotnon*, *Koton*, & *Kotoun*, unde cætera Europæorum derivantur nomina; Goſſipium ipſum ſeu lanuginem neoterici Græci & Latini vocarunt *Bambax* & *Bombax*, ac Scaliger ex Plinio *Bombyx*, unde Italicum *Bambagia* deflectitur. Hiſpanis dicitur *Algodon*, Portugallis *Algodaon*; ab Italis lintea ex Goſſipio conſtructa *Bambaſinen* vocantur, ac forte inde a Belgis *Wambayſen* & *Borſtrokken*: Malaice, Javanice, & Macaſſarice *Capas*, Ternatice *Capa*, Amboinice in Hitoea *Aba*, in Leytimora *Abamabu*, Banda *Caramboa*, peritiſſimus *Scaliger exercit.* 158. *ſect.* 8. ipſi hæc tribuit nomina, Latine *Goſſipium*, Syrice *Cot*, Italice *Bambagia*, Arabice *Balabali*, Trogloditice *Baſut*, ac porro hæc ſubſequentia apud ipſum invenio Arabica nomina *Gauſak*, Perſice *Gauzapemba*, h. e. Nux Pembæ, quæ eſt Africæ Provincia, quum vero litt. *Koph* & *Phe*, in lingua Arabica literæ ſint ſibi maxime ſimiles, hinc fieri potuit, ex Arabico *Ganſak Goſſipium* eſſe derivatum, item *Chirnaaff*, & *Dismaarix*, ac Bohâr eſt lanugo, atque hinc *Anadiff* & *Manduff* eſt diſcutiendo adtenuatum, & *Arcu Mindoff* diviſum Goſſipium: *Beylam* eſt nux ſeu folliculus, in quo Goſſipium naſcitur, quæ *Ofz* dicitur, inter quæ nullum invenio nomen, quod cum Scaligeri nomine *Balabab* quadrat.

Cum Arabibus vocibus *Coton* ſive *Cotoun* conſonat Chaldaicum *Kethan* linum, & hoc ab Hebraico *Etun* funis, filum, linteum, unde & Chaldaice *Atuna* funis, & *Obovy otoni* linteum, eſt tamen & Hebraicum *Kethoneth* & *Kutthonet*, tunica per metonymiam, quia e filis contexta eſt, unde & Germanorum *Kittel*, poſſimus etiam opinari Hebraica & Chaldaica illa vocabula ab Arabico antiquo hujus plantæ nomine deſcendiſſe, quia per excellentiam de omnibus filis, & ex filis contextis telis dicitur: Certum enim eſt, ex Arabia & finitima Ægypto deſcendiſſe notitiam hujus lanæ apud antiquos.

Locus. Minus Goſſipium ubique creſcit in Indoſtana & Bengala, potiſſimum vero in Cormandelæ ora, quod & quotannis ſerendum eſt, majus ſeu fruteſcens, quod proprie deſcribimus, in multis aquoſæ Indiæ creſcit inſulis, atque in quibusdam locis annuum, in aliis perenne eſt, in Java enim & Baleya, ſi hic frutex ſemel fructus produxerit, ejus ſuperiores abſcinduntur rami, radixque nova obtegitur terra, tum ſecundo anno ſtipites emittit, ac ſemel adhuc fructus profert. In Bima & Macaſſara in Turattæ Provincia, ubi multum colitur, quotannis ſerendum eſt, licet ibi etiam ad fruticem altitudinis humanæ excreſcat; in tribus Orientalibus regionibus Amboina, Banda, & Moluccis rarum eſt, atque aliunde deductum, in perfectum vero fruticem ibi adtollitur, uti ſupra dictum eſt, qui tres perdurat annos.

Uſus. Quomodo Goſſipium ſeu lana harum plantarum per totam Indiam loco Lini adhibeatur, ex qua nempe quævis lintea texuntur, ſatis ſuperque notum eſt, quæ vel ex craſſioribus conſtant filis, uti ſpecies illæ *Dongry*, & *Guinees lumen*, vulgo *Caingadja*,

De bloemen gaan voor de middag niet open, en vertonen haar twee dagen aan de ſtok: de wol aldus met banden ſchoon gemaakt, en van de korls gezuivert, is ſtraks klaar tot het ſpinnen, maar die men tot het invullen van kuſſens en pakken bewaart, werd zo net niet gezuivert van die droge bladeren en korls.

De wortelen zyn weinig, maar verſpreiden hun verre, het wil niet geern onder ſchaduwe van bomen ſtaan, maar op lugtige plaatſen, en die veel zon hebben, en vette kleyagtige grond, daar wat ſteentjes onder lopen.

De ſtruik is wel 't gehele jaar met bladeren, maar niet met bloemen of vrugten beladen, want in de regen-maanden werpt hy allenkskens d'oude bladeren af, en gewind nieuwe; in de zesde maand van zyn zaaijing draagt hy bloemen en vrugten, maar hy ruſt dan wel vier a vyf maanden, van 't eene ſaiſoen tot het andere. Ik heb bevonden, dat deeze ſtruik by een Wyngaard geplant, weeldriger opſchoot, en ſchoonder ſtond dan elders.

Op Java heeft men een zoort van deeze ſtruik, dewelke bruin-roode bloemen draagt, de bladeren zyn wat grasgroender, en dieper geſneden, de wol als de gemeene; het blyft een kleine heeſter, en werd niet boven een jaar oud, en de bloem opent haar zo wyd niet als aan de gemene.

Naam. *In 't Latyn* Goſſipium *en* Cylon, *op 't Duits* Boomwol *en* Cattoen, *in 't Arabis* Kotnon, Koton, *en* Kotoun, *waar van de andere Europiſche namen komen, de wol hebben de nieuwe Grieken en Latynen genaamt* Bambax *en* Bombax, *en Scaliger uit Plinius* Bombyx, *waar van 't Italiaanſche* Bambagia *komt. In 't Spaanſch hiet ze* Algodon, *in 't Portugeeſch* Algodaon, *van de Italianen werden de Cattoene ſtoffen* Bambaſinen *genaamt, en miſſchien ook in 't Duits de* Wambayſen *en* Borſtrokken, *in 't Maleits, Javaans, en Macaſſaars* Capas, *in 't Ternataans* Capa, *in 't Amboins op Hitou* Aba, *op Leytimor* Ahamahu, *op Banda* Caramboa: *dien wel ervarene* Scaliger exercit. 158. ſect. 8. *geeft hem deeze namen; in 't Latyn* Goſſipium, *in 't Syriſch* Cot, *in 't Italiaans* Bambagia, *in 't Arabiſch* Balabali, *by de Trogloditen* Baſut, *voorts vind ik nog deeze Arabiſche namen;* Gauſak, *Perſiaans* Gauzapemba, *dat is Note van Pemba, een Provintie in Africa; dewyl nu de letter* Koph *en* Phe *in 't Arabiſch zeer gelyke letters zyn, zo kan het wel geſchiet zyn, dat men van het Arabiſch* Gauſak Goſſipium *gemaakt heeft, item* Chirnaaff *en* Dismaarix, *en Bohar is de wolle daar van, en hier van daan komt* Anadiff *en* Manduff, *'t geen betekent door omſchudden verdunt, en* Arcu Mindoff *gepluiſt Cattoen:* Beylam *is de neut ofte het zakje, waar in de wol groeit, welke* Ofz *genaamt wert; waar onder ik niet een en vind, die met Scaligers naam Balabab overeenkomen.*

Met de Arabiſche namen Coton *of* Cotoun *komt over een het Chaldeeuwſche* Kethan *of Vlaſch, en dit van het Hebreeuwſche* Etun, *een touw, gaaren, of lint, waar van op het Chaldeeuwſch* Atuna, *een touw, en* Obovy otoni, *een lint, en het Hebreeuwſche* Kethoneth *en* Kutthonet, *een mantel door verzetting van de letteren, om dat het uit gaarn gemaakt wert, waar van daan der Duitſchers* Kittel: *Wy zouden ook kunnen menen dat die Hebreeuwſche en Chaldeeuwſche namen van de oude Arabiſche naam deezes plants afkomſtig zyn, het welk by wyze van alle touwen en gaarens gezegt wert. Het is dog zeker, dat uit Arabie en het naaſtgelegene Ægypte de kennis van deeze wol by de oude zyn oorſpronk heeft.*

Plaats. *Het kleine Goſſipium waſt over al in de Indeſtan en Bengale, dog meeſt op de kuſt van Cormandel, het welk ook jaarlyks moet gezaait werden; het hooger of ſtruikagtige, dat wy eigentlyk beſchryven, waſt in veele Eilanden van Water-Indien, en is in zommige jaarig, in zommige meerder jaarig, want op Java en Baly, als de ſtruik eens gedragen heeft, ſnyt men de bovenſte takken af, hoopt wat nieuwe aarde rontom de wortel, zo ſchiet hy in 't tweede jaar ſtelen, en draagt nog eens vrugten; op Bima en Macaſſer, in de Provintie Turatte, daar het onder andere veel gebavont word, moet het jaarlyks gezaait werden, hoewel het aldaar ook een ſtruik van een mans lengte werd, in de drie Ooſterſe Gouvernementen Amboina, Banda, en de Moluccos is het weinig, en van elders ingebragt, en over al een volkome ſtruik, als boven gezegt, die drie jaren duren kan.*

Gebruik. *Hoe de wol van deeze planten door geheel Ooſtindien de plaats van vlas beklede, waar uit allerhande doeken geweven werden, is genoegzaam bekend, dewelke zyn of grofdradig, als de zoorten* Dongry, *en* Guinees lumen, *in 't gemeen* Caingadja, *dat is, Oliphants*

gadja, h. e. Elephantum lintea dicta, Malayenses enim cunctis magnis rebus adtribuunt cognomen *Gadja* seu Elephantis, mediocribus ex filis constant *Salampoeris* & *Parcallen*, ex tenuioribus vero *Bethiles*, *Chavonys*, & *Cassa Bengale*, inter quæ quædam sunt adeo tenuia & laxa quam textum uraneum, quæ omnes linteorum species instar nivis albicantes, cum pluribus aliis speciebus per societatis Indicæ naves in Europam devehuntur, ac proinde cuivis notæ sunt, optima autem Gading species semper in Europam mittitur, ac vilissima hic in India deteritur. Europæa enim lintea hic non valent, nec album servant colorem: In istis aquosæ Indiæ insulis pars quædam in crassiora texitur lintea, non autem adeo præstantia, quam quæ in Cormandela & Bengala texuntur, reliqua pars in fila congeminata, quibus suunt, netur: in Macassara præsertim Gossipium ex Turatta adductum ad lintea & fila adhibetur, ex cruda autem lana dexteritate quadam norunt ossicula extrudere ope bacelli tortilis instar mergitis formati.

Gossipium itaque depuratum excutitur ope arcus Malaice *Busor*, ut supra Arabice *Mindâf* dicti, cujus tensa chorda Gossipium adtrahit; quod tali modo excussum & depuratum manibus iterum compingitur, ac convolvitur in formam longarum candelarum circa bacellum, qui ipsorum colus est, ex quo filum Rhombo inpositum deducitur ad finem tali modo, quo serici netores solent. Hic in Amboina nil memoratu dignum ex ipso texitur, sed in fila congeminata ad suendum netur.

In re Medica apud incolas raro est in usu, quum non admodum sint curiosi, unde ipsius virtutes Medicinales ex Europæorum libris petendæ & inquirendæ sunt: Folia solummodo contrita pueris aliquando exhibentur contra omnia abdominis tormina, immo in Dysenteria ipsa, magis autem ad intestinorum cruditatem tollendam & emolliendam, quam ad constipandum, ipsorum quoque succus abdominis tollit ac sedat dolores: Ossiculorum medulla dulcem habet saporem, atque contra quasvis tusses exhibetur ac raucedines, ex hisce oleum itidem exprimi potest contra lenticulas, quod incolis ignotum est, Macassarenses tamen delicatum ex his præparant cibum, in tepida enim macerant aqua hæc ossicula, quæ per binos tresve dies in corbiculis deponunt, donec surculos emittant, quæ ab externo tum depurant cinereo cortice, atque instar Lactucæ edunt, uti cum semine Catjang, vel cum Phaseolis madefactis fit, qui germen emiserunt.

Folia ob mollitiem aliquando exsiccantur, atque hisce pulvinaria replentur, antiquis autem temporibus Gossipium in Occidentalibus insulis, seu terræ partibus non ita notum ac vulgare erat quam hodie, ex Theophrasto enim & Plinio adparet, tantum crescere in summa Ægypti parte, Arabia, & Tilo, quæ insula est freti rubri seu Persici, dein autem diligenti cura & cultura inde deductum est per Syriam & parvam Asiam, usque in maris mediterranei insulas, Candiam, & Maltam, atque inde in partes Italiæ, Calabriæ, Pugliæ, aliosque Europæos hortos, ubique autem est frutex parvus & annuus, quum itaque antiquis temporibus adeo rarum erat, vestes ex ipso constructæ quam maxime pretiosæ itidem habebantur, quas nemini apud Ægyptios licebat gestare, nisi sacerdotibus & magnatibus, unde concludendum est Hebræorum *Schesch* nihil aliud fuisse quam *Xylon* seu *Gossipium*: Huic rei adsentit *Prosper Alpinus*, qui testatur ex lana *Gossipii sui arborei*, in Ægypto *Cotnem segjar* dicti, carbasum subtilissimam contexi, quæ in Arabia & Ægypto *Sessa* vocatur: Ex hoc *Schesch* contexta erunt regalia vestimenta, quibus Patriarcha Josephus vestitus fuit tempore condecorationis suæ *Genes.* 41. *vers* 42. item alba ac subtilia fila, quibus ad exornandum Tabernaculum Moises usus fuit, quod in belgico textu interpretatum est *Fyn Linnen*. In Latino Linum Xylinum *Exod.* 25. *vers* 4. *Schesch* tamen differt a *Butz* Ezechielis seu *Bysso*, quæ meo judicio album est sericum, quod antiquis temporibus apud Occidentales populos rarissimum ac carum erat, de quo latius in auctuario meo.

Rei Herbariæ periti inter sese cavillantur, cur hæc Lana Belgice *Boomwol*, seu lana arborea vocetur, quum non ex arbore sed ex humili colligatur frutice,

phants linnen genaamt, want de Maleyers plegen alle groote dingen den toenaam van Gadja *of Olifphant te geven, middelmatig van draat zyn* Salampoeris *en* Parcallen, *fyndradig zyn* Bethiles, Chavonys *en* Cassa Bengale, *waar onder sommigen zo fyn en ydel zyn als een spinne-webbe, alle welke sorteringen van linnen zo wit als een sneeuw gebleekt, nevens nog veel andere meer, met de scheepen van de Oostindische Compagnie na Europa vervoert werden, en dierhalven niet onbekent kunnen zyn, werdende altyt de beste gading na Europa gezonden, en het slegte hier in India versleten, want het Europische linnen hier niet wel aarden, nog wit blyven kan; in de voorn. Eilanden van Water-Indien werd ook wel een party tot doeken geweven, dog verre zo veel en goet niet, als op Cormandel en Bengalen. Het ander wert tot getwynt naaigaarn gesponnen, inzonderheid op Macasser wert het Cattoen, uit Turatte komende, veel tot doeken en gaarn gebruikt; uit de raauwe wol weten ze aldaar met een behendigheid de korls uit te wringen met een draaijend houtje, als een schuive.*

Het schoon-gemaakte werd alsdan opgeschut met een boog, in 't Maleits Busor *(zo als boven op 't Arabis* Mindaf*) wiens gespannen snaar in 't Cattoen slaat; het dus opgeschudde en schoon-gemaakte Cattoen werd daar na met de handen digt weder te zamengerolt als lange keersen, en om een rond stokje gewonden, het welk haar spinrokken is, waar van de begonne draat op het spinrad geleit zynde, voorts afgesponnen werd, op de manier als de zyde-spinners bekent is. Hier in Amboina werd 'er niets naamwaardig van geweven, maar alleen tot naaigaarn gesponnen.*

In de Medicyne heeft 't by de Inlanders klein gebruik, om dat zy niet nieuwschierig zyn, weshalven men zyne medicinale kragten uit Europise boeken halen moet, alleenlyk de bladeren werden somtyts gewreven, en de kinderen ingegeven tegens allerhande buik-weedom, zelfs in de Roode Loop, meer om de raauwe ingewanden te verzagten als te stoppen, welk zap ook de buikpyn stilt, het merg van de zaatkorls is zoet van smaak, en wert ingegeven tegens allerhande hoesten, en raauwigheid des borsts, een oly daar uit te perssen, waar mede men de sproeten verdryft, is hun ook onbekent, evenwel de Macassaren maken een lekker eten daar van, dezelve in warm water wekende, twee a drie dagen in korfjes zettende, en perssende, tot dat zy uitschieten, die zy van de buitenste graauwe holster zuiveren, en als Salade eten, gelyk men met de uitgeschotene Catjang of Boonen doet.

De bladeren werden wegens hare zagtigheid somtyts gedroogt, en daar mede slaapkussens gevult, in oude tyden was het Cattoen in de Westerse Eilanden, zegge, deelen van onze werelt, zo bekent niet als hedendaags, want uit Theophrastus en Plinius blykt, dat het alleen wies in Opper-Egipten, Arabien, en Tilo, een Eiland van 't roode, of veel meer Persische Meir, daar na door neerstige oeffeninge is het van daar gebragt, door Syrien en klein Asien, tot in de Eilanden van de Middelandse Zee, Candia en Malta, en van daar in de deelen van Italien, Calabria, Puglia, en andere hoven van Europa, over al een kleine jarige struik zynde, om dat het nu in oude tyden zo zeltzaam was, wierden ook de klederen daar van gemaakt, zeer kostelyk gehouden, dewelke niemant by de Egiptenaren geoorloft was te dragen, dan de Priesteren, en luiden van hoogen staat, waar uit dan te besluiten is, dat der Hebreeuwen Schesch *anders niet geweest zy dan 't Xylon of Cattoen. Hier mede stemt over een* Prosper Alpinus, *dewelke getuigt, dat uit de wol van zyn* Gossipium Arboreum, *in Egipten* Cotnem segjar *genaamt, een zeer fyn lynwaat geweven wierd, in Arabien en Egipten* Sessa *genaamt: Uit dit* Schesch *waren gemaakt de Koninklyke kleederen, waar mede de Patriarch Joseph gekleed wierd in zyne verheerlykinge,* Genes. 41. *vers* 42. *als mede het witte fyne gaarn, 't welk tot het opmaken van den Tabernakel van Moses gebruikt wiert, zynde overgezet in de Duitsche Bybel* fyn Linnen, *in 't Latyn* Linum Xylinum, Exod. 25. vers 4. *Het* Schesch *nogtans verschilt van 't* Butz Ezechielis, *of* Byssus, *'t welk, myns oordeels, de witte zyde is, dewelke in onze tyden by de Westerse natien, zeer weinig en duur was, waar van in myn* Auctuario.

De Kruit-beschryvers knibbelen ook onder malkanderen, waarom men deeze wolle in 't Duits Boomwol *noemt, daar ze nogtans van geen boom, maar van een laag hee-*

hujus autem rei caussam inputare volunt Theophrasto & Plinio, quum ille *Libr.* 4. *Cap.* 9. hic vero *Libr.* 12. *Cap.* 10. scribat, in insula Tilo, hodie *Babarcyn* dicta, arbores lanatas seu lanigeras crescere, folia gerentes instar Vitis, sed minora, ac fructus magnitudine pomi Cydonei, ac forma Cucurbitæ, qui per maturitatem dehiscunt, ac tenuem exhibent lanam, ex qua tam pretiosæ quam viles vestes texi possunt: Huic rei autem contraria videntur illa, quæ idem *Plinius Libr.* 19. *Cap.* 1. scribit sequentem in modum, summa Ægypti pars, quæ Arabiæ vicina est, fruticem profert, a quibusdam *Gossipion* dictum, plurimum vero *Xylon*, atque hinc lintea ex hoc fabricata *Xylina* dicta sunt. Frutex hic parvus est, ac fructum profert barbatæ nuci similem, quoad formam, ex cujus interna lanugine bombyx conligitur & texitur, nec quidquam in mundo mollius est, vel magis albet lanugine hujus fructus.

Sacerdotes Ægyptii vestimenta ex hac contexta præ omnibus præferunt: Hic putant fruticem lanigerum Ægyptium differre ab arbore Theophrasti lanigera in Tilo crescente, est autem una eademque planta, quæ, uti supra dictum fuit, in quibusdam locis humilis est fruticulus, in aliis vero perfectus frutex, atque præterea sciendum est, in Orientali lingua non ita adcuratam esse distinctionem quoad denominationem arboris & fruticis, ac proinde arboris lana jure merito vocatur talis lana, quæ ex frutice arborescente conligitur: talia exempla vide infra *Cap.* 21. Eundem præterea fruticem in quibusdam regionibus humilem, in aliis in altum excrescere inter neotericos scriptores testatur quoque *Bellonius Libr.* 2. *Observ. Cap.* 101. dicens circa Cairo in Ægypto esse *Gossipium perenne*, quod frutex est humana altitudine altior, quem dein in Sicilia observavit circa urbem Maratam instar fruticuli humilis, qui etiam non ultra semi annum perdurabat, quum mense Majo serebatur, ac Septembri demetiebatur, ac porro arborem lanigeram Tilonensem nihil aliud esse, quam Gossipium fruticem testantur satis *Theophrastus* & *Plinius*, quum arbores vocet Gossampinas *Plinius Libr.* 12. *Cap.* 11. quod satis clare denotat verbum *Gossipium*, seu istud Persicum *Gauza pemba*.

Celebris hæc lana in India Occidentali itidem obcurrit, uti *Josephus a Costa Libr.* 4. *Cap.* 23. scribit, nempe in Peruana regione, Nova Hispania, ac præcipue in Provincia Tucumana, Paragueya, & Sancta cruce, tam in montibus, quam in insulis St. Domingo, quæ ubique maximæ incolarum sunt divitiæ, ex qua ventosas ac tenues formant Carbasos; dicit quoque idem *Algodon* crescere tam in parvis quam magnis arboribus, unde patet alios auctores frutices arbores quoque vocare, quin etiam Xyli species obcurreret arborea, Eriodendros nempe Javana, istis in regionibus lanam proferens altis in arboribus, de qua *Bellonius loc. cit.* forte etiam loquitur, dicens Gossipium ex India & Brasilia esse deductum, maxime ab Asiatico, quod vulgare est Gossipium, differens, quum istud magna gerat ossicula, nigra, ac decem vel duodecim simul combinata, quum vulgare Gossipium cuncta sua ossicula proferat separata, qui character in Eriodendro observatur.

Certum est, arbusculas Gossipium ferentes in Brasilia & Carybæis insulis crescentes, ubi *Mauro* vocantur, multo majores esse quam in ullis aliis locis, harum stipes nempe ultra pedem crassus est, binos viros altus, & ample extensus, ejus fructus sunt trigoni ac majores Juglande: Ipsarum Gossipium magna ex parte non depuratum in Europam transfertur, attamen sat magna ejus copia in istis regionibus netur, ex qua lectuli pensiles fabricantur.

Ossicula a Brasiliensibus in cibum etiam præparantur, quæ in aqua macerant, atque ex ipsorum medulla, seu farina interna, ipsorum *Mangauw*, quæ puls est, coquitur.

P. Martinus in proemio Atlantis Sinensis narrat, Sinam antiquis temporibus Gossipio destitui, sed istud accepisse ante 500 annos, h. e. anno Christi millesimo, ab ipsi vicinis Provinciis, quod intra istud tempus adeo est multiplicatum, ut solo in inperio urbis Xanghay in Provincia Nangking ultra ducentæ ac millenæ sint familiæ, quæ victum solummodo habent nendo Gossipium. Testatur porro idem *P. Mar-*

sterken komt, willende de schult daar van op Theophrastus en Plinius leggen, waar van de eerste Libr. 4. Cap. 9. *de tweede* Libr. 12. Cap. 10. *schryft, dat in 't Eiland Tilo (bedendaags* Baharcyn *genaamt) woldragende bomen wassen, met bladeren als een wyngaart, dog kleinder, en vrugten, in de groote van een Quee-appel, en gedaante van een Cauwoerde, dewelke door rypheid openberstende, een fyne wolle uitgeven, waar uit men zo wel kostelyke als gemene klederen weve; hier tegens schynt te stryden, 't gene dezelfde* Plinius *schryft in zyn* 19. *Boek, Cap.* 1. *aldus: Het hoogste deel van Egypten, 't welk aan de kant van Arabien legt, brengt een heester voort, die van zommige* Gossipion *genaamt is, maar meest* Xylon, *en daarom worden de webbe of lakenen daar van gemaakt,* Xylina *genaamt. De heester is klein, en krygt een vrugt, een gebaarde note gelyk van gedaante, uit wiens binnenste zydagtigheid de wolagtige dons genomen, en gesponnen wert, en is ter werelt niets witter en zagter, dan de wolagtigheid van deeze vrugt.*

De Priesters van Egypten dragen geen klederen liever, dan die daar van geweven zyn. Hier willen ze, dat de woldragende heester van Egypten verschille van Theophrastus wolleboom, op Tilo wassende, maar het is een en dezelfste plante, die als boven gezegt, op zommige plaatsen een laag heesterken, en op andere een volkomen struik is, daar en boven moet men weten, dat in de Oostersche tale zo naauwe onderscheid niet en is, met de benaming van een boom en van een heester, en daarom boomwol met regt genaamt wert een wol, die van een boomagtige struik komt; diergelyke exempels ziet beneden Cap. 21. *Dat nu dezelfde struiken in zommige landen laag, en in andere hoog wassen, getuigt onder de nieuwe Schryvers* Bellonius Libr. 2. Observ. Cap. 101. *zeggende, dat omtrent Cairo in Egypten een* Gossipium perenne *wasse, met een struik, hooger dan een man, 't welk hy naderhand in Sicilia omtrent de stadt Marat, als een kleine heester gezien heeft, dewelke niet boven een half jaar in de aarde bleef, als werdende in May gezaait, en in September gemaait, verders dat de Wolleboom van Tilo anders niet zy dan de Cattoen-struik, geven dezelfste* Theophrastus *en* Plinius *genoegzaam te kennen, alzo zy de bomen Gossampinas,* Plin. Libr. 12. Cap. 11. *noemen, 't welk immers duidelyk genoeg verbeelt het woord* Gossipium, *of het voornoemde Persiaansche* Gauza pemba.

Deeze vermaarde wol werd ook in Westindien gevonden, gelyk Joseph a Costa Libr. 4. Cap. 23. *schryft, te weten, in Peru, Nova Hispania, en principalyk in de Provintie van Tucuman, Paraguey, en Sancta Cruz, van 't gebergte, en in de Eilanden van St. Domingo, zynde overal de principaalste rykdom van die Inwoonders, waar van ze grof en fyn lynwaat maken, ook zegt hy, dat 't zelfste* Algodon *wasse op kleine en groote bomen, daar men al weer ziet, dat andere Autheurs de struiken ook bomen noemen, of 'er moest een zoort van Capok mede in de landen wassen, 't welk aan hooge bomen groeit, en waar van misschien* Bellonius loc. cit. *ook spreekt, dat 'er een Gossipium zy uit India en Brasilia gebragt, veel van het Asiatische ('t welk het gemene Cattoen is) verschillende, om dat het groote korls heeft, zwart, en tien of twaalf aan malkander zittende, daar 't gemene Cattoen d'eene zaadkorl van d'andere afgezondert heeft, welke merktekenen men in de Capok vint.*

Het is zeker, dat de Cattoen-boompjes in Brasil en de Carybische Eilanden, daar zy Mauro *hieten, merkelyk grooter zyn dan elders, te weten, de stam ruim een been dik, twee mannen hoog, wyd uitgespreit, de vrugten driekantig, en wel zo groot als een Okernoot; het Cattoen werd meest ongezuivert na Europa gevoert, evenwel een goede party in 't land gesponnen, tot het maken van hangmatten.*

De korls werden ook van de Brasilianen tot kost bereit, dezelve in water wekende, en uit 't binnenste witte meel haar Mangauw, *of pap makende.*

P. Martinus, *in zyn Voorreden op zyn Chineesen Atlas, verhaalt, dat China in oude tyden geen Cattoen gehad, maar het zelve eerst voor 500 jaren, dat is anno Christi* 1000. *van de naburige Provintien ontfangen hebben, en in die tyd zo toegenomen, dat alleen in 't gebied van de stad Xanghay, in de Provintie Nangking, over de* 200000 *huisgezinnen zyn, die anders niet doen dan Cattoen spinnen. Daar en tegen zegt dezelfste* P. Martinus

Martinus loc. cit. Byssum seu sericum vermium per aliquot millenos annos ante Christi nativitatem apud Sinenses in usu fuisse, atque inde sensim Occidentali mundo innotuisse: Si itaque Byssus sit sericum, uti pro certo puto, tum Bibliorum interpretes quidam *Schesch* male interpretantur per *Byssum*, *Schesch* enim cum aliis diversi coloris filis adhibebatur in Tabernaculo, in lege autem antiqua *Levitici Cap.* 19. *vers* 19. vetitum erat nulla fila ex plantis præparata, cum lana ex quovis animalium genere conlecta, quale est sericum, una in textura conmiscenda esse.

Tabula Duodecima

Ramum exhibet *Gossipii vulgaris*; quod est Gossipium caule decumbente. *H. Cliff. p.* 350. & Gossipium herba semine albo. *Moris. hist.* 3. *p.* 517. *s.* 12. *Tab.* 17. *Fig.* 1. & Gossipium frutescens semine albo. *C. B. Pin.* 430. ac Gossipium Brasilianum flore flavo. *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 156. Xylon seu Gossipium herbaceum. *J. Baub. hist. tom.* 1. *p.* 343. *Boerh. ind. p.* 1. *pag.* 273. Gossipium seu Xylon *Dod. pempt. p.* 66. *Lobel. hist. p.* 370. & Gossipium frutescens annuum folio trilobato. *Plukn. Phyt. Tab.* 188. *Fig.* 1.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Gossipium latifolium. Capas besaar.

Gossipium latifolium paulo altiorem habet stipitem vulgari, ejusque folia sunt majora illis Vitis, sex septemve pollices longa, pedem lata, in quinque magnas lacinias divisa, quarum quævis in angustum determinatur apicem, inferius autem ipsarum auriculæ sibi incumbunt, ipsorum petioli spithamam longi sunt, rugosi, ac punctulis instar obtusarum spinularum notati, uti & foliorum nervi ab inferiore nempe parte, superiora folia multo minora sunt, atque in tres tantum lacinias divisa: petioli folia sustinentes obliqui admodum ex ramis excrescunt, foliaque saporem habent acidulum: Flores fructusque sunt uti in priore, sed plerumque majores, nux nempe ipsa tres transversales digitos magna est, in acutum apicem instar coni desinens, pollicem crassa, atque externe trisulcata, quam tria ambiunt tenuia folia membranacea, quorum quodvis in decem vel duodecim lacinias seu barbas distinctum est.

Nomen. Latine *Gossipium latifolium*, Malaice *Capas besaar*, ac forte quibusdam *Sajor gebe*, in Tambocko *Capa*.

Locus. Copiose crescit in Tambocko, Celebes regione Orientali, ubi circa ædes plantatur, uti & in Bima, nuper in Amboinam quoque delatus fuit hic frutex, sed raro obcurrit.

Usus. In Tambocko prope ædes plantatur tam ad cibum, quam ob ejus lanam, ejus enim folia coquuntur atque eduntur instar reliqui oleris seu sajor; lana autem netur uti reliqui Gossipii.

Cum hoc convenire videtur tertia Pariti species in *Hort. Malab. tom.* 1. *fig.* 31. descripta, atque ibi Malabarice *Cudi pariti* dicta, Bracmanis *Lapussi*, folia saltem ejus, flores, & siliculæ seminales cum supra descripta planta satis conveniunt, atque ibidem adnotatur ex tenuissimis fructuum filis Gossipium præparari.

Tabula Decima Tertia

Ramum exhibet *Gossipii latifolii*, quod est Gossipium caule erecto *H. Cliffort. p.* 350. & Gossipium arboreum caule lævi *C. B. Pin. p.* 430. & Gossipium arboreum Gotnemfegiar. *Pr. Alp. pl. Ægypt. p.* 38. *Tab.* 38. & Gossipium herbaceum, seu Xylon Maderasp. rubicundo flore pentaphyllum *Plukn. Phyt. Tab.* 188. *Fig.* 3. Xylon arboreum *J. Baub. tom.* 1. *p.* 346. & *Boerh. Ind. tom.* 1. *pag.* 273.

tinus loc. cit. *dat de Byssus of zyde van de wormen komende, al eenige duizent jaren voor Christi geboorte by de Chinesen zy in gebruik geweest, en van daar allenkskens aan de Westersche werelt bekend geworden: is dan nu Byssus de zyde, gelyk ik vaststelle, zo leggen sommige* Overzetters des Bybels het Schesch *qualyk uit voor Byssus, want Schesch wierde gebruikt, nevens ander gaaren van diversche couleuren, tot de Tabernakel, en in de oude Wet* Levit. Cap. 19. vers 19. *wierd verboden, dat men geenderlei linnen-draat, die van planten komt, met wol van eenig beest gehaalt (gelyk men de zyde houden moet) aan het zelfste geweef vermengen zoude.*

De Twaalfde Plaat

Vertoont een tak van de gemene *Cattoen-boom*, welke is de *Cattoen-boom* met een nederleggende steel, in de *Hortus Cliffort. p.* 350. en het plant-Cattoen met wit zaat, van *Moris. hist. derde deel pag.* 517. *s.* 12. *Tab.* 17. *Fig.* 1. en de Heester-Cattoen met wit zaat, van *C. Baub. Pinax p.* 430. en het Brasiliaansche Cattoen met een bleek-geele bloem van *Sloan.* in zyn *Catal.* van de *Jamaische gewassen p.* 156. en de Xylon of Cattoen-plant van *J. Baub. hist. eerste deel, p.* 343. en van *Boerhave index p.* 273. Cattoen ofte Xylon van *Dod. pempt. p.* 66. en *Lobel* in zyn *hist. pag.* 370. en het heesteragtig jaarig Cattoen, met een bladt in drie gesneden van *Plukn.* in zyn *Phyt. Tab.* 188. *Fig.* 1.

XVI. HOOFDSTUK.

Het breedbladig Cattoen.

Het breedbladige *Gossipium is wat hoger van stam dan de gemene, de bladeren zyn ruim zo groot als die van de wyngaard, zes en zeven duimen lang, een voet breed, in vyf groote snibbelen verdeelt, waar van yder in een smalle spits eindigt, en agter lopen ze met de ooren over malkander, de stelen zyn mede een span lang, ruig, en met puntjes als stompe doorntjes bezet, gelyk ook de zenuwe der bladeren aan de onderste zyde, d'agterste bladeren zyn veel kleinder, en maar in drie snibbelen verdeelt, de bladdragende stelen staan heel dwers aan de takken, en de bladeren van smaak trekkende wat na 't rynsche, de bloemen en vrugten zyn als aan 't vorige, dog doorgaans grooter, namentlyk, de noot is drie dwers-vingeren lang, met een harde spits, als een kegel, een duim dik, buiten verdeelt in drie voren, deeze kegel is omgeven met drie dunne bladeren of vellekens, waar van yder in tien a elf snibbelen of baarden verdeelt is.*

Naam. *In 't Latyn* Gossipium latifolium, *op 't Maleits* Capas besaar, *en misschien by sommige* Sajor gebe, *op Tambocko* Capa.

Plaats. *Het wast veel op Tambocko, een landschap aan Celebes Oostzyde, alwaar zy het omtrent de huizen planten, als mede op Bima, onlangs is 't ook in Amboina gebragt, dog weinig te vinden.*

Gebruik. *Op Tambocko planten zy het by de huizen, zo tot de kost als om wol, de bladeren werden gekookt en gegeten als andere Sajor of Moeskruit, de wol werd gesponnen gelyk ander Cattoen.*

Hier mede schynt overeen te komen de derde zoorte van Pariti in Horto Malabar. *fig.* 31. tom. 1. *beschreven, en aldaar in 't Malabaars* Cudi pariti, *in 't Bramines* Lapussi *genaamt. Immers de bladeren, bloemen, en zaadhuiskens komen met het bovenstaande redelyk over een, en aldaar staat, dat men uit de fyne draden der vrugten Cattoen maakt.*

De Dertiende Plaat

Vertoont een tak van de breedbladige Cattoen-boom, welke is de Cattoen met een regte stam, in de *Hortus Cliffort. p.* 350. en de Cattoen-boom met een gladde steel van *C. B. Pin. p.* 430. en het Boom-Cattoen Gotnemfegiar genaamt van *Prosp. Alp. p.* 38. *Tab.* 38. en het kruidagtig Cattoen van Maderaspatan met een roodagtige bloem en vyfbladig van *Plukn. Phyt. Tab.* 188. *Fig.* 3. en het boomagtig Xylon van *J. Baub. eerste deel p.* 306. en *Boerh. Index eerste deel pag.* 273.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Gossipium dæmonis. *Capas antu.*

Hic frutex mixtam gerit formam *Gossipii* & *Gendapouræ*, plurimis autem adsurgit stipitibus brachium crassis; ejus folia sunt solitaria, ac diversæ magnitudinis, in crassis enim ramis ultra spithamam longa sunt, ac latiora, in tres apices seu lacinias divisa, quarum media subrotunda est, ad oras vix serrata sunt folia, longisque insident petiolis spithamam seu pedem longis, minorum ramorum folia multo sunt minora, instar oblongi cordis acuminata, ad oras non serrata, ac brevibus insidentia pedunculis, utraque vero ab inferiore parte lanunigosa sunt, & ad tactum mollia, sed ubique tanquam arena crassa seu farina conspersa, quæ cutim tangens, ingratum excitat pruritum: Petioli vero ac ramuli ubique itidem spinulis brevibus sunt hirti instar illorum Fragi seu Rubi idæi silvestris, ac simili pruriente farina conspersi.

Flos ejus parvus est uti Abutili, vitellini seu crocei coloris, in fundo autem ex fusco rubet, in cujus centro pistillum erigitur plurima gerens æqualia staminula. Fructus est capitulum pentagonum, majus illo Gossipii, quod in quinque alas aperitur, in cujus centro quinque firmi eriguntur apices. Nullum continet Gossipium, sed in quinque istis cellulis nudum locatur semen, illi Gendapuræ simile, sed minus ac durius, insipidum & inodorum: Fructus simili quoque conspurcatus est farina, ac proinde difficulter tractari potest.

Nomen. Latine *Gossipium Dæmonis*, Malaice *Capas antu*, h. e. Gossipium diabolicum, quum ejus fructus Gossipii formam referant, sed nullum contineant. *Antu* Malayenses vocant genium malignum seu Dæmonem, Amboinice *Nitu*, quem dicunt in silvis ac desertis habitare: Baleyice *Tutup* vocatur.

Locus. In sterilibus crescit vallibus in arenosis ac gracilibus locis, qualis est vallis Waytommo in Amboina, obcurrit quoque in Java, Baleya, & Borneo.

Usus. Baleyenses hunc adhibent fruticem ad fila ex ipso præparanda, stipites enim ejus crassosque eligunt ramos, quos per binos tresve dies in coeno sepeliunt, donec parum putrescant, ipsorumque exteriorem abradunt rugosum corticem, interioremque album librum in fila findunt, qui ipsis tenue exhibet albumque filum, ex quo lintea & funiculos torquent: Ejus radix contrita adhibetur quoque contra scabiem.

Tabula Decima Quarta

Ramum exhibet *Gossipii Dæmonis.*

XVII. HOOFDSTUK.

Duivels Cattoen.

Deeze heester heeft een gemengt fatsoen van den Cattoen-struik *en* Gendapoura, *hy schiet op met ettelyke stammen, een arm dik, de bladeren staan enkelt, en zyn van verscheide grootte, want aan de dikke takken zyn ze ruim een span lang, en nog breeder, in drie spitsen verdeelt, waar van de middelste rond toeloopt, aan de kanten weinig gezaagt: deeze staan op lange stelen, een span of een voet lang, de bladeren aan de kleine takken zyn veel kleinder, als een langwerpig toegespitst hert, aan de kanten ongezaagt, en op korte steeltjes staande, beide aan de onderste zyde zyn ze wollig en zagt in 't aantasten, maar over al met een grof zant of meel bestrooit, 't welk op de huid komende een moeyelyk jeuken maakt: de stelen en takjes zyn ook over al digt, met korte doorntjes bezet, gelyk de Braam-bezien, als mede met dat jeukende stof behangen.*

De bloem is klein als aan 't Abutilon, door-geel, en op de grond bruin-rood, in de midden met even veel draatjes. De vrugt is een vyfhoekige knop, grooter dan aan het Cattoen, die zig in vyf vleugels opent, in de midden staan vyf styve spitsen. Daar is geen Cattoen in, maar in vyf huisjes 't bloote zaat, dat van Gendapura gelyk, dog kleinder en harder, ook zonder smaak en reuk. De vrugt is ook digt bestrooit met 't voorsz. zant, en moeyelyk om te handelen.

Naam. *In 't Latyn* Gossipium Dæmonis, *op Maleits* Capas antu, *dat is Duivels Cattoen, om dat de vrugten de gedaante van Cattoen hebben, maar daar is niet in.* Antu *noemen de Maleyers een quade geest of* Dæmon, *in 't Amboins* Nitu, *die zy zeggen in bosschen en eenzame plaatsen te wonen, op Baleits* Tutup.

Plaats. *Het wast in dorre valeyen, op zandige en magere plaatsen, gelyk is de valey Waytommo op Amboina, men vind het ook op Java, Baly, en Borneo.*

Gebruik. *De Baleyers gebruiken het om gaarn daar van te maken, want zy nemen de stammen en dikke takken, begraven ze twee a drie dagen in de modder, tot dat ze wat rotten, en schrapen de buitenste ruige schorse af, en splyten de binnenste witte bast tot draden, zo krygen ze een fyn wit gaarn daar van, waar uit ze lynen en touwetjes drayen; de wortel gewreven, wert ook gebruikt tegens schurftheid.*

De Veertiende Plaat

Vertoont een tak van het *Duivels Cattoen.*

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Granum Moschatum. *Genda pura.*

Hic frutex adfinis est Althææ, non autem perennis sed annuus est, caule adsurgens alto & gracili, ultra humanam altitudinem, estque pollicem crassus, inque raros dividitur laterales ramos: Hoc autem peculiare habet, quod prope murum vel sepem excrescens superne crassior sit quam inferne, unde nec se ipsum sustinere potest, si sustentaculum tale tollatur, cuncti autem ejus stipites magis herbacei sunt quam lignei, rotundi, & rugosi.

Ejus folia formam gerunt illius plantæ, quæ *Flos horarius* mihi vocatur, vel *Malvæ*, in tres nempe protuberantes apices seu lacinias divisa, cum binis aliis minoribus ac inferioribus, suntque porro ex rotundo auriculata, ad oras profunde serrata instar Urticæ, a quatuor ad sex pollices longa, sex septemve lata, prima nempe progermiantia, reliqua enim minora sunt, alioque modo formata, in tres nempe lacinias distincta profundiores cum binis aliis minoribus ac inferioribus. Quodvis autem folitarium est, longoque insidet petiolo, ac rara ex stipite progerminant.

Petioli

XVIII. HOOFDSTUK.

Muscus-zaadt.

Deeze heester is uit de maagschap van Althæa, en het is geen overblyvende, maar een jaarige struik, opschietende met een hooge en ranke steel, meer dan een man hoog, een duim dik of minder, en die zig in weinige zydetakken verdeelt; hy heeft dit byzonders, dat hy by een muur of heining opschietende, boven dikker wert als onder, weshalven hy ook alleen niet staan kan, als men dat steunsel wegneemt, alle de stelen hebben meer van de kruidagtige dan van de houte natuur, zyn rond en ruig.

De bladeren zyn gefatsoeneert, als aan de Flos horarius, *of aan de* Malva, *in drie uitstekende hoeken verdeelt, met nog twee kleindere van agteren, lopende voorts met ronde billen toe, en aan de kanten diep gezaagt, als Brand-netelen, van vier tot zes duimen lang, zes en zeven breed, te weten, d'eerst uitkomende, want in 't vervolg worden ze kleinder, en wat anders gefatsoeneert, namentlyk, in drie lappen verdeelt, die dieper gesneden zyn, met nog twee kleinder agter, en yder staat enkeld op een lange steel, en weinig aan den gehele stok.*

Ze

Petioli vero æque ac folia ab utraque parte omnino sunt rugosa, atque pungentibus pilis hirta, inter quos arena quasi rara conspicitur, isti vero cutis pruritum excitant, si hanc tangant.

Flos similis est illi *Novellæ* sed minor, & instar crateris concavus, barbato insidens calici, ex quinque flavis & flaccidis petalis constans, quæ ad medium sibi incumbunt, estque in fundo ex fusco rubens colore, in cujus centro breve erigitur pistillum, farinaceas sustinens antheras, per totum ante meridianum tempus apertus est, post meridiem sese claudens, ac semel sese tantum exhibet.

Fructus est conus pyramidalis, ultra digitum longus, pollicem crassus, pentagonus, quodvis vero latus parum compressum est, externe rugosus, primo viridis, dein fuscus, ac tandem nigricans, quum maturus in quinque dehiscit partes, interne albus instar serici, inque totidem longas cellulas divisus, in quibus plurima locantur ossicula seminalia non rugosa, sed subtiliter striata, gilva, ac reniformia, quæ medulla repleta sunt alba & sicca, hæc ossicula ore masticata quam naturalissime moschi odorem referunt, sed magis penetrantem, qui etiam observatur, si fricentur vel carbonibus inponantur.

Radix ejus vilis est, nec profunde terram penetrat, aliquando per annum perennat, tumque stipites lignosi quasi sunt, sed adeo fragiles, ut nulli resistere possint vi.

Nomen. Latine *Granum Moschatum*, Malaice, Javanice, & Baleyice *Genda poura* & *Ganda poura*, vulgo Castoreum seu Moschus Amboinensis, Maleyenses enim Portugallos imitantur, moschum vocantes Castoreum, Belgice *Muscus-korls*, in Java & Griseca *Wawaran.*

Locus. Hinc inde in hortis colitur, ubi sponte per ossicula propagatur, aliquando etiam in silvis obcurrit, ubi autem facile degeneratur. In Java melior est, ejusque grana inter alia aromata in cistulis *Cotta Cotta* dictis venduntur.

Usus. Nullum præbet hæc planta usum, nisi odorifera ejus grana, quæ potissimum a mulierculis adhibentur vel sola, vel aliis suffimigiis mixta, carbonibusque inposita ad vestimenta odore suo inprægnanda: Unguento Boborri dicto itidem admiscentur, quod ex variis odoratis lignis, seminibus, & radicibus componitur, quo corpus inunguitur.

Tota planta, ac potissimum siliculæ seminales sæpe obsitæ sunt ab insecto quodam, instar majoris ac volantis Cimicis, quod oblongum est, rubrum, nigrisque & albis punctulis variegatum, quod in Abutilo itidem observatur, geminumque plerumque conjugatum est.

Genda pura agrestis, stipites gerit altiores & lignosos, ejusque folia paulo majora sunt, minus dissecta, ac plerumque pentagona, brevioresque sed duriores gerunt pilos, paucum pruritum excitantes, contra vesiculæ ejus seminales sunt magis pilosæ ac pungentes, granula minora, duriora, minusque odorifera, quidam illam vocant *Capas antu*, quod nomen melius silvestri competit Gossipio supra descripto, atque hanc *Genda poura* puto tantum degeneratam fuisse ex domestica.

Historia Gallica Carol. Rochefort, in descriptione *Antill. seu Caribes Cap.* 11. describit *Herbe de Musch* sequentem in modum, planta est folia gerens rugosa, flavos flores campaniformes, quibus subcedunt siliquæ quædam, externe gilvæ, interne albicantes instar serici, granula gerentes ejusdem coloris, odorem perfecte Moschi referentia, ac proinde *Mosci grana* vocantur, quem etiam diu servant, si cistis inclusa servantur; hæc granula aliquando in Europam deducuntur, atque a domicellis, amuletis adnexa, collo & brachiis circumpenduntur, quum enim naturali corporis calore incalescant, vel leviter fricentur, Moschi odorem spirant, quæ vero ex India Occidentali deferuntur, majora sunt, & aptiora huic rei quam Orientalia.

Dr. Piso Libr. 4. *Cap.* 45. testatur hanc plantam in Brasilia quoque esse notam nomine Brasiliensi *Quigombo*, atque ibi primum deductam fuisse per nigros Angolæ, qui illam Portugallice *Quigombo de chero*, h. e. odoratum *Quigombo* vocant, atque illam comparat cum Ægyptiorum *Bamia* a *Prosper. Alpino* descripta:

Zo wel stelen als bladeren, zyn te wederzyden gansch ruig, en met stekelige hairen bezet, en daar tusschen met eenig zant, welke hairtjes een klein jeuken veroorzaken, zo ze iemant op de huid komen.

De bloem is als aan de Novella, *dog kleinder, hol als een bekertje, in een gebaard kelkje staande, van vyf ligtgeele en slappe blaadjes gemaakt, die wel de helft over malkanderen leggen, op de grond bruin-rood, met een kort pilaartje in de midden, daar op meelige noppen staan, zy staat de gehele voormiddag open, en namiddag toe, en vertoont haar maar eens.*

De vrugt is een piramidale kegel, ruim een vinger lang, en een duim dik, vyfkantig, dog yder zyde wat ingedrukt, van buiten mede ruig, eerst groen, daar na bruin, ten laatsten zwartagtig, wanneer hy in vyven opsplyt, van binnen wit als satyn, en in zo veel lange kamertjes verdeelt, daar in leggen veele zaadkorls, niet ruig, maar fyn gestreept, muis-graauw, in de gedaante van halve maantjes of niertjes, van binnen met een wit en droog merg uitgevult, deeze korls in de mond geknouwt, geven zeer natuurlyk een muskus-reuk van haar, dog gylder, die men ook gewaar word, als men ze wryft, of op kolen strooit.

De wortel is slegt, en gaat niet diep in de aarde, het blyft zomtyts een jaar over, en dan werden de stelen wat houtagtig, evenwel zo bros, dat ze gantsch geen gewelt kunnen uitstaan.

Naam. *In 't Latyn* Granum Moschatum, *op Maleits, Javaans, en Baleits* Genda poura *en* Ganda poura, *in 't gemeen Castorie van Ambon, dat is Amboinsche Muscus, want de Maleyers volgen de Portugeesen, noemen den Muscus Castorie, afkomstig van 't Latynsche* Castoreum, *in 't Duits Muskus-korls, op Java en Grisec* Wawaran.

Plaats. *Men havent het hier en daar in de tuinen, daar het zig van zelfs voortzaait, en somtyts ook in 't wilt gevonden wert, alwaar het egter ligtelyk veraard. Op Java valt het wel zo goet, en deszelfs korls werden onder andere specerye in de doosjes verkogt.*

Gebruik. *Deeze plant heeft geen ander gebruik, als in de welriekende korls, en dat meest by de vrouwen, dewelke dezelve of alleen, of met ander reukwerk vermengen, op kolen stroyen, en daar mede de klederen beroken, zy mengen ze ook onder de salve Bobor, dewelke van alderlei welriekende houten, zaaden, en wortelen gemaakt word, waar mede zy het lyf bestryken.*

De gehele plant, dog meest de zaadhuizen zyn dikwils bezet met een zeker Insectum, als groote vliegende wantluizen, lankwerpig, root, met zwarte en witte stippeltjes, die men ook op het Abutilon ziet, hangende gemeenlyk twee en twee aan malkander.

Genda pura agrestis, *heeft hooger en houtagtige stelen, de bladeren ook wat grooter, min gesneden, en meest vyfhoekig, hebben korter dog harder hairtjes, die weinig jeuksel maken, daar en tegen zyn de zaadhuizen hairiger en stekeliger, de korls kleinder, harder, en min riekende, zommige noemen het* Capas antu, *welke naam beter past op het wilde Cattoen, hier voor beschreven, en deeze wilde* Genda poura *agt ik slegts voor een ontaardige van de tamme.*

Historia Gallica Carol. Rochefort, *in de beschryving van de* Antillis *of* Caribes Cap. 11. *beschryft* Herbe de Musch *aldus: Het is een plant met ruige bladeren, geele bloemen, als een korfje of belle, na welke komen zekere houwen, buiten muis-graauw, binnen als witte zyde, dragende korls van dezelfste coleur, die perfect rieken na muscus, en werden daarom* Grain de Musce *genaamt, die ze ook lang behouden, als men ze in geslotene doosen bewaart; deeze korls werden zomtyts in Europa gevoert, en van de Juffrouwen aan den hals en armen gedragen, aan snoeren geregen, want als ze door de natuurlyke warmte des lyfs, warm of zagtjes gewreven worden, geven ze een muscus-reuk van haar, dog die uit Westindien komen, zyn wat grooter, en daar toe bequamer dan de Oostindische.*

Dr. Piso Libr. 4. Cap. 45. *getuigt, dat dit gewas ook in Brasiel bekent zy, met de Brasilische naam* Quigombo, *en aldaar eerst ingebragt door de Negros van Angola, die het op 't Portugees* Quigombo de chero, *dat is welriekend* Quigombo *noemen, en by vergelykt het met 't Ægyptische* Bamia van Prosp. Alpinus *beschre-*

scripta: Hujus plantæ forma, siliquæ, & semina, atque penetrans Moschi odor cum Orientali quadrant, nullumque alium ibi præbet usum nisi feminarum ornamento.

Bontius Libr. 6. *Cap.* 59. hanc videtur denominare ac describere plantam pro vero *Guanambano*, putatque omnes errare, qui scribunt *Guanambanum* esse arboris fructum, plurimi enim putant auctores *Guanambanum* fructum esse interne mollem, & edulem carnem gerentem.

Bontii itaque descriptio & figura clare demonstrant, ipsum denotare *Granum Moschatum*, licet hoc non sit ex cœruleo nigrum ac splendens semen, neque instar Pisorum vel Fabarum coquatur.

Hoc quoque inposuit doctum Pisonem, qui divinare non potuit, quænam esset planta *Guanambanus Bontii*, quum satis copiose illam in Brasilia viderit, ac sub nomine *Quigombo* descripserit, optime tamen judicavit Guanambanum Occidentalem, ab auctoribus descriptam, nullo modo convenire cum illo Bontii, sed magis adcedere *Araticu pone*, ab ipso descripto, quod etiam verum est.

Hæc planta in *Hort. Malab. tom.* 2. *fig.* 38. vocatur *Cattagasturi*, Bracmanis *Bondacalo*, ubi de ejus viribus nil aliud conmemoratur, nisi quod granula cum fimo vaccino contrita sudamina tollant, *Joh. Vesling.* in notis suis ad *Plant. Ægypt.* Alpini illam *Abel-mosch* vocat, sive *Moschatam*, & *Bamiam Moschatam*, ad distinctionem *Bamiæ Alpini*, quæ frutex est foliis ac floribus quodammodo conveniens cum *Grano Moschato*, fructum vero gerit nunc pentagonum, nunc decagonum, qui illi Cucumis silvestris haud dissimilis est, atque a plebe, quum adhuc sit viridis, in jure carnium coquitur, ejusque semina ab ipsa præparantur, uti apud nos Pisa & Fabæ.

Tabula Decima Quinta

Ramum exhibet *Grani Moschati*, quæ est Ketmia Ægyptia, semine moschato *Tournef. instit. pag.* 100. & *Thes. Zeyl. pag.* 134. ubi plurima conlegi synonyma & auctores, quorum quidam in *Hort. Cliffort. pag.* 349. etiam conmemorantur, ubi vocatur Hibiscus foliis peltato-cordatis, septangularibus, serratis, hispidis, & *Royen. Fl. Leidens. Pr. pag.* 358.

schreven. De gedaante van het kruit, houwen, en zaat, en de sterken muscus-reuk komen met de Oostindische overeen, hebbende aldaar geen ander gebruik, als tot opponking van de vrouwen.

Bontius Libr. 6. Cap. 59. *schynt deeze plant te noemen, en te beschryven voor den opregten* Guanambanus, *en wil kort om, dat al die geene en abuis hebben, die schryven dat* Guanambanus *een vrugt van een boom zy, daar nogtans meest alle Schryvers willen, dat* Guanabaan *een vrugt zy, die van binnen een week en eetbaar merg heeft.*

De beschryving en figuur van Bontius, *bewyzen duidelyk, dat hy het* Granum Moschatum *meent, hoewel het zelve geen blaauw, zwart, en blinkende korl is, nog als erweten of boonen gekookt werd.*

Dit heeft den geleerden Piso *mede geabuseert, dat hy niet heeft raden kunnen, wat* Guanambanus *van* Bontius *voor een plante zy, daar hy nogtans dezelve in Brasiel genoegzaam gezien, en onder de naam van* Quigombo *beschreven heeft: egter heeft hy zo verre wel geoordeelt, dat* Guanambanus *van de Westindische Schryvers met dat van Bontius geen gemeenschap hebbe, maar wel meer overeenkome met de* Araticu pone, *van hem beschreven, het welk ook waar is.*

Deeze plant hiet in Hort. Malab. tom. 2. fig. 38. Cattagasturi, *in 't Bramineès* Bondacalo, *alwaar men in de kragten anders niet heeft, dan dat de korls met koemist gewreven, de Rood-bont verdryven,* Joh. Vesling. *noemt het* Abel-mosch, *tot onderscheid van* Bamia Alpini, *'t welk een heester is, aan bladeren en bloemen eenigzints met het* Granum Moschatum *overeenkomende, dog zal een vrugt hebben, die zomtyts vyf, en zomtyts tienkantig, en den wilden Komkommer niet ongelyk is, word van 't gemene volk met zaat met al, wanneer ze nog groen is, in vleeschzop gekookt, en deszelfs zaat by hun toebereit en gegeten, gelyk by ons de erweten en bonen.*

De Vyftiende Plaat

Vertoont een tak van het *Muscus-zaadt*, welke is de Ægyptische Ketmia met Muscus-zaadt, by *Tournef. instit. pag.* 100. en in myn *Thes. Zeyl. pag.* 134. alwaar ik zeer veele benamingen en Schryvers aangehaalt heb, waar van zommige in de *Hortus Cliffort. pag.* 349. vermeldt werden, alwaar deeze plant genaamt wert Hibiscus met hartformige zevenhoekige, gezaagde en ruige bladeren, als mede in de *Prodr.* van de *Fl. Leidens. Royen. pag.* 358.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Herba Crinalium. Daun Tsju Tsju Rambu.

HÆc est *Alcea acida spinosa*, magis ad herbam quam fruticem adcedens, quæ tamen ob adfinitatem cum præcedenti *Genda pura*, hic locum obtinuit: Hujus binæ obcurrunt species, domestica & silvestris, quæ utræque hoc in Capite describuntur.

Herba crinalium domestica est frutex humilis, & ample extensus, non ultra quinque pedes altus, sed undique multis longis stipitibus sese extendens, in quibus alii longi locati sunt ramuli, omnes pallide virentes, rotundi, non lignosi, sed adeo firmi & tenaces, ut nullo modo frangi possint, suntque parum spinulosi, præsertim supremi.

Folia solitaria sunt, longiusculis insidentia petiolis spinosisque, quorum prima triangularia sunt seu cordiformia, reliqua in tres vel quinque profundas lacinias distincta, ad oras serrata, uti in *Gandapoura*, sed non ita arenosa, sunt porro læte virentia, & saporis aciduli instar Acetosæ silvestris.

Ex ipsorum alis alii breviores progerminant petioli, sustinentes acuminatum rugosumque caput, sese extendens magnitudine dimidii circuli ex novem vel decem radiis constans, quorum quivis ad summum latior est instar remuli, in summo autem gerit filamentum incurvum instar hamuli.

In

XIX. HOOFDSTUK.

Hairstekers-kruid.

D*It is een* Alcea acida spinosa, *wel meer een kruit dan een heester gelykende, nogtans wegens de maagschap met de voorgaande* Genda pura, *heeft ze hier moeten geplaatst werden. Men heeft 'er twee zoorten van, tamme en wilde, beide in dit Hoofdstuk begrepen.*

De tamme Herba crinalium, *is een lage en wyduitgespreide heester, niet boven vyf voeten hoog, maar ter zyde met veele lange ranken, zig uitbreidende, en op dezelve andere regte stelen, alle ligt-groen, rond, niet houtagtig, egter zo styf en taai, dat men ze geenzints breken kan, en zyn wat doornagtig, zonderling de bovenste.*

De bladeren staan enkelt op langagtige en mede doornagtige stelen, de eerste wat driekantig of hertformig, de volgende in drie en vyf diep gesneden lappen verdeelt, en aan de kanten gezaagt, gelyk aan de Gandapoura, *dog zo zandig niet: zy zyn blyde-groen, van smaak zuuragtig, gelyk wilde Suring.*

Uit haar schoot komen andere kortere stelen, en daar op een toegespitste ruige knop, die zig uitbreid in de grootte van een halve circul, van negen of tien stralen, waar van ieder na voren toe breder is als een riemken, en boven op een draatje, als een krom haakskenheeft.

In



In ejus centro aliud acuminatum locatur capitulum, ex quinque squamis compositum, ex quo flos progerminat, illi *Gandapouræ* omnino similis, crateriformis nempe, ex quinque amplis & flaccidis petalis constans, sibi mutuo inpositis & amplectentibus, flavescunt autem, & in fundo ex purpuro rubent, in quorum centro rubrum sese erigit pistillum, antheris luteis circumdatum. Post flores apices seu squamæ sese iterum claudunt, unum formant apicem & spinosum caput uti in *Carduo benedicto*, sub hoc locatur pilosa seu filamentosa lanugo, in quinque cellulas divisa, semina continentes decem cinerea sed non pilosa.

Ejus radices sunt longæ, ample sese extendentes, & lentæ, unde & in hortis hæc planta magnum obcupat locum, atque in angulo quodam deponenda est, per aliquot autem annos perennat.

Totus frutex brevibus sed non admodum pungentibus spinulis obsitus est, ejusque petioli tam foliorum quam florum adeo lenti sunt, ut vix abrumpi possint: Flos illi *Gandapouræ* similis est, & ante meridiem tantum sese aperit, per reliquam diei partem clausus: Lanugo circa granula locata ex parvis hirtisque pilis formata est pruritum excitantibus, si cutim tangant.

Secundo. *Herba crinalium*, *vulgaris* seu *silvestris* magis convolvulacea est herba quam frutex, tenuibus longisque flagellis sese extendens, ac vicinis sese circumvolvens herbis: Ejus folia duplicem quoque habent formam, quædam nempe triangularia instar completi cordis, ad oras ferrata, ac potissimum crassioribus ramis insidentia, reliqua tenuibus juncta flagellis paulo majora sunt, tres quatuorve pollices longa & lata, in tres lacinias profunde dissecta cum binis aliis inferioribus & minoribus, ita ut in quinque partes divisa videantur, ad oras obscure ferrata, ingrati coloris, ex viridi nempe & fusco mixta.

Cuncti vero foliorum petioli & costæ rubent, brevibus spinulis seu aduncis pilis hirtæ, immo ipsa folia ab inferiore ipsorum parte, unde vix tractari possunt, atque prætereuntium vestibus adhærent, ipsorum sapor acidus quoque est instar *Acetosellæ agrestis*; In teneris foliis & petiolis, præter uncos istos, pili quidam observantur. Longis vero & firmis pedunculis insident stellulæ istæ ex decem læte virentibus & remiformibus petalis seu radiis constantes, quorum quivis superne in angustum desinit filamentum, hi autem omnes interne inflexi sunt & conum formant, sub quo alius etiam reconditur conus, ex quinque rugosis squamis compositus, uti in præcedente: quæ omnes simul sese aperientes locum dant progerminanti flori, qui similis est illi *Gandapouræ*, sed minor, & amplior, ex quinque flavis & sibi incumbentibus petalis constans, in fundo sanguineus, in hujus centro pistillum locatum est, quinque rubris antheris ornatum, & ad latera staminibus flavis auctum.

Hic sese aperit eodem, quo præcedens, modo, si quinque istæ rubræ antheræ adcurate examinentur, quinque parvos referunt clavos columnæ inpositos, quales conspiciuntur in mirabili Americano isto flore, qui flos passionis vocatur: Post flores omnes sese iterum contrahunt squamæ, iterumque conum formant, qui alium includit, ex albo serico compositum, non autem ita pungentem quam in priore specie: interne vero in quinque cameris viginti circiter locata sunt semina, instar illorum Gandapouræ angulosa, sed magis gibbosa: petiolus autem, cui hic flos seu stella insidet, ad finem incurvus parum est instar unci.

Hæc planta nullo modo erecta stare valet, sed aliis sustentaculis ac sepibus incumbens sustinetur, vel in terra sese extendit, unde plerumque prope ventosas plantatur sepes, per quas penetrat.

Nomen. Latine *Herba crinalium*, & *Alcea acida spinosa*, Malaice *Daon tsju tsju rambu*, h. e. crinium herba, quum stellati fructus haud male referunt auri ornamentum ex gemmis compositum forma parvæ rosæ, quod mulierculæ diebus festis crinibus innectunt. Ternatice *Salamgaro* & *Djalam garo*: prima species domestica, altera, licet vulgatissima, silvestris censetur.

Locus. Prima species in Amboina raro obvia est, atque per semina ex Bima huc delata, secunda ubique obcurrit, æque in silvis quam in hortis crescens.

In de midden staat een andere spitse knop, uit vyf schubben gemaakt, waar tusschen de bloem uit komt, die van Gandapoura *gantsch gelyk, te weten kelkvormig; uit vyf brede en slappe bladeren gemaakt, die malkanderen omvatten, maar zy zyn bleek-geel, op de grond purper of bloed-root, in de midden met een rood pilaartje, daar geele noppen aan hangen. Naar de bloemen sluiten hun de spitsen of schubben wederom, maken eene spits en stekelige knop, gelyk aan de* Cardo-benedicten, *daar onder is begrepen een hairige of langdradige wolligheid, en in vyf kamertjes verdeelt, waar in leggen tien graauwe, en geenzints hairige zaadkorls.*

De wortelen zyn lang, wyd uitgespreit, en taai; het beslaat een groote plaats in de tuinen, daarom moet men 't hier en daar in een hoek zetten, en het blyft eenige jaren in wezen.

De gehele struik is bezet met korte, dog niet zeer stekende doorntjes, de stelen van bladeren en bloemen zyn zo taai, dat men ze qualyk afbreken kan; de bloem, gelyk die van Gandapoura, *ziet men maar voor de middag open, de rest van den dag is ze gesloten. De zydagtigheid rontom de korls liggende, is van kleine styve hairtjes gemaakt, dewelke een jeuken veroorzaken, als ze op de huidt komen.*

2. Herba crinalium, *het gemene of* wilde *is meer een slingerent kruit als een heester, met dunne en lange ranken zig uitbreidende, en door de naaste ruigte vlegtende; de bladeren zyn mede van tweederlei gedaante, zommige drieboekig, als een gevult hert, aan de kanten gezaagt, meest aan de dikste stelen staande, de andere aan de dunne ranken zyn wat grooter, drie a vier duimen lang en breed, diep gesneden in drie lappen, en agter nog twee kleinder, zo dat ze in vyven verdeelt schynen, aan de kanten donker gezaagt, onaangenaam van couleur, te weten, uit den groenen en bruinen gemengt.*

Alle de stelen en ribben der bladeren zyn roodagtig, met korte doorntjes of haakjes bezet, zelfs de bladeren van onderen, waar door ze moeyelyk om te handelen zyn, en den voorby gaande aan de klederen blyven hangen; haar smaak is mede zuur, gelyk Acetosella agrestis, *of kleine wilde Zuring: aan de jonge bladeren en stelen ziet men, behalven de haakjes, nog eenige hairtjes op lange en styve steeltjes, komen diergelyke sterren voort, uit tien ligtgroene en riemformige blaadjes of stralen gemaakt, ieder boven op hebbende een smal ranksken, die alle inwaarts gebogen zyn, en een kegel maken, onder de welke nog een andere kegel staat, van vyf ruige schubben gemaakt, als aan 't vorige, alle dewelke haar openende plaats maken aan de voortkomende bloeme, dezelve is gelyk als aan de* Gandapoura, *dog kleinder, en wyder geopent, gemaakt van vyf ligt-geele en over malkander staande blaadjes, op de gront bloet-root, in de midden staat een pilaartje, gekroont met vyf bloet-roode noppen, en ter zyden met geele draatjes.*

Zy opent haar als de vorige, als men de vyf roode nopjes nauw beziet, gelyken ze vyf kleine spykers, op een colomme staande, diergelyke men ziet aan de wonderlyke Americaanse zo genaamde Passie-bloem; na de bloemen trekken hun alle de schubben weer te zamen, en maken wederom eenen kegel, die van binnen nog een andere heeft van witte zyde gemaakt, dog zo niet stekende als 't vorige, van binnen in vyf kamertjes, omtrent twintig zaadkorls verbergende, hoekig als die van Gandapoura, dog bultiger: de steel, daar op deeze bloem of sterre staat, is aan zyn eind wat gekromt als een haak.

Deeze plant kan geenzints alleen over eind staan, maar moet op andere heggen leggen, op de grond zig verre uitbreiden, daarom men ze gemeenlyk by logtige heiningen plant, om daar door te kruipen.

Naam. *In 't Latyn* Herba crinalium, & Alcea acida spinosa, *op Maleits* Daon tsju tsju rambu, *dat is hairstekers-kruid, om dat de gesternde vrugten niet qualyk gelyken een verciersel van goud en kostelyke gesteente gemaakt in de gedaante van een kleine roos, 't welk de vrouwen op de feestdagen in de hairen dragen. Ternataans* Salamgaro *en* Djalam garo, *d'eerste zoorte houd men voor de tamme, en andere, hoewel de gemeenste, voor de wilde.*

Plaats. *De eerste zoorte is in Amboina weinig bekent, en door zaat uit Bima hier aangebragt, de tweede is hier over al gemeen, wassende zo wel in 't wilt, als in de hoven.*

Usus. Folia piscibus adcoquuntur, ut ipsis gratam concilient aciditatem, ipsorum vero succus rubet ac præsertim secundæ speciei. Ternatenses ejus radice utuntur contra tumores duros, quos sæpe in gingliis & articulis contrahunt ex residuis Amboinensium variolis.

Sabdarifa Italorum, a *Dodonæo Libr.* 21. *Cap.* 32. ad Alceæ Venetæ species reducta, & a *Clusio Alcea Americana* dicta, cum hac convenire videtur planta, Sabdarifa enim folia gerit instar Alceæ, saporis aciduli, quæ ex Hispania primum in Belgium fuit transmissa sub nomine *Malvæ Indicæ. Jacob. Bontius Libr.* 6. *Cap.* 27. illam vocat *Acetosam Indicam*, foliaque ipsi tribuit *Eupatorii* vel *Agrimoniæ*, & capitula seminalia *Cardui benedicti*, quæ descriptio cum prima convenit specie, dicitque ibi a Javanis, Malayensibus, aliisque incolis adhiberi instar oleris loco Acetosæ: item folia supra porphyritim contrita cum Sandalo pulverisato, Calappi oleo, & aceto, linteis inposita & fronti adplicata Cephalalgiam tollere ardentem ex biliosis humoribus ortam, magnamque cerebrorum lancinationem caussantem, eadem quoque folia multum adhibentur in febribus ardentibus & phræniticis.

Gebruik. *De bladeren werden by visschen gekookt, om dezelve een aangename zuurte te geven, dog het sop daar van werd root, zonderling van de tweede zoort. De Tarnatanen gebruiken deeze wortel tegens eenige harde gezwellen, die zy aan de knokels en aan de gewrigten dikwils bekomen, zynde overblyfzel van de Amboinsche pokken.*

De Sabdarifa, *in Italien bekent, van* Dodonæus Libr. 21. Cap. 32. *onder de zoort van Alcea Veneta gerekent, en by* Clusius Alcea Americana *genaamt, schynt met deeze plant overeen te komen, want Sabdarifa heeft bladeren als den Alcea, van smaak zuuragtig, en uit Spanjen eerst in de Nederlanden gezonden, onder de naam van* Malva Indica. Jacobus Bontius Libr. 6. Cap. 27. *noemt ze* Acetosam Indicam, *en beschryft ze met bladeren van* Eupatorium *of* Agrimonia, *en zaad-bollen van* Cardo-benedicten, *welke beschryving met de eerste zoort overeen komt, aldaar zegt hy, dat ze de Javanen, Maleyers, en andere Inlanders, gelyk andere Sajor, gebruiken in plaats van Zuring. Als mede dat men de bladeren op een steen gewreven, met gemale Zandel-hout, wat Clappus-oly, en Azyn daar by doende, doeken daar in nat gemaakt, en op 't voorhooft gebonden, verdryven den heten hooftpyn, die uit galagtige humeuren komt, en groote steken in de herssenen verwekt, dezelfste bladeren werden ook veel gebruikt in hete koortsen, en daar raserny by is.*

Tabula Decima Sexta

Ramum exhibet plantæ, quæ *Herba Crinalium Rumphio* vocatur.

De Sestiende Plaat

Vertoont een tak van een plant, die de *Herba Crinalium* van *Rumphius* genaamt wert.

OBSERVATIO.

Hæc est Alcea acetosa, spinosa, Indica, sarmentosa, floribus amplis pendulis, unguibus holosericis, seu Acetosa Indica Bontii *Herman. Mus. Zeyl. pag.* 65. & Alcea acetosa spinosa, Indiæ Orientalis heptaphylla, sive Acetosa Indica Bontii *Breyn. Prodr.* 1. *p.* 1. & Alcea spinosa Maderasp. saporis acidi, foliis profunde laciniatis Cannabis in modum, pentaphylla *Plukn. Almag. pag.* 15. & *Phyt. Tab.* 5. *Fig.* 4. reliqua vide ad Ketmiam Indicam spinulosam profunde laciniatam, Acetosæ sapore *Thes. Zeylan. pag.* 135.

AANMERKING.

Dit is de Indische, zure, doornagtige, en struikagtige Alcea, met wyde hangende bloemen, die op de gront hoogroot zyn, en de Indische Zuring van Bontius by *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 65. en de zure doornagtige Alcea van Oostindie met vyf bladen, ofte de Oostindische Zuring van Bontius by *Breyn Prodr.* 1. *p.* 1. en de doornagtige Alcea van Maderaspatan, zuur van smaak, met diep gesnede bladen als de Hennip, in vyven verdeelt, by *Plukn.* in zyn *Almag. pag.* 15. en in de *Phyt. Tab.* 5. *Fig.* 4. Het overige ziet in myn *Thes. Zeylan. pag.* 135. by de Indische doornagtige Ketmia, met diep gesnede bladen, die zuur zyn van smaak.

CAPUT VIGESIMUM.

Cyprus, Alcanna. Daun Lacca.

Nobilem hunc fruticem, licet fere descriptus sit in Europæorum libris, hic tamen locare volui, quum quædam addenda habebam, & quantum confido, meliorem ejus subministrabo figuram, quam quæ in aliorum libris obcurrit.

Alcanna itaque seu *Cyprus*, frutex est seu arbuscula, magnitudine & forma Granati seu Panicæ, plerumque simplici adsurgens trunco, pedem & ultra crasso, qui in raros sese dividit ramos, non erectos, sed ad altera extensos & inregulares, instar sepis spinosæ, qui longas emittunt rachides. Trunci cortex rugosus est ac fissus, ac vetusti trunci sinuosi sunt & foveis inpressi. Lignum ejus est durum & solidum, ramique sese dividunt in breves firmosque ramulos laterales, in durum apicem sese determinantes, qui spinam refert, quum & vulnera sæpe adferat uti in Granato seu Punica.

Folia ejus sunt pusilla, ac quodammodo cum illis Granati conveniunt, sed sunt breviora, latiora, & crassiora, pollicis articulum longa, ad finem latiora, & parum acuminata, vix venosa, & glauca instar illorum Oleæ, cum quibus solummodo colore conveniunt, non vero forma, uti alii indicant auctores, nisi intelligant Europæorum *Ligustrum*, cum quo plerumque *Cyprus* confunditur. Vetusta folia sensim majora & viridiora crescendo sunt, alia contra instar digiti unguis pusilla, sunt autem bina sibi obposita in ramulis, & oblique cruciata, qui paululum quadragoni sunt, plurima autem ipsorum pars retrorsum flexa hisce insidet.

Ramuli

XX. HOOFDSTUK.

De Cyprus, ofte Alcanna-boom.

Deeze edelen heester, zynde ten naastenby in de Europische Kruidboeken beschreven, heb ik hier egter mede willen zetten, om dat ik 'er wat by te doen heb, en ook om dat ik hope een beter afbeelding daar van te tonen, dan ik in andere boeken gezien heb.

Alcanna *dan of* Cyprus, *is een struik of boompje, in de groote en gedaante van een Granaat-boom, meest met een enkelde stam opschietende, een been dik of meer, in weinige takken zig verdelende, die niet overeind, maar ter zyden uit, verwerd en ongeschikt staan als een doornhegge, en daar aan lange ryskens. De schorsse der stams is ruig en gescheurt, de oude stammen ook wat bogtig, en vol kuilen; het hout hart en digt, de takken verdelen hun weder in korte en styve zydetakskens, die in een harde spits eindigen, en een doorn gelyken, zo dat men zig daar aan bezeeren kan, gelyk de Granaat-boom ook doet.*

De bladeren zyn klein, en gelyken eenigzints die van den Granaat-boom, dog korter, breder, en dikker, een lidt van een duim lang, voor breets, met een korte spitse, weinig geadert, van koleur blaauw-groen, gelyk die van den Olyf boom, met dewelke zy alleen aan koleur overeen komen, en geenzints aan gedaante, gelyk onze Kruitbeschryvers voorgeven, of zy moeten het Europische Ligustrum *verstaan, waar mede gemeenlyk onzen* Cyprus *geconfondeert werd. De oude bladeren werden grooter, en groender, zommige daar en tegen zo klein als een nagel van een vinger, zy staan twee en twee tegen malkander aan de ryskens, en in een schuin kruis, want de ryskens ook wat vierkant zyn, en de meeste staan aan dezelve agterwaarts gebogen.*

De

Ramuli vero isti spinulosi tantum ex crassissimis oriuntur ramis, ac semper uno alterove foliorum pari gaudent, reliquæ rachides sunt lentæ, longæ, & flexiles, cortice obductæ glabro & cinereo, & spinis carentes, harum extremum terminatur in corymbum floriferum, omnino similem illi Ligustri, vel Vitis racemo florenti, sed magis extensum, ex hoc plurima dependent capitula, ex rotundo parum quadragona, ex fusco & viridi distincta, Viciæ magnitudine.

Hæc sese in flosculos aperiunt ex quatuor rugosis & contractis petalis constantes, & ample apertos, coloris sordide albicantis instar illorum Sambuci, hi in centro gerunt octo brevia stamina, cum pistillo crassiore: ipsorum vera forma & magnitudo in figura adparet, peculiarem enim habent formam a *Ligustro vulgari* maxime diversam, inter hos insuper glauca conspiciuntur foliola, florum petiolis arcte juncta, quæ inter fuscum illum corymbum elegans præbent spectaculum; Trunci autem & ramorum folia sunt duplo & triplo majora, firma, glabra, aciduli & adstringentis saporis, instar illorum Granati.

Flosculorum horum inelegantium odor quam gratissimus est, instar illorum *Ligustri* cum Mosco conjunctus, in frutice debilis, in abruptis seu decerptis, & in camera depositis penetrantior & durabilis, attamen vario judicant modo de hoc odore, quidam enim adeo obtusum habent nasum, ut illum comparent cum illo simi gallinacei, meo autem judicio meretur hic flos inter Indiæ odoratissimos flores numerari, immo præferrem illum *Bonga tanjong*, cui ab aliis odoris honos seu palma tribuitur.

Flores insequuntur fructus, qui baccæ sunt rotundæ, instar illarum Ligustri vel Juniperi, sed rariores ex racemis dependent, primo virides, & per brevem apicem acuminati, intermixtis striis quibusdam purpureis, dein pallide lutescentes instar Ochræ vel Coriandri, nigras nunquam observavi, uti Europæi conmemorant herbarii, sed semper Coriandri servant colorem, donec decidant, unde constat, *Plinium* bene scripsisse, quum dicat *Libr.* 12. *Cap.* 24. in Ægypto crescit arbor *Cyprus* dicta, folia gerens *Zizyphi*, ac semen Coriandri, flores exhibens albos & odoratos, sub pellicula autem tenui & externa semina sibi incumbunt compressa, trigona, & nigra, quibus forte decepti fuerunt auctores, fructubus tribuentes colorem, qui seminibus competit, quales errores sæpius conmittuntur, quum fructus & semina sine discrimine describantur.

Ex hisce itaque patet, *Alcannam* multis in partibus convenire cum *Ligustro*, unde & multi Botanici, qui adcuratam investigationem & plantarum comparationem negligunt, has binas confundunt plantas, atque unas easdemque esse putant, cui rei *Plinius* videtur ansam dedisse, qui ex aliorum relatu & opinione *Loc. Cit.* scribit, sunt quidam, qui dicunt *Cyprum* unam eandemque esse arborem, quam in Italia *Ligustrum* vocamus, quum tamen bini diversi sint frutices, *Cyprus* enim vera est, & genuina progenies Asiæ, aliarumque Orientalium regionum, in quibus *Ligustrum* ignotum est. *Cyprum* saltem descripsi, qualis mihi in India obvenit, an autem in Ægypto & Syria alia gerat folia, me latet, si enim *Dioscoridis* descriptio *Libr.* 1. *Cap.* 107. examinetur, magis cum *Ligustro* illa quadrat, quam cum *Alcanna*, unde & *Matthiol.* in *Commentario* in istud *Dioscorid.* Caput perhibet, *Cyprum* & *Ligustrum* unum idemque esse, omnibusque aliam foventibus opinionem, magnum inputat errorem, ad quod probandum alium insuper laudat *Plinii* locum *Libr.* 24. *Cap.* 10. ubi absolute videtur dicere *Ligustrum* eandem esse arborem, quæ in Oriente *Cyprus* vocatur. Cum venia autem binorum istorum magnorum in re Botanica luminum *Dioscorid.* & *Matthiol.* credo, *Dioscor.* in Oriente non satis adcurate adtendisse & examinasse *Cypri* formam, atque hanc descripsisse juxta *Ligustri* figuram, quod in Italia viderat, uti longe petitas plantarum descriptiones & comparationes apud ipsum aliosque plures antiquos sæpius detegimus.

Matthiolus autem ex nimio antecessoris sui adfectu ipsius opinionem tueri maluit, quam ansam præbere novæ & alii investigationi, supra innui, quomodo error in comparatione binarum istarum plantarum fuerit

De voorn. doornagtige steeltjes staan alleenlyk aan de dikke takken, en hebben altyt een of twee paren blaatjes, maar de andere ryskens zyn lang, taai, en buigzaam, met een effen ligt-graauwe schorsse, zonder doornen; aan het uiterste van dezelve komt de bloemdragende trots voort, allezints gelyk aan 't Ligustrum, of een bloeyende Druive-trots, dog meer uitgebreid, daar aan hangen veele knopjes uit den ronden wat vierkantig, half bruin, half groen, in de groote van Wikken.

Hier uit werden kleine bloempjes, van vier gerimpelde of gekrulde blaatjes gemaakt, wyd geopent, vuil-wit van couleur, als die van Vlier, daar binnen staan agt korte draatjes, met een dikker in de midden; hare eigentlyke gedaante en groote werd in de tweede figuur vertoont, want zy hebben een byzondere gestalte, van het gemeene Ligustrum *vry wat verschillende, daar tusschen men ook ziet de kleine blaauw-groene blaatjes, tusschen de bloemen digt aan de stelen staande, en tusschen de bruine trots een fraai aanzien makende; de andere bladeren aan den stok moet men zig inbeelden twee à driemaal grooter te zyn, styf, glad, zuuragtig van smaak en zamentrekkende, gelyk als die van den Granaat-boom.*

De reuk van deeze onaanzienelyke bloempjes is zeer lieflyk, even als die van het Ligustrum *met Muscus vermengt, aan de stok zwak, dog aan de afgebrokene in een kamer geleit sterker en langdurent, evenwel vint men verscheide oordelen van deezen reuk, ja zommige zyn zo stomp van neus, dat ze hem vergelyken by die van hoender-drek; myns oordeels behoort deeze bloem onder de welriekenste van Indien gestelt te werden, ja ik zou ze de* Bonga Tanjong *voorttrekken, die men anders de prys van reuk geeft.*

Op de bloemen volgen de vrugten, dewelke zyn ronde bezien, als die van Ligustrum of Genever, dog ydelder aan de trossen hangende, eerst groen, met een kort spitsje boven op, en eenige purpere strepen, daar na doods-geel, als Ochra of Coriander, zwart heb ik ze nooit zien hangen, gelyk onze Europische Herbaristen voorgeven, maar behouden altyt de Coriander-couleur, tot dat zy afvallen, waar uit blykt, dat Plinius *wel geschreven heeft, zeggende* Libr. 12. Cap. 24. *in Egipten wast den boom* Cyprus, *met bladeren, als* Zizyphus, *en zaat als Coriander, witte en welriekende bloemen, onder het buitenste dunne schilletje leggen de zaden op malkander gedrongen, driekantig en zwart, waar door misschien vergist zyn de Schryvers, de vrugten toeschryvende 't geene de zaden toekomt, diergelyken abuisen meermalen voorvallen, als men vrugten en zaden zonder onderscheid noemt.*

Hier uit blykt dan, dat de Alcanna *veele overeenkoming heeft met het* Ligustrum, *waar door veele Herbaristen, die de moeite van naauwer onderzoek niet willen nemen, deeze twee planten vermengen, en voor eene houden, waar toe* Plinius *schynt gelegentheid gegeven te hebben, dewelke uit andere lieden verbaal en mening schryft* Loc. Cit. *Daar zyn 'er, dewelke zeggen, dat* Cyprus *dezelfste boom zy, dien wy in Italien* Ligustrum *noemen, daar 't nogtans twee verschillende heesters zyn, want de* Cyprus *is een eigentlyke dogter van Asien, Egipten, en andere Orientaalsche landen, daar het* Ligustrum *onbekent is. Immers ik heb den* Cyprus *beschreven, zo als ik hem in Oostindien gezien heb, of hy nu in Egipten en Syrien andere bladeren heeft, is my onbekent, want zo men de beschryving van* Dioscor. Libr. 1. Cap. 107. *inziet, zo komt dezelve meer met de* Ligustrum *overeen, dan met onze* Alcanna, *weshalven ook* Matthiol. *in zyne* Commentarius *op gemelde Capittel* Dioscorid. *kort omdryven wil, dat* Cyprus *en* Ligustrum *een en het zelfste zy, en al die geene, die van andere gedagten zyn, een groote dwaling toeschryft, hybrengende tot bewys nog een andere plaats uit* Plin. Libr. 24. Cap. 10. *daar hy schynt absoluut te willen zeggen, dat* Ligustrum *dezelfste boom zy, die men in 't Oosten* Cyprus *noemt. Met verlof van die twee groote ligten in de Kruitkunde,* Dioscorid. *en* Matthiol. *moet ik geloven, dat* Dioscor. *in Orienten niet al te naauw opgelet hebbende op de gedaante van de* Cyprus, *dezelve beschreven heeft na de gedaante van 't* Ligustrum, *dat hy in Italien gezien hadde, gelyk men verre gehaalde vergelykenisse der planten by hem en andere oude meer aanwyzen kan.*

Matthiolus *nu uit al te groote agting voor zynen voorganger, heeft liever deszelfs mening willen staande houden, dan het oor verlenen aan nieuwe en nader onderzoekinge; ik heb boven gezegt, hoe het abuis van de vergelykinge*

fuerit ortus, ac proinde puto *Dioſcor* ipſum Cyprum ſuam pro diverſa, quam Liguſtrum eſt, habuiſſe planta, cur ergo diceret, optimam creſcere Canopo, quæ Ægypti urbs eſt, & Aſcalonæ, quæ urbs Palæſtinæ eſt, quum tamen Liguſtrum, quod ipſi ſine dubio non ignotum fuit, multo elegantiorem magisque comptam gerat formam, & creſcat, quam incomptus & inregularis *Alcannæ* frutex.

In tranſitu demonſtrandum mihi eſt, fruticem, qualis eſt *Cyprus* & *Liguſtrum*, in locis ex Plinio citatis, arbores vocari, ad illorum doctrinam, qui ſcire cupiunt, cur Goſſipium arboris lana ſeu arboreum vocetur, quibus confirmatur ſententia noſtra ſupra Capite 15. propoſita.

Nomen. Latine *Cyprus*, apud *Proſp. Alpinum Liguſtrum Ægyptium*, Hebræis *Copher*, Arabibus *Henna*, & *cum articulo Albenna*, unde Italorum nomen *Alchanna*, & in Pharmacopæis *Alcanna*: Perſis *Henna* & *Innaa*, Turcis *Henne*, Ægyptiis *Elhanne*, ac ſiccus foliorum pulvis *Archenda*, Guzerattis & Indis *Imie*, in Maldivis, uti ex *Pyrardi* ſcriptis divinare poſſum, *Innapa* & *Innamaus*. Apud quosdam obcurrit *Kenne* & *Kena*, quæ conrupta ſunt nomina. Hiſpanis *Albenna* & *Alfena* dicitur, Malayenſibus, aliisque Orientalibus populis *Daun lacca*, quum rubrum tingat colorem inſtar *Gummi lacca*: in Banda *Tingi lacca*, h. e. alta ſeu arborea *Lacca*, quum herbam inſuper habeant ejusdem nominis. Javanis & Baleyenſibus dicitur *Batsjar* & *Batsjar petok*, Sinenſibus *Tsjinka boe*, h. e. unguium flos, quum folia ad ungues tingendos adhibeantur: Amboinenſes hunc vocant fruticem *Alballa*, Arabico *Albenna* proxime, adcedens, Bataviæ Portugallico nomine *Fula aybana* vocatur.

Lacca Indis & Malayenſibus plures dicuntur res, quæ vel rubræ ſunt, vel rubrum tingunt colorem; Primo autem ac proprie hoc nomen competit noto Gummi Laccæ; Arabibus *Loc*, Malayenſibus *Ambalo* dicto, quod inter alia elegantem rubrum tingit colorem, ſecundo plantæ *Cypro*, quum ejus foliis rubrum & igneum quaſi tingunt colorem, tertio *Balſaminæ feminæ*, quæ planta eſt ungues quoque rubro inficiens colore, de qua in libro agitur octavo: Quarto ligno cuidam *Caju lacca* dicto, quod obſcure rubrum habet colorem, & ſuffimigiis inſervit, aliquando etiam ad tingendum adhibetur, de quo liber agit ſeptimus.

Locus. Antiquis temporibus, uti *Dioſcorid. Loc. Cit.* teſtatur, hæc planta optima erat circa *Aſcalonam*, quæ urbs *Palæſtinæ* eſt, & Canopum urbem Ægypti, ubi hodie *Razit* ſeu *Reſatta* ſita eſt. Hiſce vero temporibus per totam obcurrit Ægyptum, ac præſertim in ipſius parte Orientali Maremma, uti & ſupra & circa Alexandriam, unde ſiccata ejus folia per totam Turciam transferuntur: porro nota eſt per Arabiam, totam Perſiæ auſtralem partem, & per totam Indiam usque in ipſam Sinam, eſtque ubique vulgaris & mediocris arbuſcula. In hiſce Orientalibus aquoſæ Indiæ inſulis diligenter in hortis & circa ædes colitur, atque ante annum 1650. rariſſima erat in Amboina, nunc autem hic ſatis obvia eſt, uti & in circumjacentibus inſulis, propagatur autem tam per ſemina delapſa, ex quibus hinc inde una alterave progerminat arbuſcula, quam per ramos exciſos, & pluvioſis menſibus terræ conmiſſos, oportet autem, ut ſoli bene exponatur hæc arbuſcula, quum ſub aliarum umbra creſcere neget.

Uſus. Ejus folia modice refrigerantem, adſtringentem, & indurantem habent virtutem; flores calidioris ſunt naturæ, folia autem hanc inſuper peculiarem poſſident qualitatem, quod contrita & cum liquore quodam mixta, & inpoſita pyrrheum tingant colorem, Limonum autem ſucco & calci admixta rubrum penitus exhibent colorem, hic autem color nulli adhæret rei, niſi viventibus corporibus, ipſorumque partibus, uti unguibus, capillis, & barbæ, quibus adeo firmiter ſeſe jungit, ut nullo labore vel quavis arte expungi poſſit, ſed tempore deterere vel excreſcere oportet, atque digitorum ungues hoc præſertim ſucco inficiuntur rubro colore apud Turcas, Ægyptios, Perſas, & cunctos Æthiopes per mundum diſperſos, qui antiquus jam mos fuit in hiſce Orientalibus regionibus, atque per Turcas & Æthiopes

lykinge dier beider planten kan geſchied zyn, en oordeele dierhalven, dat Dioſcor. *zelfs zyn Cyprus voor een verſchillend ding van het Liguſtrum gehouden heeft, want waarom zoude hy anders zeggen, dat het beſte waſt in Canopo (een ſtad in Egipten) en Aſcalone (een ſtad in Palæſtina) daar nogtans 't Italiaanſe Liguſtrum (het welk hem buiten twyffel niet onbekent was) veel ſchoonder en fraaijer van wasdom is, dan den ongeſchikten ſtruik van* Alcanna.

In 't voorbygaan moet ik aanwyzen, dat een beeſter gelyk het Liguſtrum *en* Cyprus, *in die voor aangehaalde plaatſen van Plinius een Boom genaamt werde, tot onderrigt voor die geene, die weten willen, waarom het Cattoen Boomwol genaamt zy, tot verſterking van ons zeggen, boven Hoofdſtuk* 15.

Naam. *In 't Latyn* Cyprus, *by* Proſp. Alpin. Liguſtrum Ægyptium, *op 't Hebreeuws* Copher, *op 't Arabis* Henna & cum articulo Alhenna, *waar van ze de Italianen noemen* Alchanna, *en in de Apotheken* Alcanna; *in 't Perſiaans* Henna *en* Innaa, *in 't Turks* Henne, *in 't Egiptis* Elhanne, *en de gedroogde poeder van de bladeren* Archenda, *in Guſeratte en Indien* Imie, *in de Maldivis, zo als men uit de ſchriften van* Pyrardus *giſſen kan*, Innapa *en* Innamaus. *By zommige vint men* Kenne *en* Kena, *'t welk bedorvene namen zyn. In 't Spaans* Alhenna *en* Alfena, *by de Maleyers en andere Ooſterſe volkeren* Daun lacca, *om dat het rood verwt, gelyk de* Gummi lacca; *in Banda* Tingi lacca, *dat is, hooge of boomagtige* Lacca, *om dat ze nog een kruid hebben van dezelfde naam. Op Javaans en Baleits* Batsjar *en* Batsjar petok, *Chinees* Tsjinkahoe, *dat is Nagelbloem, om dat men de bladeren tot het verwen der nagelen aan de vingers gebruikt; de Amboineſen noemen ze* Alhalla, *het Arabiſche* Alhenna *naby komende, op Batavia in het Portugees* Fula aybana.

Lacca *werd by de Indianen en Maleyers veele dingen gebeten, dewelke of rood zyn, of rood verwen. Eerſtelyk en eigentlyk komt deeze naam toe het bekende gom* Gummi lacca *genaamt, in 't Arabis* Loc, *by de Maleyers* Ambalo, *het welk onder andere ſchoon rood verft; ten tweede, de plante* Cyprus, *om dat men met de bladeren vuur-rood verft, ten derde,* Balſamina fœmina, *een kruid, wiens bladeren insgelyks de nagels verwen, waar van in 't agtſte boek, ten vierden, zeker hout* Caju lacca *genaamt, donker-rood van couleur, tot reukwerk gebruiklyk, en ook zomtyts tot verwen, waar van in 't zevende boek.*

Plaats. *In oude tyden, gelyk* Dioſcor. Loc. Cit. *getuigt, was deeze plant de beſte te vinden omtrent* Aſcalon, *een ſtadt in Palæſtina, en Canopum, een ſtadt in Egypten, daar omtrent hedendaags* Razit *of* Reſatta *leid. In deeze tyden vint men ze door geheel Egypten, inzonderheid in deszelfs Ooſterdeel Maremma, als mede boven en omtrent Alexandria, van waar de gedroogde bladeren door geheel Turkyen vervoert werden; voorts is ze bekent door Arabien, 't geheele Zuiderdeel van Perſien, door geheel Ooſtindien, tot in China toe, overal een middelbaar boompje werdende; in deeze Ooſterſe Eilanden van Water-Indien werd ze zorgvuldig in de hoven, en omtrent de huizen opgevoet, en voor 't jaar 1650. was hy nog zeer weinig in Amboina, dog nu is ze redelyk gemeen, als mede in de omleggende Eilanden; zy wert voortgeteelt, zo door 't afgevallene zaat, daar hier en daar een boompje afkomt, als door afgeſnede takken, in de regen-maanden geplant, willende overal wel ter zonne, en gantſch onder geen ſchaduwe van andere boomen ſtaan.*

Gebruik. *De bladeren hebben een matelyke verkoelende, t'zamentrekkende, en hartmakende kragt; de bloemen zyn wat warmer van natuur, daar en boven hebben de bladeren deeze byzondere eigenſchap, dat ze gevreven en met eenig nat opgelegt, vuur-rood verwen, maar met Limoenſap en kalk gemengt, wort het regt rood: dog deeze couleur hegt nergens aan, als aan de levende ligbamen, en wat 'er aan vaſt is, als nagels, hairen, en baard, daar het zo vaſt aan kleeft, dat het met geen moeite of kunſt kan uitgewiſcht werden, maar moet met 'er tyd verſlyten of uitwaſſen, voornamentlyk worden de nagels aan de vingers met deeze bladeren rood geverft by de Egiptenaren, Perſianen, en alle Moren, door de gantſche werelt wonende, en dat van alle oude tyden, in deeze Ooſterſe geweſten, en daar die gewoonte door de Turken en Moren allenkskens om de Weſt gebragt is, daar* ze

thiopes sensim in Occidentalis etiam propagatus est regiones, ubi antea ignotus fuit, atque hinc ejus folia tanti faciunt, ut inter præcipua Orientis commercia numerentur, uti id abunde testantur *Bellonius* & *Prosp. Alpinus*, ac præsertim primus, ex quo locum adducemus, ut veram harum arbuscularum naturam noscamus, dicit itaque *Libr.* 2. *Observat. Cap.* 74.
,, Frutex Alcanna in Punicæ mali altitudinem ex-
,, crescit, sed cæsa, virgulas duntaxat profert, Sali-
,, gneorum viminum instar. Magnum adfert quæ-
,, stum Ægypti incolis, nam ejus folia arida in polli-
,, nem terunt, flavo colore inficientem. Hujus pol-
,, linis census tam ingens est per eas regiones, quæ
,, Turcarum inperatoris subjacent inperio, ut plus
,, quam octodena ducatorum millia reddat: Inva-
,, luit enim ea consuetudo, ut omnes mulieres, ma-
,, nus, pedes, capillorum partem rubro aut flavo,
,, viri autem ungues rubro colore, hoc pulvere in-
,, ficiant: addito præterea alumine, puerorum utri-
,, usque sexus capillos tingunt, equorum jubas, pe-
,, des, & caudas. Ejus regionis mulieres ad formæ
,, decus multum adcedere putant, si ab umbilico
,, infra, etiam coxarum partem flavo colore infi-
,, ciant, quem ex hoc pulvere concinnare norunt,
,, simulatque ex balneis egrediuntur, quoniam eo
,, tempore color altius penetrat. Illius usus adeo
,, frequens est, ut non modo apud Turcas invalue-
,, rit, sed etiam Wallachiam, Russiam, & Bosniam
,, deferatur.

Quum itaque plebs hoc pulvere destitui nequeat, hinc magnum quæstum subpetere oportet, sæpe enim fit, totas naves hoc pulvere repletas Alexandriæ, & Constantinopolis adpellentes statim exonerari & vendi. Sine dubio est quoque neotericus ille, quem *Matth. Loc. Cit.* verberat, quum hanc Cyprum seu Alcannam a vulgari *Ligustro* velit distinguere, qua in re *Bellonius* vera dixit.

Leonardus Dasylicus seu *Rauwolfius* in itinerario suo *Libr.* 1. *Cap.* 4. hæc addit. Circa Tripolin invenitur frutex, *Germanorum Ligustro* haud dissimilis, Arabibus *Alchanna* seu *Henna*, Græcis vulgo *Schenna* dictus, qui ipsis adfertur ex Ægypto & Cayro, ubi potissimum crescit: Turcæ & Mauritani illum solebant plantare propter gratum & suavem odorem, Moscho similem, quem flores exhalant, & in vasis custodiunt hyeme, ne frigore pereat, in hypocaustis illum & subterraneis servant locis.

Flores ejus sunt pallidi, subflavi, racemis increscentes duobus digitis longioribus & tenellis, quatuor foliolis parvis constant. Ramuli copiose ad nos adducuntur, ex quibus dentiscalpia formant, quibus acuminatis levigatisque dentes purgant, & in eum usum vendunt.

Folia tota hyeme durant, ex quibus succo Citriorum madefactis liquorem eliciunt & recondunt, quo ungues digitorum, & capillos infantum festis diebus rubro colore, ut etiam equorum jubas & caudas Turcarum more tingunt.

Ex radice hujus arboris tosta Arabes Spodium parant, cujus *Avicenna Cap.* 17. meminit. *Bellonius* porro *Libr.* 3. *Cap.* 34. scribit, Asiaticas rusticas capillos flavo tingere colore ope hujus pulveris ex Alcanna præparati, crines autem antea præparati sunt per Terrachiam, quam *Pilo* vocat, dicitque saponem dein ad illos non adcedendum esse, quum hic colorem istum perdat, seu ingratum colorem ex rubro & nigro colore mixtum conciliet.

Dioscorid. Loc. Cit. dicit, quod folia ejus contrita, & cum succo *Struthii* seu *Lanariæ* conmixta ruffo colore tingant capillos, unde *Matthiolus* quoque concludere potuerat non esse *Ligustrum*, cum quo hoc effici nequit, hodie autem in India *Struthium* non adhibetur, sed tantum aqua, quum ungues rubro tingere velint colore, &, ut fortius adhæreat, Limonum succus ejus loco.

Conmolitus ejus pollen ubique in Turcia, Arabia, & Persia venalis in sacculis prostat, colorem gerens ex flavo & viridi mixtum, contrito Sinapios semini adeo similis, ut vix inter sese distingui possint. In Persia eundem in finem adhibetur, ubi mulieres non modo semi suum corpus, sed etiam pedes, manus, & brachia, pulvere hoc in aqua macerato, obliniunt, uti de mulieribus Turcicis fuit dictum: Viri tantum ungues

ze te voren onbekent was: hier door zyn de bladeren in zulke agting gekomen, dat zy een van de voornaamste Koopmanschappen in Orienten zyn, gelyk dat overvloedig Bellonius *en* Prosperus Alpinus *getuigen, inzonderheid den eersten, waar uit wy een plaats zullen uitschryven, om de natuur deezer boompjes ter degen te kennen; hy zegt dan* Libr. 2. Observat Cap. 74. *aldus:*
,, *Den struik*
,, *Alcanna wast in de hoogte van een Granaat-boom,*
,, *dog eens afgekapt, gewind hy maar ryskens of gerten,*
,, *gelyk de wilgen; de Egiptenaars dryven groote winst*
,, *daar mede, want zyne bladeren klein gemalen, ver-*
,, *wen geel: de inkomst van deeze gedroogde bladeren is*
,, *zo groot in alle de landen, die onder 't Turkse Ryk*
,, *staan, dat het den Keizer meer dan agttien-duizent*
,, *ducaten jaarlyks opbrengt, want het is by hunlieden*
,, *de gewoonte, dat alle vrouwen hare handen, voeten,*
,, *en een gedeelte van 't hoofthair geel of rood, maar de*
,, *mannen alleen de nagels van de vingers met dit poeder*
,, *rood verwen, voorts alluin daar by doende, verwen*
,, *ze knegtjes en meisjes het geheel hoofthair, de manen,*
,, *voeten, en steerten van de paarden. De vrouwen van*
,, *die landen agten het voor een groote fraaijigheid, als*
,, *ze het onderste deel van haar lyf van de navel tot half-*
,, *weeg de dyen geel verwen, het welk zy met dit poeder*
,, *weten te verrigten, zo dra zy uit het Bad komen, de-*
,, *wyl alsdan de verwe dieper in de huid dringt. Zyn*
,, *gebruik is zo gemeen, dat hy niet alleen van de Tur-*
,, *ken aangenomen is, maar het werd ook gebragt in Wal-*
,, *lachien, Rusland, en Bosnien.*

Aangezien dan 't gemene volk dit poeder niet missen kan, zo moet het nootzakelyk een groot inkomen opbrengen, en het gebeurt dikwils, dat 'er geheele schepen te Alexandrien met dit poeder geladen, en te Constantinopel aankomende, terstont ontladen en verkogt werden. Hy is ook buiten twyffel dien nieuweling, daar Matth. Loc. Cit. *op schrolt, om dat hy deeze* Cyprus *of* Alcanna *van het gemene* Ligustrum *wil onderscheiden, daar in nogtans* Bellonius *gelyk heeft.*

Leonard Dasylicus *of* Rauwolfius *in zyn Reisboek* Libr. 1. Cap. 4. *doet daar toe: Omtrent Tripoli werd gevonden een struik, het Duitsche* Ligustrum *niet ongelyk, by de Arabiers* Alchanna *of* Henne, *by de gemene Grieken genaamt* Schenna, *werdende hunluiden toegebragt uit Egipten en Cayro, daar hy meest wast; de Turken en Moren plegen hem te planten in groote potten en houte kassen, wegens de aangename en liefiyke reuk der bloemen, die na Muscus trekt, 's Winters in stoven en kelders bewarende, om dat hy geen koude verdragen kan.*

De bloemen zyn bleek of ligt-geel, wassende aan trossen, een hand lang, dog wat uitgebreid, zo dat men de groene blaatjes daar tusschen zien kan, de ryskens werden veel tot ons gebragt, om tandstokers daar van te maken, als men ze aan 't eene eind wat in stukken knouwt, gelyk een besemtje, en de tanden daar mede veegt.

De bladen blyven de gantsche Winter over, uit welke zy met het zap van de Citroenen geweekt, een vogt trekken, en bewaren het om de nagels en de hairen der kinderen op heilige dagen rood te verwen, als mede de manen en staarten der paarden, na de manier der Turken.

Uit deeze wortelen gebrand, maken de Arabiers haar Spodium, waar van Avicenna Cap. 17. *gewag maakt. Voorts* Bellonius Libr. 3. Cap. 34. *schryft, dat de Asiatische Boerinnen hare hairen geel verwen met dit poeder van Alcanne, zynde de hairen te voren toebereit met de Terrachia (die hy* Pilo *noemt) en dat daar na geen zeep daar aan mag komen, om dat ze die verwen bederft, of lelyk rood en zwart maakt.*

Dioscorides Loco Citato *zegt, dat de bladeren gewreven, en met het zap van* Struthium *of* Lanaria *gemengt, verft de hairen ros, waar aan* Matthiolus *mede hadde kunnen merken, dat het geen* Ligustrum *was, waar mede men dit niet verrigten kan; hedendaags gebruikt men in Indien geen* Struthium, *maar slegts water, als men de nagels wil verwen, of Limoensap, als het sterker zal houden.*

Het gemale poeder ziet men overal in Turkyen, Arabien, en Persien met zakjes vol te koop staan, van couleur uit den geelen en groenen gemengt, het gemalen Mostertzaat zo gelyk, dat men ze qualyk onderscheiden kan; in Persien is 't zelfste gebruik, daar de vrouwen niet alleen haar halve lyf, maar ook voeten, handen, en armen, met dit poeder in water geweekt, bestryken, gelyk van de Turkse vrouwen gezegt is; de mannen verwen alleen de

ungues manuum inficiunt, ac præsertim juvenes, quum credant magnum ipsis adferre ornamentum & elegantiam, qua mulierculis placent, unde & puto Arabicum nomen suam deduxisse originem, quod supra indicatum fuit: Hoc itaque viri præstant, ut elegantes & grati sint scortis, mulierculæ vero, ut politam & glabram sibi concilient cutim, & ut manus pedesque a solis æstu, qui in Persia & Arabia fere intolerabilis est, liberent. Tincta cutis brevi iterum per sudorem inpallescit, sed clarior & purior est reliqua cuti, unguibus autem firmiter adhæret hæc tinctura, donec excrescant; Indi, quorum cutis a solis æstu non defœdatur, nullam corporis partem obliniunt nisi ungues manuum, saltem quantum mihi hisce in insulis Orientalibus adparuit, hoc autem non cuivis licet nisi liberis ac præsertim juvenibus.

Reges quidam, ac potissimum Macassarenses hanc legem tam stricte exercent, ut innocentes servas, quæ ungues suos tinxerant, per cochleas unguibus suis defraudaverint, quum libertatis quasi characterem sibi vindicaverant: Pulvis autem non tam cito ac fortiter tingit ac penetrat quam recentia folia, per tres tamen perdurare potest annos, qui vero desiderant ungues suos pyrrheos seu intense luteos, recentia conterunt folia in aqua pura, quæ per noctem illis inponunt, quosque magis rubentes cupiunt, loco aquæ non tantum Limonum succum sed calcem insuper addunt, & frustulum veteris Siriboæ, ac tantillum salis, loco aluminis, quum hoc ibi rarum sit.

Malayenses mulieres quam maxime hos amant flores, quos capillis innectunt, in lectis spargunt, & inter alba lintea deponunt, unde gratum contrahunt odorem. Atque hinc dicit sponsa *Cantic.* 1. *vers* 14. ipsius amicum esse tanquam *Eschol hacopher*, h. e. Cypri corymbum, neutiquam vero racemum uvarum seu baccarum ex Cypro, in quibus nulla est gratia, quodque addatur in vineis vel proprie hortis *Engeddi*, est, quod *Cyprus* multum plantetur in vineis, quæ copiosæ & pulchræ erant *Engeddi*.

Apud hos Indos mos quoque viget, quod ex masticatis virgulis dentiscalpia forment, per quæ dentes non tantum depurant sed etiam roborant & firmant, quod comprobatum est. Folia per virtutem detergentem & exsiccantem, ore masticata, ipsius ulcera & aphthas curant, ingratum vero habent saporem, qua in re cum Europæorum *Ligustro*, quod easdem possidet vires, conveniunt, quodque hinc a Germanis *Mundholtz-leim* vocatur.

Contrita vero & externe inposita, cunctos tumores calidos, furunculos, & aposthemata refrigerant, aquæ incocta exustionem curant tam solis quam ignis. Malayenses folia putant esse universale remedium seu panaceam contra omnia unguium vitia, sive sint exulcerati, contusi, vel disrupti, vacillantes enim firmant, & loco deciduorum alios intra breve temporis spatium regenerant, immo dolorificam ipsam curant *Paronychiam*, Chirurgis vulgo *Panaritium*, & Belgis de *Vyt* dictam: Folia hæc adhibent cum Curcuma contrita, & inponunt tumoribus penitus maturis, quum intra unam noctem aperiantur & pus effundant, vacillantesque ungues vel decidunt vel de novo corroborant: Eadem quoque folia externe inlinita curant, vel saltem palliunt tetrum istum adfectum in India *Cadal* dictum, qui Lepræ species est, per quam nigræ Indorum pelles squamosæ, albæ, & incomptæ sunt, si modo morbus hic non nimis sit inveteratus vel hæreditarius.

Ægyptii flores capiti adligant, ut cephalalgiam tollant, uti in Europa per Sambuci flores fit, secundum Dioscoridis vero doctrinam melius esset, si flores in Aceto macerarent, quum hoc omnium florum virtutem ac vires extrahat, & capiti subministret: Pulticula ex polline horum præparata, & plantis pedum adplicata, ipsorum sudores tollit, quidam hunc in finem virgulas sumunt, quibus illas fricant.

Oleum ex floribus præparatum, *Dioscoridi Oleum Cyprinum* dictum, conducit ad artus rigidos & emortuos emolliendos.

de nagels daar mede aan de handen, en dat meest de jongelingen, om dat zy geloven dat dit een groote fraaijigheid geve, en hun by de vrouwluiden aangenaam maakt, waar van ik meen, dat het ook in 't Arabisch zyn naam bekomen heeft, gelyk boven gezegt is; dit doen dan de mannen, om fraai en aangenaam te verschynen voor hare boelinnen, maar de vrouwen om een gladde en zuivere huid te krygen, ook handen en voeten voor de zonne brant te bewaren, dewelke in Persien en Arabien schier onverdraaglyk is. De geverfde huit verbleekt in korten tyd wederom door 't zweet, dog wert alsdan helder en zuiverder dan de andere huit, dog aan de nagels gaat het niet af, maar moet uitwassen. De Indianen, welkers vel voor der zonne-brant niet behoeft bang te zyn, besmeren geen party des ligbaams daar mede, dan alleen de nagels aan de handen: immers zo veel men ziet in deeze Oosterse Eilanden, 't zelve mogen ook niet doen personen van allerlei staat, of conditie, dan alleen vrygeboorne, en onder dezelve meest jonge luiden.

Zommige Koningen, inzonderheid die van Macasser, onderhouden die wet zo strak, dat zy onnozele slavinnen, die haar nagels geverft hadden, dezelve met schroeven van de vingers hebben doen springen, om dat zy 't merkteken van vryheid quanzuis misbruikt hadden; het poeder verft zo haastig en sterk niet als de versche bladeren, kan egter drie jaren goet blyven; die de nagels hoog-geel of vuur-rood willen hebben, wryven de versche bladeren met enkel water, en binden het een nagt daar op, die zy hooger-root willen maken, nemen niet alleen Limoensap, in plaats van water, maar doen daar by nog kalk, een stukje van oude Siriboa, en wat zout, in plaats van aluin, die zy weinig hebben.

De Maleitse vrouwen houden ook veel van de bloemen, die zy in de hairen dragen, op de slaapstede strooijen, en onder wit linnen leggen, 't welk een goede reuk daar van bekomt. Hierom zegt de Bruid in de bovengenoemde plaats van 't Hogelied Cap. 1. vers 14. *dat haar vrient haar zy als* Eschol hacopher, *dat is, een bloeme-trots van Cyprus, en geenzints een trots druiven of bezien van Cyprus, in dewelke geen aangenaamheid is, dat 'er by staat in de wynbergen of eigentlyk lusthoven van* Engeddi, *geschied, om dat de* Cyprus *veel geplant werd in de wynbergen, die veel en schoon waren tot* Engeddi.

By deeze Indianen is mede dit gebruik, dat men uit de geknouwde ryskens tantstokers maakt, waar door de tanden niet alleen zuiver, maar ook vast werden, 't welk ook geprobeert is. De bladeren met haar afvagende en opdrogende kragt, in de mond geknouwt, geneest de zerigheden en sprouw deszelfs, dog zy hebben een viesen smaak, waar in zy met het Europische Ligustrum, *dezelfste kragt hebbende, overeen komen, 't welk daarom van de Duitsche* Mundholtz-leim *genaamt wert.*

Van buiten gewreven en opgelegt, verkoelen alle heete gezwellen, blaren, en apostemen; in water gekookt, genezen zy de verbrantheid, zo van de zon als van het vuur; de Maleyers houden de bladeren voor een toegeëigent geneesmiddel tegens alle gebreken der nagels, 't zy dezelve verzworen, gekneust, of afgebroken zyn, want het maakt de losse vast, en in plaats van de afgevallene spoedig andere aangroeyen, zelfs in dat pynelyke euvel Paronychia, *by de gemene Chirurgyns* Panaritium, *in Duits* de Vyt *genaamt, gebruiken ze de bladeren met Curcuma gewreven, en opgelegt, als 't gezwel te degen ryp is, want ze 't zelve in eenen nagt doen breken, en etter uittrekken, de losse nagel af doen vallen, of op 't nieuw bevestigen, de zelfste bladeren van buiten opgesmeert, genezen of verbloemen ten minsten het snode gebrek, in Indien* Cadal *genaamt, zynde een zoort van de Lepra, waar door de zwarte huiden der Indianen wit, schilferig, en zeer mismaakt worden, als het gebrek maar niet te oud of erffelyk is.*

De Egiptenaren binden de bloemen op 't hooft, om de weedom deszelfs te verdryven, gelyk men in Europa met de Vlierbloemen doet. Dog na Dioscoridis leer deden zy beter, als zy de bloemen in azyn weekten, vermits de azyn de kragten van alle bloemen aan zig trekt, en 't hooft mededeelt; een papje van 't poeder gemaakt, en onder de voetzolen gedragen, droogt op 't zweten derzelve; zommige nemen hier toe de tere ryskens, en wryven dezelve daar mede.

Een olie van de bloemen gemaakt, by Dioscorid. Oleum Cyprinum *genaamt, is dienstig om de styve en verstorvene leden te verwekken.*

Comprobatum quoque est, recentia folia *Herpeti miliari* inlinita, quæ pertinax cutis vitium est, & apud Indos *Curap* vocatur, biliosos & acres ipsius humores refrigerare & exsiccare, Curap autem ista prius per aliquod tempus fricanda est, & eluenda acribus quibusdam & mordacibus rebus, uti Limonum succo, vel foliis *Condondong* vel *Kellor*, cum calce conmixtis &c. Cutis hinc parum rubet vel flavescit, sed hoc sensim per sudores disparet, contra *Rhagades* seu perniones, & alios cutis morbos, per adtritus vel contusiones contractos folia hæc quoque in usum vocantur, quæ ulceratas partes depurant, curant, cutimque solidam generant. A quibusdam vidi Malayensibus radicem adhibitam, in aqua contritam, & propinatam contra Leypothymiam, laterisque dolores.

Putaret quis, ut flos *Quei*, in *P. Martini* Sinensi Atlante descriptus, in Provincia terdecima Quanquesi, unus idemque esset cum illo *Cypri*, quum scribat, Turcas cum floribus *Quei* in Limonum succo maceratis equorum jubas tingere, a Sinensibus vero edoctus sum, *Quei hoe* revera alium esse florem, ac *Tsjincka hoe* seu *Cyprus*, cæterum florum forma satis similis est, habeturque omnium odoratissimus in Sina: crescit autem in arbore mediocri, non tantum in extremis ramulis & corymbis, sed etiam in cunctis ramulis & virgulis. Flos hic siccatus defertur in Bantamam, aliosque Javanorum locos, in quibus Sinenses habitant, ut in destillatione potui Arak misceatur, cui gratum conciliat odorem.

Denique notandum est, ut errores præveniantur, in Europæorum Pharmacopæis, ab *Anchusa* aliquando radices *Alcannæ* & *Alcanette* denominari, unde & Galli *Archanette* composuerunt.

Hæc planta meo quidem judicio describitur in *H. Malab. tom.* 1. *fig.* 40. sub Malabarico nomine *Meylantschi*, Bracmanis *Mety*, licet dubitandi ansa superfit, hoc enim nomen non mihi Malabari, sed aliud, *Mardeny* nempe, indicarunt: Hortus iste *Meylantschi* suo etiam nimis crassum adscribit truncum, licet intellexerim, Cyprum in Zeylanæ & Malabaræ regionibus multo crassiorem esse arborem, quam in hisce insulis: Si obscura istius horti descriptio unum addidisset verbum, folia rubrum vel luteum tingere colorem, tum res in plano esset, atque nunc ejus commentator haud divinare potuit, quænam esset planta, interim inter *Oxyacantham* vel *Rhamnum* illam numerat.

Tabula Decima Septima.

Ramum exhibet *Cypri*, seu *Alcannæ*.

OBSERVATIO.

Hæc arbor a *Garcinio* in *Herbar.* suo mecum communicato vocatur *Cyprus* verus antiquorum, Arabibus *Henna* dictus; & *Albenna* sive *Henna* Arabum. *Alcanna* Rauwolfii, flore luteolo odorato *Walther. Hort. Tab.* 4. *pag.* 3. ubi dicit, videtur esse *Mail-Anschi H. Malab. Tom.* 1. *fig.* 40. quod est Lawsonia *Lin. Char. gen. pl. No.* 316. sed ubi Corollæ petala quinque tribuit, quum in omnibus figuris & auctorum descript. quatuor ipsi tantum adscribantur: uti ex Bellonio, *Histor. Lugdunens. H. Malab. Walthero, Rumphio*, aliisque constat scriptoribus. Estque porro hæc arbor ad Rhamnos relata a *Plukn. in Almag. pag.* 318. ubi vocatur Rhamnus Malabaricus, *Mail-Anschi* dictus e Maderaspatan, cujus icon in *Phytogr. Tab.* 220. *Fig.* 1. exhibetur.

Het is ook geprobeert, dat de versche bladeren opgesmeert in Herpete miliari, *een gemeen en hartnekkig gebrek des huits in Indien, en aldaar* Curap *genaamt, de galagtige en scherpe vogtigheid in 't zelve verkoelen en opdrogen, dog moet men 't* Curap *een tyt lang te voren wryven, en wassen met eenige scherpe en bytende dingen, als 't zap van Limoenen, of bladeren van* Condondong *of van* Kellor, *met kalk gemengt, enz. De huit wert hier door wel wat root of geel, maar dat vergaat allenktkens met 't zweten, tegens de* Rhagades *of kakbielen aan de voeten, als mede andere verzering des huits, door wryven of stoten geschiet, gebruikt men dezelfde bladeren, die 't verzeerde zuiveren, genezen, en een vaste huid maken; ik heb zommige Maleyers de wortel zien gebruiken in water gewreven, en ingegeven tegens de flaauwte des herte, en zydesteking.*

Men zoude menen, dat de Chinese bloem Quie, *in den Chinesen Atlas van* P. Martinus *beschreven, in de dertiende Provintie Quangsi, een en dezelfde zy met de* Cyprus, *om dat hy schryft, dat de Turken met de bloemen* Quei *in Limoensop geweekt, de hairen van de paarden verwen; maar ik ben van de Chinesen onderregt, dat* Quei hoe *in der daad een verschillende bloeme zy van de* Tsjincka hoe *of* Cyprus, *anderzints van gedaante van bloem niet ongelyk, en word voor de alderwelriekenste van China geagt; zy wast aan een middelmatige boom, niet alleen aan de uiterste trossen, maar ook aan alle takskens en ryskens; de gedroogde bloem werd uitgevoert na Bantam en andere Javaanse plaatsen, daar de Chinesen wonen, om onder den Arak te branden, aan dewelke zy een lieffelyke geur geeft.*

Eindelyk staat te noteren, om abuisen voor te komen, dat in de Europische Apotheken van de Anchusa *zomtyts* Radices Alcanna & Alcanette *genaamt werden, waar van de Francen haar* Archanette *gemaakt hebben.*

Deeze plant werd myns oordeels, beschreven in Horto Malabar. tom. 1. fig. 40. *onder den Malabaarse naam* Meylantschi, *op Braminees* Mety, *hoewel daar eenige twyffeling overblyft, want ik heb niet die naam, maar een anderen, te weten* Mardeny, *van de Malabaren geleert. Ook geeft den Hortus zyn* Meylantschi *een al te dikken stam, hoewel ik versta, dat Cyprus in de landen van Ceylon en Malabaar een vry dikker boom werd, dan in deeze Eilanden. Hadde den donkeren Hortus een woord daar by gezet, dat men met de bladeren root of geel verwen kan, zo was de zaak klaar, en nu heeft zyn Commentator niet raden kunnen, wat het voor een plante zy, makende by provisie een* Oxyacantham *of* Rhamnum *daar van.*

De Seventiende Plaat

Vertoont een tak van de *Cyprus*, ofte *Alcanna-boom*.

AANMERKING.

Deeze boom wert van *Garcin* in zyn *Herbarius* aan my overhandigt, genaamt de opregte *Cyprus* der Ouden, by de Arabiers *Henna* genaamt; en is de *Albenna* ofte de *Henna* der Arabiers, en *Alcanna* van Rauwolfius met een geelagtige en riekende bloem, in *Walther. Tuin Tab.* 4. *pag.* 3. alwaar hy zegt, deeze schynt te zyn de *Mail-Anschi* van de *H. Malab. eerste deel, fig.* 40. welke is de Lawsonia van *Linæus* in zyn characters der Planten No. 316. dog alwaar hy aan de bloem vyf bladen toeëigent, daar in al de figuren en beschryvingen maar vier aan dezelve gegeven werden, gelyk uit Bellonius, de *Historia Lugdun.* de *H. Malab. Waltherus, Rumphius*, en andere Schryvers blykt. Deeze boom is verders tot de Rhamnus gebragt van *Plukn.* in zyn *Almag. pag.* 318. alwaar ze genaamt wert Malabaarsche Rhamnus, *Mail-Anschi* genaamt, uit Maderaspatan, welkers afbeelding in zyn *Phytogr. Tab.* 220. *Fig.* 1. voorkomt.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Lagondium vulgare. Lagondi.

HIc frutex ad *Ligustri* species quoque refertur, atque dividitur in vulgarem seu feminam, de qua hoc agit caput, & litoreum seu marem, de quo in sequenti Capite.

Primo. *Lagondium vulgare* frutex est, vix virum altus, multis ramis & virgulis sese adtollens, qui in plures dividuntur laterales ramulos, quorum quidam terræ incumbunt, rotundi, lentissimi, & flexiles instar Salicum humilium, si enim sæpius amputentur, densiorem formant fruticem: Ramuli vero in majoribus ramis fere cruciati sunt, uti & petioli folia sustinentes obliquam formant crucem, ramulorum vero extremum quadragonum est.

Cuivis petiolo tria insident foliola, illis *Agni casti* similia, sed minora, quorum medium semper maximum est, binos tresve pollices longum, unum latum, superius latissimum, & obtuse acuminatum, inferius angustatum instar foliorum Caryophylli: bina lateralia sunt minora, ac sæpe tam brevia, ut ejus auriculas seu adpendices mentiantur, horum aliquando unum, aliquando utrumque deest, suntque superne intense viridia, inferne grisea seu cinerea, non splendentia, flaccida, & mollia, si tangantur, quasi lanuginosa essent, ad oras non serrata, sed sinuosa. Dicimus, maximam foliorum partem non serratam esse, ac semper ternatam, si vero hic fruticulus sæpius detruncetur, in surculis folia non tantum hinc inde sunt solitaria, sed etiam ad oras parum serrata, seu profunde dentata, ut una eademque habeatur planta cum illa, quæ in aliis Indiæ locis crescit, & a Portugallicis scriptoribus describitur folia gerere serrata.

Flosculi in ramulorum extremo semper progerminant in corymbis uti in *Ligustro*, sed minores magisque vagi instar illorum *Rorismarini*, seu paulo majores, coloris cœrulei, intermixto purpureo levi colore, in quorum centro stamina quædam alba conspiciuntur.

Fructus sunt baccæ rotundæ uti in *Ligustro*, sed minores & duriores, primo virides, dein nigræ instar Piperis, saporis acris & ferventis, unde & in ore æstum excitant, intus vero repletæ sunt granulis quibusdam.

Totus frutex cum foliis & floribus aromaticum de se spargit odorem, acsi Salvia cum Melilotho vel unguento quodam esset mixta, qui etiam percipitur a prætereuntibus, manibusque adhæret, si tractetur. Folia etiam in cubiculo suspensa, illud odore suo replent, quam diu sunt viridia, ipsorum sapor est amarus & acris, os calefaciens: Sæpe ab inferiore foliorum parte gleba conspicitur alba instar spumæ, quæ per noctem ex iis exsudat, sicca vero folia in superiore parte penitus nigrescunt, in inferiore parte ex cinereo alba sunt.

Fruticis cortex lentus est, atque a ramis decorticari facile potest uti in Salicibus, radix ejus non profunde in terram penetrat, sed sub ea prorepit, hinc inde surculos emittens, ita ut hic frutex amplum obcupet per se locum, ac vix eradicari possit, ubi semel progerminaverit: In sterilibus vero & arenosis crescit locis, soli bene expositis, uti & circa ædes, ubi solum est molle per projectilia & sordes, quam maxime amat silvestrem Guajavum, quæ utræque optime crescunt in solo sterili & gracili.

Nomen. Latine *Lagondium* seu *Lagundium vulgare minus femina*, quibusdam *Ligustrum Indicum.* Malaice & Javanice *Lagondi* & *Lagundi kitsjil parampuan.* Macassarice *Lanra.* Amboinice *Aytette tuban*, *Aylou tuban*, & *Aytuban.* Apud *Garziæ Aromat. Libr.* 2. *Cap.* 3. & *Christoph. a Costa Cap.* 38. vulgo *Negundo* & *Nirgundo* vocatur. Malabarice *Noche* & *Norchila*, in Balaguatte *Sambali*, in Arabia, Persia, & Decana *Bache*, in Turcia *Ayt.*

Locus. In Indostana, ac præsertim in Malabara & Balaguatta hi frutices juxta Portugallos scriptores sunt copiosi, multoque altiores, & foliis serratis, ita ut in vulgares ibi excrescant arbores, quales quædam Bataviæ conspiciuntur.

Estque

XXI. HOOFDSTUK.

De gemene Lagondie-struik.

DEeze *beester wert ook onder de zoorten van* Ligustrum *gerekent, en wert verdeelt in 't gemene of wyfken, waar van in dit Hoofdstuk, en de strandzoorte of manneken, waar van in 't volgende.*

1. Lagondium vulgare, *of het gemene* Lagondi *is een beester, schaars een man hoog, met veele takken of gerten opschietende, die zig in veele zydetakken verdelen, waar van zommige op de aarde leggen, ront, zeer taai, en buigzaam, gelyk lage wilgen, want het ook op dezelfste manier digter wort, als men het altemet afkapt, de ryskens staan aan de hoofststelen schier in 't kruis, gelyk mede de blatdragende steeltjes een schuin kruis maken, en 't uiterste der ryskens is vierkantig.*

Op yder steel staan drie blaatjes by malkander, die van den Agnus castus *gelyk, dog kleinder, waar van 't middelste altyt het grootste is, twee en drie duim lang, een duim breed, voor breedst, met een stompe spits, na agteren toesmallende, als de Nagel-bladeren. De twee onderste ter zyden zyn kleinder, en zomtyts zo kort, als oren of byvoegzels, zomtyts ook een of allebeide absent; boven zyn zy boog-groen, van onderen grys of graauw, zonder glans, slap, week in 't aantasten, als of ze wolagtig waren, aan de kanten ongezaagt, dog in bogtjes gekrult. Wy zeggen, dat de meeste bladeren ongezaagt zyn, en altyt drie by malkander staan, maar als men dit beesterken dikwils bekapt, zo ziet men aan de nieuwe scheutjes niet alleen de bladeren hier en daar enkelt staan, maar ook dezelve aan de kanten een weinig gekerft of grof getant, zo dat men het voor een en dezelfste plante houde met die geen, die op andere plaatsen van Indien wast, en van de Portugese Schryvers met gekerfde bladeren beschreven wort.*

De bloempjes komen voort altyt aan 't uiterste op een tros, gelyk aan het Ligustrum, *dog kleinder en ydelder van gedaante, als die van* Rosmaryn *of wat grooter, van couleur blaauw, met eenige purper daar tusschen schynende, met zommige witte draatjes in de midden.*

De vrugten zyn ronde bezien, als aan 't Ligustrum, *dog kleinder en harder, eerst groen, daar na zwart als peper, scherp en heet van smaak, in de mont brandende, van binnen hebben ze eenige harde korls.*

De gehele struik met bladeren en bloemen geeft een speceryagtige reuk van zig, als of er eenige Salie met Melilotus *of eenige salf gemengt was, die men ook gewaar wort als men voorby gaat, en aan de handen kleeft, als men hem handelt; de bladeren in een kamer opgehangen, vervullen die met haar reuk, zo lang zy groen zyn, haar smaak is bitter en scherp, de mont verwarmende; men vint dikwils aan de onderste zyde van deeze bladeren een klomp wit speegsel, 't welk des nagts daar uitzweet, en de droge worden aan de bovenzyde geheel zwart, aan de onderste graauw-wit.*

De schorsse is taai, en laat zig van de takken afschillen, gelyk aan de wilgen, de wortel is niet diep, maar kruipt onder de aarde, hier en daar nieuwe plantjes opschietende, zo dat deeze beester een ruime plaats van zig zelfs beslaat, en qualyk uit te roeyen is, daar ze eens opkomt; zy wast op magere zandige plaatsen, die vlak ter zonne staan, als mede omtrent de huizen, daar een mulle gront is, van opgeworpe ruigte en vuiligheid, haar beste kameraat is een wilde Gujavos-struik, welke beide een magere onvrugtbare gront beminnen.

Naam. *In 't Latyn* Lagondium *of* Lagundium vulgare minus fœmina, *by zommige* Ligustrum Indicum. *In 't Maleits en Javaans* Lagondi *en* Lagundi kitsjil parampuan. *In 't Macassaars* Lanra. *In 't Amboinees* Aytette tuban, Aylou tuban, *en* Aytuban. *By* Garzias Aromat. Libr. 2. Cap. 3. *en* Christoph. a Costa Cap. 38. *in 't gemeen* Negundo *en* Nirgundo, *in 't Malabaars* Noche *en* Norchila, *in Balaguatte* Sambali, *in Arabien, Persien, en Decan* Bache, *in 't Turks* Ayt.

Plaats. *In Indostan, inzonderheid in Malabaar en Balaguatte, zyn deeze beesters na 't schryven der Portugesen, overvloedig, hoewel vry hoger van stam, en met gekerfde bladeren, zo dat het ook middelbare bomen werden, gelyk men eenige ziet op Batavia.*

Voorts

Estque porro hic frutex notus in cunctis aquosæ Indiæ locis, tam arborescens quam humilis ejus species, in Moluccis & Amboina rarior est, in Hitoes ora fere nullus obcurrit, sed in Leytimora satis frequens est, in arenosa area circa Castellum Victoriam, ubi instar serpentis fruticis jam a Portugallorum tempore observatus fuit, licet toties fuerit detruncatus, & instrumentis hamatis exstirpatus.

Usus. Ejus folia satis calidæ & siccæ sunt naturæ, modice emollientia, & dolores sedantia. Fructus calidi sunt usque ad tertium gradum, seu ad illum Zingiberis adcedunt. Hisce in insulis raro interne adhibetur, quum tam folia quam fructus in faucibus ardorem excitent. Contra externe magno est in usu in multis morbis conducitque omnibus in casibus, in quibus modicus desideratur calor, dissipatio seu resolutio, & doloris sedatio, quem in finem alioquin *Melilothus* & *Chamomælum* adhibentur: Surculi cum foliis aquæ incoquuntur, conteruntur, & Emplastri forma inponuntur omnibus contusis & læsis partibus, ad tumores dissipandos & curandos, si modo vulnus non adsit: alii hæc folia in oleo fricant, talibusque inponunt partibus: ipsorum usus adeo vulgaris est, ut cocta vel tosta cunctis inponantur artubus dolentibus, immo ipsis vulneribus, cum doloribus junctis, quos in una nocte tollunt, & curationi apta reddunt vulnera, quum porro contusa hæc folia ipsis inponantur vulneribus, mox illa consolidant. Apud Malabaros hic frutex magno in usu videtur esse, uti memorati id testantur auctores. Harum vero insularum incolæ hujus rei non ita gnari sunt, quum non ita frequens sit hic frutex, vulgaris tamen est herba in cunctis fomentis, ac præsertim in Indica paralysi Beriberi dicta, si nempe folia Sombongi, Cujavi, & Limoniorum, aliarumque calidarum herbarum addantur: Cum Abutili foliis infusa balneum præbent optimum contra Nephriticos & Podagricos dolores.

Recentia folia contrita ulcerationibus inspergun-tur, ut pus generent & promoveant, depurent, & curationem adcelerent. Apud obstetrices etiam nota est herba, ex qua balnea præparant pro puerperis tam ante quam post partum; memorati auctores dicunt Malabarenses mulieres succum hujus fruticis & fructuum ejus inmaturorum, seu decoctum adsumere, ut conceptui aptæ essent, atque folia in ore masticari, ut gratus sit oris halitus, quod tamen utrumque hic nemo imitari vellet, cum nimis ferventis sit saporis, & in faucibus ardorem excitet. Quosdam etiam ibidem illum adhibere loco *Viticis* seu *Agni casti*, atque in cubilibus spargere, ut pudicitia conservetur, veritatis speciem videtur præ se ferre, quum *Lagondium* magnopere cum *Vitice* conveniat, licet id *Garsias* obloquatur.

Contra scabiem & Amboinensium variolas balnea hæc quoque adhibentur, ut expellantur, & maturescant, interim adsumentes conditos flores, ut sudores promoveant, hi quoque fotus conducunt in tenesmis, spasmis, & cunctis convulsionibus: Recentes rami siccis diebus conlecti, in Oryzæ cistis deponuntur, ut hæc præservetur a Calandro, vermium quodam genere parvo, duro, & nigro. Vestium cistis inposita insecti genus Kakkerlak dictum fugat, & in cubilibus cimices: Hujus fumus ex cameris alia quoque pellit insecta, alii cubilia hisce ramis ornant, quibus insident insecta, quæ simul cum ramis sub noctem ex iis projiciunt.

Cum tostorum foliorum cineribus Baru seu Liplap Sagueri arboris conteritur, ut ignis foco aptus reddatur: Macassarenses hujus ramos comburunt ante domum, in qua æger decumbit, ut, juxta ipsorum opinionem, aërem depurent, sed credo a malis geniis, quos putant per fortem fumum propelli posse instar insectorum: Baleyenses & Javanenses mulieres tam recentia folia cum debili propinant Arak, quam siccata in pollinem contrita, aliisque potibus Djadjank dictis mixta, ut flatus & tormina expellant, obstructaque provocent menstrua, & muliebres partes depurent, tali enim modo præparata nullum faucium caussant ardorem.

Bontius Libr. 6. Cap. 48. illud vocat ex *Prosp. Alpino Ligustrum Indicum*, summopere illud prædicans præ virtutibus in se ipso comprobatis, quum ex ingenti paralysi seu Berberi per quatuor menses lecto adfi-

Voorts is 't ook bekent meest in alle Eilanden van Water-Indien, zo wel de boomagtige als de lage zoorte; in de Moluccos en Amboina valt het schaars, op de kust van Hitoe schier niet, maar op Leytimor redelyk veel, op het zandige plein rontom het kasteel Victoria, daar het als een kruipende heester al van de Portugese tyden af gestaan heeft, hoewel 't zo dikwils afgekapt, en met houwelen uitgehakt is.

Gebruik. *De bladeren zyn merkelyk heet van aard, met een matige droogte, vermurwende en pynstillende. De vrugten zyn heet tot in de derde graad, of den Gember gelyk. Het wort in deeze Eilanden weinig binnens lyfs gebruikt, om dat zo wel de bladeren als vrugten in de keel eenige brand veroorzaken. Daar en tegen buitens lyf is het in veelderlei gebreken een zeer dienstig en heilzaam kruit, bequaam in alle voorvallen, daar matige verwarminge, verdeling, en pynstilling van noden is, gelyk men anders het* Melilotum *en* Camille *gebruikt. De tere ryskens met de bladeren werden in water gekookt, gewreven, en als een pleister opgeleid op alle gekneusde en geblutste partyen, om de zwellingen te verdryven en te genezen, als 'er maar geen quetsuur by is; anderen bakken dezelve bladeren in olie, en leggen ze op zodanige partyen; haar gebruik is zo algemeen, dat men ze gekookt of geroost op alle pynlyke leden legt, ja zelfs op quetsuren, daar groote weedom by is, die zy in een nagt benemen, en tot de heeling bequaam maken, wanneer ze vervolgens de gestotene bladeren in de wonden zelfs leggen, en voorts toehelen. By de Malabaren schynt dit gewas in grooter gebruik te zyn, gelyk de voorsz. Autheuren aantekenen. De Inwoonders deezer Eilanden hebben daar zo groote kennisse niet af, om dat het hier zo overvloedig niet wast; egter is het een algemeen kruit in alle stovinge te gebruiken, en inzonderheid in de Oostindische lammigheid de Beriberi, als men de bladeren van Sombong, Cujavus, Limoen-bomen, en andere daar by doet; met bladeren van Abutilon gestooft, geeft het een bad tegen de pyn van het graveel en podagra.*

De versche bladeren gewreven, doet men ook in de ulceratien, daar in zy de materie promoveren, daar na zuiveren en genezen, by de Vroetvrouwen is het ook zeer bekent, die daar badinge voor Kraamvrouwen van maken, zo voor als na de geboorte. De voorn. Autheuren zeggen, dat de vrouwen in Malabaar een sap van dit kruit, en de gestotene vrugten, of de decoctie daar van innemen, om haar bequaam te maken tot de ontfankenisse, ook dat men de bladeren in de mont knouwe, om een goede azem te hebben, welke beide hier niemant gaarn na doen wil, om dat het te heet van smaak is, en in de kele brant: maar dat het zommige aldaar gebruiken, in plaats van Vitex *of* Agnus castus, *op de bedsteden strooijende, om de kuisheid te bewaren, heeft nog eenige schyn van reden, om dat het* Lagondi *veel overeenkomst heeft met* Vitex, *hoewel* Garsias *dat berispt.*

Tegens de schurftheid en Amboinse pokken, werden dezelfste badingen ook gebruikt, om die uit te lokken en te rypen, daar by gebruikende confyte bloemen, die het zweet dryven. Dezelfste stovingen zyn ook goed in de persing, kramp, en allerlei zoorte van opkrimpingen. De versche takken op een droge dag vergadert, legt men in de ryskisten, om de ryst van de calander (dat zyn harde kleine en zwarte wormen) te bewaren. In de kledekassen gesteken, verdryven de kakkerlakken en wantluizen uit de bedsteden; de rook daar van verdryft de muschieten uit de kamers; andere besteken de slaapkamers met deeze takken, daar op zig dan de muschieten zetten, die zy daar na te gelyk met dezelve uitwerpen.

Met de asch der verbrande bladeren wryft men de baru of liplap van de Sagueers-bomen, om bequaam tontel daar van te maken; de Macassaren branden de takken voor het huis daar een zieke in legt, om, zo ze zeggen, de lugt te zuiveren, ik gelove van quade geesten, menende dat dezelve met de sterken rook te verjagen zyn, gelyk de muschieten: de Balise en Javaanse vrouwen geven zo wel de varsche bladeren met slappen Arak in, als de gedroogde tot poeder gemalen, onder andere Djudjambu, om de winden in het lyf te verdryven, de verstopte maantstonden te bevorderen, en de lyfmoeder te reinigen, want aldus geprepareert zynde, gevoelt men weinig brant in de keel.

Bontius Libr. 6. Cap. 48. *noemt het uit* Prosper Alpinus Ligustrum Indicum, *en geeft een heerlyke getuigenisse van zyne kragten aan hem zelfs bewezen, wanneer hy aan een moeyelyke lammigheid of Beriberi vier maan-*

adfixus fuisset, in Bataviæ obsessione a Mattaramensibus suscepta, testaturque a deplorabili isto modo curatum fuisse tantum per hujus fruticis decoctum interne adsumptum, & per fotus ejus externe inpositos, ita ut illud tanquam ordinarium remedium in tali casu jusserit adhiberi in nosocomio Bataviæ.

In *Hort. Malab. tom.* 2. *fig.* 11. hæc prima species *Caranosi* vocatur, Bracmanis *Negundo*, Malabari vero illud pronunciant *Nootschi*, & pro *Caranosi* mihi demonstrarunt *Gendarussam fœminam*, cæterum ejus descriptio cum nostra satis quadrat, excepto quod baccis nullus adscribatur odor, sed tantum acris sapor: Apud Malabaros ejus radix adhibetur ad podagricos dolores sedandos, contrita, & cum aqua calida inposita, ipsius decoctum abdominis flatus discutit. Folia ejus contrita, & cum aqua calida propinata conducunt in frigidis febribus, contusa vero & suffimigii loco adhibita abdominis tormina pellunt. Contra verticuli ructus acidos cum ptyalismo conjunctos tria tenera sumantur Lagondii folia, Deringi radix parva in copia, piper longum, frustulum Allii albi, hæc omnia conterantur cum aceto, quod aqua parum est subactum, per pannum filtra, & per binos tresve dies talis sumatur haustus cyathus, brevi post vomitum excitabit, multamque lentam e ventriculo pituitam dissolvet & ejiciet, a qua hoc malum fuit ortum: Hoc in casu autem nullos fructus crudos edere licet, nec frigidam potare aquam, nec ova edere.

Tabula Decima Octava

Ramum exhibet *Lagondii vulgaris*.

OBSERVATIO.

Hæc est Vitex trifolia Indica, odora, hortensis, floribus cœruleis racemosis. *Mus. Zeyl. pag.* 48. & *Thes. Zeyl. pag.* 229. Jasminum Indicum, cyneum, odore gravi Syringæ cœruleæ facie *Mus. Zeyl. pag.* 48. Vitex trifolia, minor, Indica, *Breyn Prodr.* 2. *pag.* 104. & *Plukn. Almag. pag.* 390. &c.

maanden lang gelegen had, gedurende de Mattaranise belegeringen van Batavia, en verklaart van die elendige ziekte genezen te zyn, alleen door de decoctie van dit kruit van binnen, en door stovinge van buiten, zo dat hy het namaals tot een ordinair geneesmiddel in 't Bataviaansch ziekenhuis heeft doen gebruiken.

In Hort. Malab. tom. 2. fig. 11. *wert deeze eerste zoort genaamt* Caranosi. *Braminees* Negundo, *dog de Malabaren spreken het uit* Nootschi, *en voor* Caranosi *hebben ze my* Gendarussam fœminam *getoont: de beschryving komt anders met de onze wel overeen, behalven dat de bezien geen reuk, maar wel een scherpe smaak hebben. By de Malabaren wert de wortel gebruikt, om de pyn van 't podagra te stillen, gewreven, en met warm water overgeslagen, haar afkookzel verdryft de opblazing des buiks; de bladeren gewreven, en met warm water gedronken, zyn goed in de koude koortsen, gestoten, en daar mede gerookt, verdryven de pyn des buiks tegens de zode, daar veel quylens by is, neemt twee of drie scheutjes van jonge Lagondi-bladeren, een weinig wortel van Deringo, lange peper, een stukje wit look, vryft dit alles met* Towaca-azyn, *die met water wat gebroken zy, kleinst het door een doek, en drinkt het twee a drie dagen na malkander, t'elkens een theekopje vol, zo zal het na een korte poos braken verwekken, en veel taaije slym uit de maag voeren, dewelke dit quaat veroorzaakt; men moet by dit toeval geene raauwe vrugten eten, nog koude drank drinken, nog eijeren nuttigen.*

De Agttiende Plaat

Vertoont een tak van het *gemeene Lagondi.*

AANMERKING.

Dit is de Indische ruikende en driebladige tuin *Vitex*, met blaauwe bloemen in trossen, van het *Mus. Zeyl. pag.* 48. en in de *Thes. Zeyl. pag.* 229. en Indische blaauwe Jasmyn, met een zware reuk in de gedaante van blaauwe Syringe, in het *Mus. Zeyl. pag.* 48. en de Indische driebladige kleine *Vitex*, van *Breyn. prodr.* 2. *pag.* 104. en *Plukn. Almag. pag.* 390. &c.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Lagondium litoreum. Lagondi laut.

Lagondium litoreum, cum *Negundo* Malabarorum a *Garsia* & *Christoph. a Costa* descripta, magis convenit, est enim frutex nunc ample extensus, nunc arbor est mediocris instar Persicæ, non rectum sed sinuosum gerens truncum, qui prominet, ac sæpe etiam decumbit, crus crassus, raro plus, quique obductus est cortice rugoso & lacerato, ejus lignum est album, molle, & lentum, rami & rachides sunt uti prioris, cortice magis fusco obductæ, magisque cruciatim positæ.

Folia ejus plerumque majora sunt, & potissimum non serrata, longiora & acutiora, superne viridia, inferne grisea, ac fere lanuginosa, magisque venosa, sed minus sinuosa: Plerumque quinque simul locata sunt longiusculo in petiolo, quorum tria media majora sunt, ultra digitum longa, ac pollicem lata, quodvis autem peculiari insidet petiolo, bina vero inferiora fere sessilia sunt, quæ tempore etiam decidunt, unde in ramis floriferis & frugiferis ternata semper tantum sunt, in surculis vero semper quina sunt, aliquando etiam plura vidi folia crenata in uno eodemque frutice, quum surculi progerminent, unde & facile concludi potest, plantam hanc in aliis regionibus folia posse gerere crenata, qualia Portugallici describunt auctores.

Flosculi sunt racemosi uti in præcedente, quibus etiam similes sunt, instar illorum nempe Rosmarini, externe ex cinereo cœrulei, interne cœrulei cum purpureo intermixto colore, in quorum centro quatuor vel quinque locata sunt staminula, tarde sese aperiunt, raroque plures simul aperti in conspectum veniunt, uti & hæc arbor rariores gerit corymbos quam femina.

Fructus

XXII. HOOFDSTUK.

De Strand Lagondie-boom.

Het Strand-Lagondi *komt met het Malabaarse* Negundo, *van* Garsias *en* Christoph. a Costa *beschreven, nader overeen, want het maakt zomtyts een wyt uitgespreide struik, zomtyts wert het een middelbare boom gelyk een Persik-boom, met geen regten stam, maar bogtig, voor-over hellende, en dikwils ook leggende, in de dikte van een dye, en zelden meer, bekleet met een ruige en gescheurde schorsse, 't hout is wit, zagt, en taai, de takken en ryskens zyn als aan 't vorige, wat bruinder van schors, ook merkelyker in 't kruis staande.*

De bladeren zyn doorgaans grooter, merendeels ook ongekerft, aan de kanten langer en spitser, boven gras-groen, van onderen grys, en schier wolagtig, meer geadert, en min gekrult. Zy staan merendeels vyf by malkanderen, op een langagtig steeltje, waar van de drie middelste grooter zyn, ruim een vinger lang, en een duim breet, yder op een byzonder steeltje, maar de twee agterste zyn bykans zonder stelen, die ook met 'er tyt geheel afvallen, waar door men aan de takken, die bloemen en vrugten dragen, altyt maar drie by malkanderen ziet, maar aan de jonge ryskens staan 'er vyf: zomtyts hebbe ik ook veele van deeze bladeren gekertelt gezien, aan een en dezelfste struik, als ze met jonge gerten eerst opschiet, waar uit men ligt kan afnemen, dat deeze plant in andere landen met gekerfde bladeren kan wassen, gelyk hem de Portugesen beschryven.

De bloempjes staan aan trossen, gelyk aan 't voorgaande, zyn ook dezelve gelyk, te weten, als die van Rosmaryn, van buiten asch of graauw-blaauw, van binnen hoog-blaauw, met wat purper vermengt, in de midden met vier a vyf draatjes, zy gaan langzaam open, en men ziet 'er weinig teffens geopent, gelyk de boom zelfs minder trossen draagt, dan het wyfken.

De

Fructus contra majori numero congesti sunt, atque illi feminæ majores, sed tarde maturescentes, ac diu virides, dein fusci, ac tandem nigri, Corymbum Ligustri referentes, sunt autem duri, sicci, & granulis referti duris.

Matutino tempore eadem alba spuma sub foliis conspicitur, quæ per diem exsiccatur. Odor ac sapor foliorum & fructuum idem est ac feminæ, sed paulo debilior, saltem illius fruticis, qui in litore crescit, ubi folia sæpe paucissimum spirant odorem, in hortis enim plantatus vel magis in ipsa regione, odorem exhibet penetrantiorem: Ejus fructus magis fervent & fauces adurunt quam præcedentis. Flores in Amboina observantur in ultimis pluviosis mensibus, Augusto nempe & Septembri, inmaturi vero fructus per totum fere annum ex frutice dependent.

In saxosis Combelli litoribus, in parva Cerama hujus speciem inveni, folia gerentem breviora & rotundiora, & fere inodora, flosculos vere cœruleos, parumque explicatos; quum adulta sit hæc arbor, quam maxime incompta & inregularis est, ejusque plurima decidunt folia, paucaque superflua, ternata petiolis insidentia, nigris maculis sunt deformata. Ejusque truncus gracilis est, angulosus, ac lamellato cortice vix tectus. Racemus frugifer hoc etiam peculiare habet, quod bacciferi nempe petioli cruciati sint, quorum quivis in summo bifidus est, ubi bacca solitaria locata est & sessilis.

Nomen. Latine *Lagondium litoreum arborescens* seu *Mas.* Malaice *Lagondi laut lacki lacki.* Malabarice *Negundi varali.* Amboinice *Aytuban*, uti antecedens.

Locus. Arborea hæc species in Amboina nullibi crescit, nisi in planis & saxosis litoribus, aliis vero in regionibus, uti ex Portugallorum scriptis patet, mediocris arbor est, truncum gerens rectum, magis in media crescens regione.

Usus. Hisce in insulis litorea species raro adhibetur, nisi defectu humilis Lagondi seu fœminæ, contra aliis in regionibus, ubi in ipsa crescit terra, vel in hortis plantatur, uti Bataviæ, unas easdemque cum femina possidet virtutes.

Malayenses perhibent, folia Lagondi maris siccata, in pulverem redacta, & cum Camphora exhibita, homines per aliquot tempus reddere steriles, tam mares quam feminas, hoc autem contrariari videtur illis, quæ *Garzias* & *a Costa* scribunt, Malabarorum nempe mulieres hanc adhibere arborem ad facunditatem promovendam, quod itaque adcuratius inquirendum restat: Si illud verum sit, tum idem præstaret hæc planta, quod de *Agno Casto* scribitur, quod nempe in uno homine instinctum naturalem exstinguat, in alio autem excitet, uti *Scaliger* id cum Camphora etiam tentavit *Exercit.* 104. *Sect.* 8.

In *Horti Malabar. tom.* 2. *fig.* 12. vocatur *Bemnosi*, h. e. *album Nosi*, quum ejus folia inferius sunt candidiora illis prioris speciei, quæque in Malabariensibus regionibus ad oras serrata observantur.

Ejus radix cocta & propinata tumida & phlegmatica curat corpora, vermes pellit, atque temperamentum phlegmaticum tollit. Folia ore masticata jejuno, atque oculis instillata nubeculam pellunt, eademque contrita, & cum pipere mixta ulcerationes curant, in pilulas redacta, harumque binæ tresve ante febris paroxysmum in horrore adsumptæ, illam curant.

Tabula Decima Nona

Ramum exhibet *Lagondii litorei* seu *maris.*

OBSERVATIO.

Hæc arbor vocatur Vitex trifolia, odorata, silvestris; Indica in *Mus. Zeyl. pag.* 97. & *Thes. Zeyl. pag.* 229. Vitex trifolia major *Rauwolfii C. B. P. ibidem.* Negundo prior seu mas *Acostæ pag.* 286. & apud *Clusium Cap.* 38. & Negundo arbor mas *J. B. part.* 2. *lib.* 15. *pag.* 189. Negundo mas variorum *Commel. fl. Malab. pag.* 69. huc & pertinet Vitex trifolia minor Indica serrata *Breyn. prodr.* 2. *pag.* 104. & *Plukn. Almag. pag.* 390. &c.

De vrugten daar en tegen, zyn meer by malkanderen geboopt, ook grooter dan aan 't wyfken, langzaam rypende, langen tyt groen en bruin, ten laatsten zwart, en een trots van het Ligustrum verbeeldende, dog hart, droog, en van binnen met harde korls vervult.

In de morgenstonden ziet men het zelve witte speegsel onder aan de bladeren hangen, het welk met den dag opdroogt. De reuk en smaak van bladeren en vrugten is als 't wyfken, dog wat slapper, immers dat op strand wast, daar het zomtyts in de bladeren weinig reuk heeft, want in de boven geplant of lantwaart in wassende, is sterker van reuk. De vrugten zyn alzo heet en brandende in de keel, als aan 't vorige. De bloemen ziet men in Amboina in de laatste regenmaanden Augustus en September; de onrype vrugten hangen schier 't geheele jaar door aan den struik.

Op de stenige stranden van Combello, op klein Ceram heb ik een zoorte hier van gevonden, wiens bladeren korter en ronder waren, van weinig reuk, en de bloempjes zuiver blaauw, mede weinig geopent; in den ouderdom wert deeze boom zeer mismaakt, de meeste bladeren vallen af, en de weinige resterende staande drie en drie op een steeltje, zyn met zwarte plekken geschendt. De stam is mager, hoekig, en met een gelapte schorsse qualyk behangen. Aan de vrugtdragende tros ziet men nog dit byzonders, dat de bezien-dragende steeltjes ook in 't kruis staan, ieder aan 't bovenste in tweën verdeelt, tusschen welke een besje alleen staat zonder voetje.

Naam. *In 't Latyn* Lagondium litoreum arborescens *of* Mas. *Op 't Maleits* Lagondi laut lacki lacki, *op 't Malabaars* Negundi varali. *Op 't Amboins* Aytuban, *gelyk 't vorige.*

Plaats. *Deeze boomagtige zoorte wast in Amboina, nergens dan op vlakke en wat stenige stranden, in andere landen, gelyk uit de Portugese schriften blykt, wort het een middelbare boom, met een regte stam, en wast lantwaart in.*

Gebruik. *In deeze Eilanden wert de strantzoorte weinig gebruikt, dan alleen by gebrek van 't lage Lagondi of wyfken, daar en tegen in andere landen, daar ze binnens lands wast, of in de boven geplant wert, gelyk op Batavia, heeft ze een en dezelfste kragten met 't wyfken.*

De Maleyers geven voor, dat de bladeren van Lagondi het manneken gedroogt, gepulveriseert, en met wat Campher ingegeven, de menschen voor een tyt lang onvrugtbaar maken, zo wel mannen als vrouwen; dog dit schynt te stryden tegens het geene Garsias *en* a Costa *schryven, dat de Malabaarse vrouwen het tot de vrugtbaarheid gebruiken, 't welk dan nader te onderzoeken staat; zo het waar is, zo geschiet met deeze plante het zelfde, het geen men van* Agnus Castus *schryft, dat het by de eene mensch de vleeschelyke lusten verdooft, en by de andere verwekt, gelyk* Scaliger *ook met den Campher geprobeert heeft,* Exercit. 104. Sect. 8.

In Horto Malabarico tom. 2. fig. 12. *hiet ze* Bemnosi, *dat is,* wit Nosi, *om dat zyn bladeren van onderen witter zyn dan aan 't voorgaande, in de Malabaarse landen aan de kanten geschaart.*

De wortel gekookt en gedronken, geneest de gezwolle en zugtige lighamen, verdryft de wormen, en droogt op het Phlegmatik temperament. De bladeren in de mont geknouwt, en nugteren in de ogen geblazen, verdryven hare donkerheid, en genezen de ulceratien, dezelve gewreven, met peper gemengt, tot pillen geformeert, en twee a drie daar van ingenomen by aankomende koude der koortsen, verdryven dezelve.

De Negentiende Plaat

Vertoont een tak van de *Strant Lagondie-boom*, ofte het *mannetje.*

AANMERKING.

Deeze boom wert genaamt Indische, driebladige, ruikende, en wilde *Vitex*, in het *Mus. Zeyl. pag.* 97. en in de *Thes. Zeyl. pag.* 229. en de groote driebladige *Vitex* van *Rauwolf* en *C. Baub.* alwaar de eerste Negundo ofte het mannetje genaamt wert, van *Acosta pag.* 286. en by *Clusius* in het 38. *Hoofdstuk*, en de boom Negundo het mannetje, by *J. Baub. part.* 2. 15. *boek, pag.* 189. het mannetje Negundo van veele by *Commel. fl. Malab. pag.* 69. hier toe behoort mede de kleinder driebladige, getande, Indische Vitex van *Breyn. prodr.* 2. *pag.* 104. en van *Plukn. Almag. pag.* 390. &c.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Lignum longævitatis. Lagondi itam.

QUod ſæpius antea monui, ſic & nunc ſcriptis meis inmiſceo fabuloſas, ſuperſtitioſas, &, quantum videtur, ridiculas narratiunculas, quum ſemper detexerim, aliquid veri ſub hiſce latere, incolarum enim mos eſt, in magnis & miris rebus veritatem ſemper fabulis obnebulare, ut & cupidis poſteris ſtimulum addant ulteriori inveſtigationi: En itaque Mome, hic habebis aliquid, quod invidis tuis dentibus arrodere poteris, fabulam enim hic proferam, qualis ab incolis mihi narrata eſt.

Hoc itaque lignum *Lagondii* ſpecies erit, quod *Lagondi itam*, h. e. *nigrum* vocant, inque Bourone inſula creſcit, ad magnam iſtam paludem, quam anno 1668, Germani quidam explorarunt, ſed non rite deſcripſerunt: hæc palus in centro ſuo Tanuſſan ſeu planitiem vel inſulam quandam format, in qua juxta ipſorum relatum, unica tantum ſtat arbor, licet noſtrates e longinquo nil niſi humiles viderint plantas.

Hæc arbor folia profert omnigena ſeu multiformia, ac nigrum lignum, quod in fruſtulis tantum invenitur per flumina ex hac palude ortas raptum, præſertim per flumen Liſſiela, raroque invenitur, quum humilis tantum ſit arbor ſeu frutex, qui poſt multorum annorum decurſum ſemel tantum excreſcit, ac dein iterum perit, ita ut noſtro tempore nullus gloriari poſſit tale inveniſſe lignum, forte nec etiam antea. Mirabilis erit qualitatis hoc lignum, quod homines tanquam juvenes conſervat, & ſenectutem prævenit, immo etiam ſenibus vires & robur reſtaurat, ad hoc autem comprobandum ſequens adducunt exemplum. Certo quodam tempore Malayenſis mercator navi ſua appellebat ante Tamahu, quumque pedes terræ inpoſuiſſet, jubebat ſervum ſuum Papoenſem Salammat vocatum Oryzam coquere, quum dominus hinc inde victum interim quæreret, ſervus Oryzam igni inponebat, ac forte fortuna ad fluvii oſtium ramulum inveniebat, quantum videbatur, ligni ſicci in litus projectum, adcuratius vero illum examinans, tenera quædam detegebat foliola, licet terræ non eſſet infixus, hic videns non penitus ſiccum eſſe, ejusque lignum eſſe elegans & nigrum, nolebat illud comburere, ſed bacillum ex hoc formabat, quo Oryzam circumageret, quum vero hoc præſtaret, Oryza inelegantem & nigrum contrahebat colorem, unde timens & anxius, quod a domino ſuo opprobraretur, Oryzam comedebat, ac ſtatim aliam igni inponebat: dominus autem adveniens cibum petebat, quum ejus ſervus adveniebat, dicebat dominus, non tibi hoc domine mando, ſed ſervum meum voco, reſpondebat alter, ego ſum tuus ſervus *Salammat* dictus, dominus iterum, quid fabularis *Djou* ſeu Domine, ſenex eſt meus ſervus *Salammat*, quem voco, neſcio undenam tu hic adveneris, ſervus reſpondebat, mi Domine, an verum eſt, quod me non noſcas, declarare itaque tibi me oportet, quid mihi obvenerit, narrabat ergo, quo modo poſt comeſtam Oryzam, quæ per nigrum iſtud lignum nigro colore tincta fuerat, in corpore ſuo ſubitam ſenſerat mutationem, ac brevi poſt juveniles vires ac robur, qualis nempe fuerat in juventute, dominus ſervo libertatem remittebat, ſecumque nigrum devehebat lignum, quod ipſi magnum ſubminiſtrabat lucrum.

Incolæ inſulam *Crimatam* inhabitantes, dicunt in regione ſua in montibus tale *Lagondium* ſemel quoque fuiſſe detectum, atque Macaſſarenſes gloriantur in ſua itidem creſcere patria, omnes autem in ea re conveniunt, Juvenile robur in hominibus diu conſervare, addunt autem, nunquam inveniri, ſi dedita opera illud inquiratur, atque nunquam omne iſtius fruticis lignum nigro conſtare colore, ſed tantum quædam ejus fruſtula, unde & eo difficilius eſt illa conquirere, atque fruticem quoad formam haud multum differre a vulgari *Lagondio*.

XXIII. HOOFDSTUK.

Langlevend Hout.

GElyk ik dikwils te voren gezegt heb, zo continueeri ik nog in myne ſchriften zomtyts eenige fabuleuſe, ſuperſtitieuſe, en na ſchyn belachelyke vertellingen voor te brengen, om dat ik altyt wat waarheits daar onder bevonden heb, zynde der Inlanders manier, dat zy in groote en wonderlyke dingen de waarheid altyd met eenige fabeltjes bewimpelen, ook om de curieuſe nakomelingen een prikkel te geven tot nader onderzoekinge. Zie daar dan Mome; hier hebje al weer wat te knibbelen, want ik ſtel hier een fabeltje, zo als 't my van de Inlanders voorgekomen is.*

Dit hout zal een ſlag van Lagondi *zyn, dat ze* Lagondi Itam, *dat is, zwarte noemen, en valt op 't Eiland Bouro, in 't groote Binnenlak, 't welk anno 1668, van eenige Duitſchers bezigtigt, dog niet ter degen beſchreven of onderzogt is. Dit Meir heeft in 't midden een Tanuſſau of klein vlak Eilandeken, op 't welk na haar zeggen, een eenige boom zal ſtaan, hoewel d'onze van verre niet als lage ruigte daar op gezien hebben.*

Deeze boom zal bladeren hebben van allerhande gedaante, en een zwart hout, het welk men niet vint dan met kleine ſtukken, van de rivieren uit dat lak voortkomende, afgedreven, inzonderheid door de rivier van Liſſiela, en wert zelden gevonden, want het maar een kleine boom of ſtruik is, die na verloop van veele jaren eens opkomt, en dan wederom vergaat, zo dat hem in onze tyt niemant beroemen kan zulk hout gevonden te hebben, miſſchien ook te voren niet. Het zal van wonderbare eigenſchappen zyn, de menſchen by hare jonge kragten te behouden, en den ouderdom te beletten, ja zodanig, dat het ook de oude lieden jonge kragten en ſterkte wedergeven kan, tot beveſting hier van brengen ze dit exempel by: Op zekeren tyt quam een Maleits Koopman met zyn jonk voor Tamahu, en aan land gaande, belaſte hy zyn Papoeſe ſlaaf Salammat genaemt, een pot ryſt te koken, terwyl de Meeſter hier en daar de koſt ging zoeken. De ſlaaf zette de ryſt te vuur, en vont by geval aan de mont van de rivier een takſken, zo 't ſcheen droog hout op ſtrand geſmeten, maar 't zelve regt beziende, had het nog eenige jonge bladeren, hoewel 't in de aarde niet gewortelt was, hy ziende dat het niet heel droog, en mooi zwart hout was, wilde het niet verbranden, maar maakte een ſpaan daar van, om de ryſt daar mede om te roeren, dog als hy dezelve omroerde, wiert de ryſt gantſch ongezien, en zwart daar van, weshalven hy bang zynde, dat de Meeſter hem bekyven zoude, at de ryſt op, en zette met 'er haaſt een verſch kookſel te vuur; de Meeſter komende, eiſchte te eten, maar als deeze ſlaaf by de Meeſter quam, en de koſt bragt, zeide de Meeſter wel Djou of Heerſchap ik belaſt het u niet, ik roep myn ſlaaf, ik ben immers u ſlaaf Salammat, zeide den ander, en de Meeſter wederom, wel Djou wat beuzelt gy met my, ik heb een oude magere ſlaaf Salammat, die roep ik, ik weet niet, waar U E. van daan komt, wel Meeſter zeide de ſlaaf, is het in der daat zo, dat gy my niet en kent, zo moet ik u openbaren, wat my wedervaren is, en verhaalde met een, hoe hy na 't eten van de zwarte ryſt, die door dat zwarte hout zo geverft was, in zyn ligbaam gevoelt had een ſchielyke verandering, en daar op een jeugdige kragt en ſterkte, gelyk hy in zyn jonge dagen geweeſt was; de Meeſter gaf de ſlaaf vry, nam het zwarte hout, en voer daar mede weg, makende daar goet gelt van.

Die van het Eilant Crimata *zeggen, dat op haar lant in 't gebergte zulke* Lagondi *ook eens gevonden zy, en de Macaſſaren roemen, dat het op haar lant ook zy, alle daar in overeenſtemmende, dat het de jeugdige kragten in de menſchen langen tyt behouden, maar zy doen daar by, dat het nooit gevonden wert, als men het met opzet zoekt, en dat geenzints al het hout van de gantſche ſtruik zwart zy, maar hier en daar eenige ſtukjes, dierhalven zo veel moeijelyker te vinden, om dat de ſtruik in 't aanzien van de gemene* Lagondi *niet veel verſchilt.*

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Crista pavonis. Bonga merak.

C*Rista pavonis* frutex est major & crassior Corylo, cujus truncus ultra pedem crassus est, atque cortice cinereo obductus, interspersis maculis fuscis, & verrucis quasi elevatis, quibus spinula insidet brevis & dura, quæ in vetustis plerumque truncis decidit. Rami autem sunt recti, firmi, & cortice obducto ex cinereo viridi, qui in alios ramulos ac rachides dividuntur varias sibi obpositas, quæ quatuor & sex minores rachides habent ample distantes, quæ folia gerunt regulari ordine sibi obposita, quorum decem vel undecim paria uni insident pinnæ, brevibus petiolis inposita sine inpari, in frutice autem quodam semel duodecim observavi paria, quod rarissimum est.

Foliola ejus sunt pusilla, tenera, & læte virentia, quæ cum illis Myrti comparari possunt, vel potius & magis proprie cum illis Tamarindi, sunt autem breviora, latiora, magisque glabra, unguisque digiti longitudinem habent, ab utraque parte subrotunda, ubi binæ foliorum pinnæ concurrunt: in rachide ipsa binæ tresve sæpe spinulæ aduncæ adparent, non admodum pungentes, & in vetustis ramis plerumque deciduæ.

In ramorum extremo corymbus florifer progerminat ultra palmæ longitudinem, & ample extensus, quisque autem flos longiusculo insidet pedunculo, satis ample distans & peculiaris formæ, unde cum aliis floribus vix comparari potest, nisi cum illo *Cannæ fistulæ*, constat enim ex quatuor foliolis inferius angustatis, superius latiusculis & dentatis, quæ in semi circulo locata sunt, hæc quatuor aliis minoribus concoloribus insident foliolis tanquam sedi, in ejus centro aliud concavum erigitur petalum fistulosum, in oram desinens amplam & dentatam instar florum Primulæ Veris, atque prope istud ad latus apertum, aliud insuper foliolum concavum & mythriforme, in floris fundo cum petalo isto fistuloso conjunguntur, seu arcte ipsi adcrescunt undecim longa ac rubra stamina, quorum decem obscure fuscas gerunt antheras, undecimum vero crassius est ac nudum, quod futuræ siliquæ rudimentum est.

Quum flores sese aperiunt, ad oras ex aureo colore lutescunt, in medio rubent, post aliquot vero dies penitus & toti rubent instar Minii, ita ut uno in corymbo tum semi aurei tum toti rubri conspiciantur, decem autem ista rubra stamina, digitum longa, sibi adunata sunt instar plumæ, unde & optime repræsentant cristam istam, qua Pavonum caput ornatum est, a qua similitudine planta hæc nomen suum fortita fuit; sub vesperam vero hi flores non iterum clauduntur, sed uno in statu ac forma manent per octo dies in frutice ample & fortiter extensi, tantummodo sensim magis rubentes, inodori quoque sunt, nisi forte sub vesperam debilis persentiatur odor, per lætam vero suam formam & elegantem colorem jucundum in hortis præbent spectaculum.

Post flores siliquæ proveniunt instar Phaseolorum, digitum longæ & latæ, glabræ, duræ, & lignosæ quasi, per maturitatem ex violaceo colore nigræ, & per ventum agitatæ sonitum edentes, si sibi mutuo allidant, ac per solis æstum induratæ, vel per digitos compressæ, cum sonitu dissiliunt, intus vero continent sex vel octo planas fabas seu officula, trigona fere instar bursæ, hepatici seu gilvi coloris, glabra & dura, ac fere insipida; pluviosis mensibus facile hæc putrescunt officula ac vermiculos generant, quum & formicæ in iis nidulantur, quæque integra sunt, foliola aliquando emittunt tenera, licet ex siliquis dependant.

Hujus fruticis folia solisequam quoque habent proprietatem, quæ plerumque observatur in talibus arboribus & plantis, quæ similia gerunt foliola pinnata, per diem enim sunt firma & extensa instar alarum, sub vesperam vero sese claudunt, primo sursum ac parum oblique versus apicem, dein sensim sese sub pinna quasi abscondunt, atque per totam noctem ita oblique posita & clausa sunt, ita ut inferius latus tum sit superius vel exterius, matutino tempore ad solis

XXIV. HOOFDSTUK.

De Paauwe Kuif.

CRrista pavonis, *is een heester grooter dan een Haselaar, en dikker van stam, te weten in de dikte van een been of meer, bekleet met een ligt-graauwe schorse, daar aan men hier of daar bruine plekken ziet, als mede weinige hoge wratten, daar op een kort en hart doorntje staat, dog aan de oude stammen vallen ze meest af; de andere takken zyn regt, styf, met een graauw-groene schorsse bedekt, die hun in andere verscheide ryskens verdelen; aan deeze staan ribbetjes regt twee en twee tegen malkanderen, met vier a ses paren aan een rysken, en wat wyd van malkander, en aan de bladeren mede geschikt tegen malkander met tien a elf paren aan een ribbeken, op zekere korte steeltjes, altyt parig: aan een gehele stok heb ik maar eens twaalf paren gevonden, 't welk zelden gebeurt.*

De blaatjes zyn klein, teer, en blyde-groen, men kan ze vergelyken met de Myrte-bladeren, of nog eigentlyker met de Tamarinde, dog zy zyn korter, breder, en gladder, zo lang als de nagel van een vinger, agter en voren ront, daar twee bladtdragende ribbetjes te zamen stoten; aan 't rysken ziet men ook twee a drie korte doorntjes, als haakjes, die egter niet zeer steken, en aan de oude stokken meest afvallen.

Aan 't uiterste der takken komt een bloemdragende tros voort; meer dan een handt lang, en wydt uitgebreit: ieder bloem staat op een lang steeltje, wat wydt van malkander en van een byzonder fatzoen, die men qualyk met andere vergelyken kan, of het moest die van Canna fistula *wezen, want ze is gemaakt uit vier blaatjes, agter smal, en voor breed, aan de voorste rand gekartelt, en staan in een halve cirkel; deeze rusten op vier kleinder blaatjes als op een stoel, dog van dezelfste couleur, in de midden staat een ander hol blaatje als een pypje, met een brede en gekartelde randt, gelyk de bloemen van Primula veris, en by 't zelve aan de eene opene zyde nog een ander hol blaatje als een helmpje. In de midden digt tegen dat pypje staan elf lange roode draden, waar van 'er tien donkergeele noppen dragen; de elfste is dikker en bloot, het beginsel van de toekomende houwe.*

De bloemen haar eerst openende, zyn aan de kanten goud-geel, naar binnen toe rood, maar naar eenige dagen werden ze geheel rood als vermilioen, zo dat men als dan aan een tros geheel roode en half goude geele bloemen ziet, de tien voornoemde draden in de lengte van een vinger, staan by malkander als een vederbosch, en zeer wel verbeeldende de kuif, waar mede de Paauwen op 't hooft pronken, van welke gelykenisse de plant ook haar naam heeft; des avonds gaan de bloemen niet wederom toe, maar blyven in een wezen en gedaante, wel agt dagen aan de stok wyt en styf geopent, alleenlyk rooder werdende; zy hebben geene reuk, of men moet tegen den avond iets slaps daar aan bemerken, maar geven met haar vrolyke gedaante en schoone couleur, slegts een fraai aanzien in de tuinen.

Na de bloemen volgen houwen als Turkse boonen, een vinger lang, en breed, glad, hart, houtagtig, in de rypheid uit den violetten-zwart, door de wind gedreven tegen malkander ratelende, als ze door der zonne hitte hard gemaakt, of met de vingers geduwt werden, springen ze al krakende van malkander, binnen leggen ses of agt platte boonen of zaden de vygboonen gelyk, dog wat driezydig als een beursje, lever-verwig of vaal, glad en hart, zonder merkelyke smaak. In de regen-maanden bederven deeze boonen ligt, en worden wormstekig, wanneer ook de Mieren daar in nestelen, en die dan nog geheel blyven, schieten zomtyts nieuwe blaatjes uit, zo als die nog aan de houwen hangen.

Nu hebben deeze bladeren een zonne-volgende eigenschap, gelyk meest alle bomen en planten, die diergelyke kleine en gevleugelde blaatjes hebben; want over dag staan ze styf uitgebreid gelyk vleugeltjes, maar 's avonts sluiten ze haar toe eerstelyk na boven, en wat schuins tegens de spits, daar na keeren ze allengskens haar onder den steel of ribbe, blyvende zo schuins of na voren toegesloten staan de heele nagt over, zo dat de onderste zyde als dan de bovenste of buitenste werd; 's ogtens keeren ze haar weder

solis ortum sese iterum convertunt eodem motu supra rachidem, ac sese aperiunt, ut supra fuit indicatum, in abruptis pinnis foliola mox sese contrahunt & claudunt sed semper oblique. Hic itaque frutex multum convenit cum herba sentiente seu viva, in eo autem differunt, quod *Crista pavonis* non moveatur tactu vel vento, uti *Herba sentiens*, quæ in tali casu foliola sua mox deorsum claudit, talem vero foliolorum naturam solisequam supra etiam memoravimus libro secundo in *Tamarindo*, libro quinto in *Arbore clypeorum*, atque in subsequentibus plures adducemus plantas.

Ejus lignum est solidum, pallidum, albicans, lentum, in vetustis truncis circa cor læte rubens vel igneum quasi, ac si Sappanum esset, si autem recens incidatur, fortem ac leguminosum fundit odorem, qui in foliis itidem observatur, si hæc tractentur vel manducentur.

Ejus radix est rara, crassa, ac profunde terram penetrans, eundem ingratum fundens odorem & saporem: Flores per totum fere annum in frutice observantur, qui per multos aliquando perdurat annos, sed tum gracilis est, & incurvos profert ramos & incomptos, aranearum telis maxime obnoxios, unde in hortis post decimum annum exstirpandus est, novusque ejus loco ponendus stipes, qui facillime per semina propagatur, quum hæc in omni progerminent solo.

Altera & hujus obcurrit varietas, priori similis modo crescendi ut & foliolis, ejus vero flores plerumque ex aureo colore lutescunt, nec rubent, sub vesperam quoque odorem fundunt gravem, ejus femina censetur, nec ita senescit, ac raro obcurrit.

Nomen. Latine *Crista pavonis* & *Lux mundi*, Malaice *Bonga merak*, & semi Portugallico vocabulo *Fula pavaon* & *Bonga pavaon*, h. e. *Pavonis flos*, ob ejus cristæ formam, vulgo *Bonga tsjana*, h. e. Sinensis flos, sive quod Sinenses hunc florem magni faciant, sive quod hunc primum in hasce introduxerint terras; Malayenses quidam hunc quoque vocant *Trang dunja*, h. e. *Lux mundi* ob elegantem ipsius ac lætam formam, atque hinc Amboinenses quidam *Trandunja* & *Trandunjay*. Vulgo autem Amboinensibus dicitur *Coca* & *Cuban badji*, Sinice *Boy öa hoë*, Javanice in Grisecca *Conbang dwang*, h. e. flos ruber, & *Combang merak*, Ternatice *Saya tsjina*, alii vero Sinenses illum vocant *Liong tsjong boe* juxta speciem quandam navigiorum ipsis *Liong tsjong* dictorum, quibus in mediis terrarum aquis navigant, quæque eleganter picta sunt instar hujus floris: Malabarice *Tsjampe*.

Locus. Ipsius patria est tota India extra Gangem, præsertim Cambodja, Kautschi, & Zephyreæ Sinæ partes, unde a Sinensibus in Javam aliosque locos, quos inhabitant, deductus est hic frutex, ante annum 1650 rarus erat in Amboina, donec Sinensium centurio hic habitans illum introduxerit, quem tam caro habebat pretio, ut sepem circa hunc fruticem exstrueret, nunc vero tam in Java quam Amboina adeo copiosus est ac multiplicatus, ut indigenus haberetur, miror autem tam elegantem florem nondum in Europam esse deductum, qui tam facile per semina propagatur.

Usus. Olim in magno habebatur pretio præsertim apud Sinenses, antequam tam vulgaris esset. Hic autem flos non tantum eleganti inservit hortorum ornamento, sed in conviviis solemnibus ac nuptialibus adhibetur, totisque corymbis omnes exornantur arcus festales, sponsæ cubilia, coronæ, assata & crustacea in mensis, in sepulturis puerorum & cælebium quoque sunt in usu: in re medica nondum peculiarem obtinuit usum, multi enim ipsi noxiam adscribunt qualitatem, immo dicitur feminas Zeylanenses maritos suos posse enecare per radices hujus fruticis, ita ut tabido & languente morbo sensim pereant. Nondum autem huic rei magnam adhibeo fidem, quum viderim, aves Cacatoeas avidissime ejus fructus edere, fabas ex siliquis eximentes, & minimos aves Cacopit dictos continuo hisce insidere floribus, ipsorumque rorem exsugere, sed indigenas quoque curatrices radicem cum aliis rebus contritam infantibus propinare contra Epilepsiam bono cum successu.

Soffera

weder met dezelfste beweging boven de steel, en openen haar als voren. Aan de afgebrokene stelen beginnen hun de blaatjes ook kort daar na te sluiten, dog altyt schuins. Zo heeft dan deeze beester veel overeenkomst met de herba sentiens, daar in verschillende, dat de Crista pavonis *zig niet en kreunt in 't aanraken of waaijen des winds, gelyk de* Herba sentiens, *dewelke in dit geval hare blaatjes straks nederwaarts sluit, diergelyke zonne-volgende eigenschappen in de bladeren, hebben wy boven vertoont* Libr. 2. *in de* Tamarinde, Libr. 5. *in de* Arbor clypeorum, *en zullen 'er in 't vervolg nog meer toonen.*

Het hout is digt, bleek-wit, taai, in de oude stammen omtrent het hert ligt of vuur-rood, als of het Sappanhout wilde worden: als men versch daar in kapt, geeft het een sterke houtagtige reuk van zig, die men ook in de bladeren gewaar werd, als men dezelve handelt of knouwt.

De wortel is weinig, dik, en diep in de aarde gaande, van dezelfste viese reuk en smaak: de bloemen ziet men schier het geheele jaar door aan de stok, die veele jaren kan oud werden, dog als dan word hy mager, krom van takken en ongezien, de spinnewebben zeer onderhevig, daarom men hem in de tuinen na het tiende jaar behoort uit te hakken en nieuwe te planten, 't welk zeer ligt geschiet met de zaden, die in allerhande grond opkomen.

Men heeft nog een tweede zoorte van Crista pavonis, *de voorgaande aan wasdom en bladeren gantsch gelyk, dog de bloemen zyn doorgaans goud-geel, zonder rodigheid, ook in de avondstonden van een merkelyken reuk, die na 't geile trekt, men houdt het voor 't wyfken, 't word ook zo oud niet, en weinig gevonden.*

Naam. *In 't Latyn* Crista pavonis *&* Lux mundi, *in 't Maleits* Bonga merak, *en met een halve Portugese naam* Fula pavaon *en* Bonga pavaon, *dat is* Paauwe bloem, *na de gedaante van deszelfs kuif, in 't gemeen* Bonga tsjana, *Chinese bloem, of om dat de Chinesen groote liefhebbers daar van zyn, of om dat ze dezelve eerst in deeze landen gebragt hebben. Zommige Maleyers noemen ze ook* Trang dunja, *dat is,* Ligt des werelds, *om haar schoone en blyde gestalte, en daar van dan zommige Amboinesen* Trandunja *en* Trandunjay. *In 't gemeen Amboinees* Coca *en* Cuban hadji, *in 't Chinees* Boy öa hoë, *in 't Javaans op Griseck* Conbang dwang, *dat is* rode bloem, *en* Combang merak, *in 't Ternataans* Saya tsjina, *andere Chinesen noemen ze* Liong tsjong hoe, *na een zoort hoog gestevende prauwen* Liong tjong *genaamt, waar mede zy op de binnewaters varen, en die schoon geschildert zyn gelyk deeze bloem is: in 't Malabaars* Tsjampe.

Plaats. *Haar eige Vaderland is geheel Indien buiten de Ganges, inzonderheid Cambodja, Kautschi, en de Zuiderdeelen van China, van waar ze door de Chinesen in Java en andere plaatsen daar zy wonen, gebragt is, voor 't jaar 1650 was hy weinig bekent in Amboina, tot dat een Chinees Kapitein alhier woonagtig, dezelve hier ingebragt heeft, houdende dezelve zo dier en besloten, dat hy een heining om de stok maakte, dog nu is ze zo wel op Java als in Amboina, dusdanig vermenigvuldigt, dat men ze voor een Inlants plant houden zoude; ik ben verwondert, dat zo een schoone bloem nog niet in Europa gebragt is, die zo ligt voortteelt door 't zaat.*

Gebruik. *Zy was eertyts in groote agting, en de Chinesen maakten 'er veel werks van, eer ze zo gemeen wierd: zy dient niet alleen tot een uitstekent verciersel van de hoven, maar de bloem werd ook gebruikt op Bruiloften en alle solemnele Maaltyden, met de geheele trossen werden bestoken alle de feestbogen, bruids kooyen, kransen, gebrade kost en banketwerk op de tafels, by begraaffenisse van kinderen en jonge lieden moeten ze ook dienen. In de Medicynen heeft ze nog geen zonderling gebruik, want veele schryven haar een schadelyke eigenschap toe, ja men zegt, dat de vrouwkens in Ceylon de mannen weten te vergeven met de wortelen van deeze struik, dat ze door een quynende ziekte allengskens uitteren: ik kan 'er nog geen groot geloof in stellen, om dat ik gezien heb, hoe niet alleen de vogels Cacatoeas gretig deeze vrugten eten, de boonen uit de houwen pikkende, ook de kleine vogeltjes Cacopit gedurig op deeze bloemen zitten, en den dauw daar uit zuigen, maar ook dat de Inlandtse meestresse de wortels met eenige andere dingen gewreven en de kinders ingegeven hebben, die de stuipen hadden, en dat met een goed succes.*

Soffera

Soffera ſeu *Sofra*, in *Adpendice Dodonæi* deſeribitur eſſe frutex tres quatuorve pedes altus, ſtipite erecto & firmo adſurgens, foliaque gerens plurima pinnata, illis Myrti ſimilia, ſed minora, & ſemper virentia, in longis pinnis ſibi invicem obpoſita per paria, ſed non ultra duodecim in una pinna, quæ in una parte ſunt eleganter viridia, in altera magis obſcura, & gravis odoris, quæ ſeſe ſub veſperam contrahunt, & mane iterum explicant.

Ejus flores ſunt crocei, inodori, plurimi ſimul dependentes, multiſque ſtaminibus ornati: ſiliquæ ejus ſunt rotundæ, digitum longæ, multiſque rotundis & compreſſis fabis ſeu ſeminibus refertæ: ſic quoque deſcribit *Proſper Alpinus Sofferam* plantam Ægyptiam non ultra ſeſquipedem altam, eadem fere gerentem foliola inſtar illorum nempe Myrti, ſed tenuiora, illiſque Galegæ ſimillima, ab utraque parte numeroſa, ex lateralibus petiolis ortum ducentia. Ejus flores crocei quoque ſunt, illis Caſſiæ ſimiles & inodori, quos parvæ inſequuntur ſiliquæ, quinque vel ſex oſſicula continentes, illis *Sesban* vel *Fœni Græci* ſimillimæ, hominibus autem noxiæ, immo penitus venenoſæ, ambæ hæ deſcriptiones cum *Criſta pavonis* noſtra adeo conveniunt, ut ejus ſpeciem habeam, niſi illa eſſet *Gallinaria*, quæ fruticoſa eſt herba, non ultra tres pedes alta, infra in libro decimo deſcripta.

Vetuſti hujus fruticis trunci cor generant rubens ac durum, ex quo clavi navigiorum formantur, æque ac ex illo *Lolan* ac *Sappan*.

In Rumphii adpendice hæc adnotantur.

In *Hort. Malab. part.* 6. *fig.* 1. vocatur *Tsjetti mandaru*. Portugallice *Foelha de pavaon*. Belgice *Paauwe ſtaarten*. In ejus vero deſcriptione & figura nullæ obcurrunt ſpinæ, forte quum in illis regionibus nullas gerat, atque juxta *Commelini* adnotationem in iſtud caput, hic frutex in multis quoque Indiæ Occidentalis locis obcurrit.

Tabula Vigeſima

Ramum exhibet fruticis, qui *Criſta pavonis* vulgo vocatur.

OBSERVATIO.

Elegans hic frutex in plurimis jam Europæorum libris obcurrit deſcriptus vel ſaltem commemoratus, eſtque Criſta pavonis flore elegantiſſimo variegato *Theſ. Zeyl. pag.* 79. & frutex Pavoninus ſive Criſta pavonis *Breynii Centur. pag.* 61. quæ porro in ejus *Prodr.* 2. *pag.* 37. vocatur Criſta pavonis, Coronillæ folio, prima, ſive floribus ſpicatis, ampliſſimis, ex aureo & coccineo variegatis, ſiliqua Piſi. Varia inſuper ſortitus fuit hic frutex nomina, vocatur enim a *Tournef.* Poinciana flore pulcherrimo. a *Linnæo* in *H. Cliffort. pag.* 158. Poinciana foliis duplicato-pinnatis, foliolis obpoſitis, oblongo-ovalibus, caule inermi, ut & in *Royeni fl. Leid. Prodr. pag.* 466. eſtque Sena ſpuria arborea, ſpinoſa, foliis alatis, ramoſis, ſeu decompoſitis, flore ex luteo & rubro ſpecioſo *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 149. & *Hiſt. Jam. part.* 2. *pag.* 49. ad Coluteas porro ab *Hermanno* in *Muſ. Zeyl.* ad Acacias a *Plukn.* ad Erythroxyla itidem ab *Herman.* in *Par. Bat. Pr.* relatus fuit hic frutex, quæ denominationes latius in *Theſ. noſtro Zeylanico loc. cit.* poſſunt examinari.

Soffera *of* Sofra *werdt in de* Adpendix *van* Dodonæus *beſchreven te zyn een beeſteragtig gewas, drie en vier voeten hoog, met een regte ſtyve ſteel, zeer getakt met bladeren als die van Myrtus, maar kleinder, altyt groen, aan lange ribben tegen den anderen overgevoegt, altyt paar in 't getal, dog niet meer dan twaalf aan een ribbe, aan d'eene zyde ſchoon groen, aan d'andere donkerder, en zwaar van reuk, haar des avonds intrekkende en des morgens wederom ontluikende.*

De bloemen zyn ſaffraan-geel, zonder reuk, veel by een hangende met veele draatjes vercierd, de houwen zyn rond, een vinger lang, met veele ronde wat ingeduwde zaden. Zo beſchryft ook Proſper Alpinus Soffera *een Egiptiſche plant, dog niet boven anderhalf voet hoog, ſchier met diergelyke bladeren, te weten als Myrtus-lof, dog dunder, de Galega allergelykſt, veele in 't getal aan beide zyde van de zydeſteelkens waſſende; de bloemen zyn Saffraan-geel. Die van de Caſſieboom gelyk, zonder reuk, daar kleine houwekens navolgen, vyf a ſes zadekens hebbende, die van* Sesban *of* Fœnum Græcum *heel gelyk, dog de menſchen ſchadelyk, ja heel venynig: deeze beide beſchryvingen komen met onze* Criſta pavonis *zo na overeen, dat ik ze voor mede-zoorten daar van houde, of het moeſte de* Gallinaria *zyn, een beeſteragtig kruit, niet boven drie voeten hoog, hier naar in 't tiende Boek beſchreven.*

De oude ſtammen krygen een hard en roodagtig hert, waar uit men nagels maakt tot vaartuigen, zo wel als uit dat van Lolan *of* Sappanhout.

Dit wert aangetekent in het byvoegzel van Rumphius.

In het ſeſde deel fig. 1. *van de* Hortus Malabar. *wert ze genaamt* Tsjetti manduri. *In 't Portugees* Foelha de pavaon. *Op 't Duits* Paauw-ſtaarten. *Dog in deszelfs beſchryving en figuur zyn geen doornen, mogelyk dat ze in die landen die niet dragen, en volgens de aantekening van de Heer* Commelin *op dat Hoofdſtuk, zoude deeze ſtruik mede in veel plaatſen van Weſtindie gevonden werden.*

De Twintigſte Plaat

Vertoont een tak van een ſtruik, die in 't gemeen *Paauwekuif* genaamt wert.

AANMERKING.

Deeze fraaije heeſter is thans in veele Europiſche boeken al beſchreven, ofte ten minſte vermeldt, en is de Paauwe kuif met een zeer ſchoone bonte gecouleurde bloem, van ons in de *Theſ. Zeyl. pag.* 79. genaamt, en de Paauweſtruik ofte de Paauwe-kuif van *Breyne* in zyn *Centur. pag.* 61, welke verders in zyn tweede *Prodr. pag.* 37. genaamt wert Paauwe-kuif, met het bladt van de Coronilla, de eerſte, ofte met wyde fraaije bloemen uit geel en hoogrood gecouleurt, met een houwe als van een Peul. Deeze ſtruik heeft daar en boven nog veelderhande benamingen, want ze wert van *Tournefort* genaamt Poinciana met een zeer ſchoone bloem, van *Linnæus* in de *Hortus Cliffort. pag.* 158. Poinciana met dubbelde gevleugelde bladen, die tegens elkander overſtaan, en lankwerpig ovaal zyn, met een ſteel zonder doornen, als mede van de Hr. *van Royen* in zyn *Prodr. fl. Leidenſ. pag.* 466. en is de baſtaart Senne-boom, doornagtig, met gevleugelde en getakte bladen, uit tien aan weerzyde t'zamengeſtelt, met een ſchoone bloem uit rood en geel gemengt, van *Sloan.* in de *Cataloge van de Jamaice gewaſſen, pag.* 149. en in zyn hiſtorie tweede deel *pag.* 49. Deeze ſtruik is verders tot de Coluteas gebragt, van *Herman* in zyn *Muſ. Zeyl.* tot de Acacias van *Pluknet.* en tot de Erythroxyla van *Herman* in *Par. Bat. Pr.*, welke benamingen wyders kunnen nagezien werden in onze *Theſaur. Zeylan.* op de aangehaalde plaats.

CAPUT

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

Lignum Sappan. Caju Sappan.

PLanta, quæ Lignum Sappanum ſubpeditat, in quibusdam locis in vulgarem excreſcit arborem, in quibusdam, uti in hiſce inſulis, fruteſcit, craſſitiem habens cruris, variis adſurgens ſtipitibus, ejus vero truncus primarius cum radice in terra decumbit, ſtipites hi majoresque rami ſpinis undique craſſis armati ſunt inſtar Roſæ ſilveſtris Eglanteriæ dictæ. Quævis ſpina prolongata eſt quaſi verruca, in acutum ſeſe determinans apicem, quæ in vetuſtiſſimis truncis plerumque decidit, ſuperflua tantum verruca, ita ut hic frutex in juventute ſua tactum neget, quin lædat, ejus porro rachides, pinnæ folia gerentes, ac ipſa foliola cum præcedente *Criſta pavonis* maxime conveniunt, rachides enim binæ ſibi obpoſitæ ſunt regulari ordine locatæ, uti & pinnæ, ac foliola.

Hujus folia majora ſunt illis *Criſtæ pavonis*, digiti articulum circiter longa & digitum lata, oblongo quadragona, excepto quod unus inferiorum angulorum promineat, ſuperne ex nigro viridia & ſplendentia, inferne flaveſcentia ſeu gilva, adeoque adunata, ut unita videantur, nunquam vero tam ample extenduntur, quam illa *Criſtæ pavonis*, ſed parum connivent, & poſt ſolis occaſum ſuperius ſeſe contrahunt & claudunt, quod poſt meridiem etiam præſtant, quum ipſorum ramulus abrumpatur, ita ut nulla arte vel vi aperta ſervari poſſint, ne quidem poſt quadrantem horæ partem: in inferioribus pinnis octo novemque, in mediis quindecim, in ſuperioribus decem ac duodecim foliorum paria obſervantur ſemper obpoſita, nullo inpari, ubi vero pinnæ in rachidibus concurrunt, binæ ſunt ſpinæ incurvæ ſeu hamatæ, in reliquis vero nullæ.

Racemus florifer eſt uti in *Criſta pavonis*, ſeu paulo brevior, ejus vero flos aliam obtinet formam, inſtar illius nempe *Geniſtæ* vel *Violæ* majoris, ex octo novemque petalis flavis conſtans, quorum quatuor exteriora minora, reliqua majora ſunt, rotunda, parumque concava, uti in Ranunculi floribus, præter hæc minimum conſpicitur foliolum linguæforme, luteum, ſtriiſque rubris variegatum, ac ſurſum elevatum, quod medio tuberculo ſeu germini arcte adcumbit, ex alba lanugine compoſitum, & in alba ſtaminula explicatur, antheras nigras gerentia, ac ſimul cornu incurvum repræſentant, ſub veſperam gratum fundunt odorem, illi Leucoji ſimilem, ſed debiliorem.

Flores inſequuntur ſiliquæ latæ, vix digitum longæ, ſeſqui pollicem latæ, glabræ, duriſſimæ, in aduncum apicem ſeſe determinantes, ex fuſco nigricantes, maturæ, vi autem aperiendæ ſunt, intusque continent binas tresve planas fabas, uti in *Criſta pavonis* fuit dictum, ſed magis oblongas, quarum quædam inſtar burſæ trigonæ ſunt, aliæ quadragonæ, duræ, glabræ, & obſcure hepatici coloris, in medio compreſſæ.

Externum lignum, uti & illud tenerorum truncorum, ex albo flaveſcit, vetuſtorum in medio pallide rubet, tenuibus ex fibris conſtat, durum eſt ac nigrum, Braſiliano ligno ſimillimum, ſed facilius per medium findi poteſt, immo, ſi recens cæſum ſoli exponatur, ſponte fiſſuras agit, in medio autem cor gerit parvum fungoſumque, craſſitiem habens pennæ anſerinæ, & obſcure flavum eſt quo magis ad radicem adcedit, vel inferiorem decumbentem truncum, eo magis rubet, ut & circa nodos, in veris enim ramis fere flaveſcit: Hoc lignum nullum perſiſtentem habet colorem, in diu cæſis enim fruſtis ex rubro flaveſcit inſtar croci rubentis, externe penitus nigrum, ita ut verum Ebenum quis putaret eſſe, quem colorem potiſſimum contrahit, quum navibus inponatur, quod enim per mare non transvehitur, interne pallide rubrum, & externe obſcure rubentem ſervat colorem, ſaltem quantum in Amboinenſi potuerim obſervare, vetuſtiſſima quoque ſegmenta circa truncum & radicem, quæ plerumque foveis & nodis excavata ſunt, interne rubrum perdunt colorem, & intenſe luteſcunt, ſuntque dura, vorticoſaque, nec tincturam exhibent copioſam, unde emortua cenſentur.

Radi-

XXV. HOOFDSTUK.

Sappan-bout.

DE *plant, daar van het Sappan-bout komt, word op zommige plaatſen een middelbare boom, op zommige, gelyk in deeze Eilanden, een ſtruik, in de dikte van een dye, met verſcheide ſtammen opſchietende, met de hooftſtam en de wortel gemeenlyk op de aarde nederleggende, zynde de ſtammen en grootſte takken overal met dikke doornen bezet, gelyk den wilde Rooſelaar of Eglantier. Ieder doorn is een booge wrat, met een ſcherpe ſpits boven op, dewelke aan de heel oude ſtammen meeſt afvallen, blyvende de wrat alleen ſtaan, zo dat deeze ſtruik in zyn jongheid niet aan te taſten is, zonder zig te bezeren, voorts aan ryskens, bladdragende ribbetjes, en bladeren, heeft hy groote gelykenis met de voorgaande* Criſta pavonis, *want de ryskens ſtaan twee en twee tegen malkander in geſchikte order, zo mede ribbekens en bladeren.*

De bladeren zyn grooter dan aan de Criſta pavonis, *ſchaars een lidt van een vinger lang, en een vinger breet, lankwerpig-vierkant, behalven dat de eene van de onderſte hoeken wat uitſpringt, boven zwart-groen en glimmende, van onderen geel-groen of vaal, zo digt aan malkanderen ſtaande, dat ze ſchynen een bladt te maken; zy ſtaan nooit zo wydt open als die van* Criſta pavonis, *maar een weinig toeluikende, en na zonne-ondergang na boven digt toeſluitende, 't welk ze ook doen des middags, als men een taksken afbreekt, zo dat men ze met geen geweld kan open houden, ook niet een quartier uurs na 't afbreken. Aan de agterſte ribbetjes ſtaan agt en negen, aan de middelſte vyftien, aan de voorſte tien en twaalf paren, altyt effen gepaart, en geen alleen vooruit, daar de ribbekens aan de ryskens t'zamen ſtoten, ziet men twee kromme doorntjes of haakjes, en aan de vordere ſteelen geene.*

De bloemdragende tros, is gelyk aan de Criſta pavonis, *of wat korter, maar de bloem van een ander fatſoen; namentlyk, als die van* Geniſta *of een groote* Viole, *met agt of negen geele blaatjes gemaakt, waar van de vier buitenſte kleinder, de vier andere grooter, rond, en wat hol zyn, gelyk aan de bloem van Ranunculus: behalven deeze ziet men nog een kleinder blaatje als een tonkske, mede geel en met roode linien getekent, en opwaarts gebogen, ſtaande digt by het middelſte propje van witte wolagtigheid gemaakt, in witte draatjes eindigende, die zwarte nopjes dragen, en t'zamen een krom hoorntje verbeelden, tegens den avond hebben ze een zoeten reuk, na het* Leucoium *of Muurbloemen trekkende, dog ſlapper.*

Op de bloemen volgen brede houwen, ſchaars een vinger lang, en anderhalf duim breed, glad, zeer hart, met een kromme ſpits, zwart-bruin als ze ryp zyn; men moet ze met geweld afbreken, en daar binnen leggen twee a drie platte boonen, gelyk in de Criſta pavonis *gezegt is, dog langwerpiger, zommige driekantig als een beurſje, zommige vierkantig, voorts hart, glad, en donker leververwig, en in de midden wat ingeduwt.*

Het buitenſte hout, en aan de jonge ſtammen doorgaans, is bleek-wit, aan de oude in de midden ligt-root, fyndradig, zwart en hart, het Braſilien-hout zeer gelyk, dog laat zig ligter in de lengte ſplyten, ja als het verſch gekapt in de zon gelegt werd, ſplyt het van zelfs, en in de midden heeft het een klein voos hert, zo dik als een Ganſe ſchaft, en donker-geel, hoe nader aan de wortel, of den onderſte kruipende ſtam, hoe rooder het valt, als mede omtrent de knoeſten, want in de regte takken is 't ſchier geel. Dit hout heeft geen beſtendige couleur, want in de lang gekapte ſtukken is het uit den roode na 't geele trekkende, als root ſaffraan, en van buiten gantſch zwart, zo dat men het voor Ebben-hout zoude aanzien, welke couleur hem meeſt overkomt, als het in de ſcheepen geladen word, want dat nooit over zee komt, behout van binnen een ligte-roode, en van buiten een donker-roode couleur: immers zo als ik aan 't Amboinſe gemerkt heb, zo verliezen ook de geheel oude ſtukken, die omtrent de ſtam en aan de wortel ſtaan, en gemeenlyk vol kuilen en knoeſten zyn, hare roode couleur van binnen, en worden hoog-geel, hart, en werrig, dog niet veel verwe van hun gevende, daarom men ze voor verſtorven houd.

De

Radices crassissimæ interne eleganter rubrum gerunt lignum, tingendo aptissimum, non autem sunt copiosæ, quum sint breves, ac mox albescant, nec etiam multum eradicantur ob magnum laborem, quum in locis plerumque crescant saxosis. Recens cæsarum vel elaboratarum odor est instar florum, sique pinguia sint frusta, circa nodos aromaticus instar Agallochi, masticati ligni sapor est dulcescens instar Brasiliani ligni, spumamque inficit colore ex rubro purpurascente.

Hujus itaque fruticis cor, sive rubrum sive intense luteum, proprie est *Lignum Sappanum* dictum, quo mercatura exercetur, quum tingendo sit aptum, quidam binas hujus ligni putant esse species, quarum prima est frutescens ac semi prorepens, varios emittens rectos stipites, ad distantiam quandam terræ incumbentes, qualis est vulgaris Amboinensis & Bunensis frutex, altera species erecta est arbor, cujus truncus viri crassitiem habet, non autem alta est, instar Sianensis & aliquando etiam Bimensis, si satis diu suæ committatur naturæ, montes amat saxosos, non autem nimis frigidos, magnumque obcupat locum istis in regionibus, in quibus sponte crescit: Optimum vero cædendi lignum hoc tempus est, quum adeo sit vetustum, ut plurimas suas dimittat rachides ac folia, nec multæ spinulæ in istis verrucis conspiciantur.

Nomen. Latine *Lignum Sappanum*, Belgice *Sappanhout*, Malaice *Cajo Sappan*, Bimaice *Supan*, Macassarice & Boetice *Sapa*, Javanice *Tsjetsjang* & *Sutjang*, Baleyice *Tjang*, Ternatice *Sunia* & *Sunya*, Tidorice *Roro*, Amboinice *Lolan*, Sinice *Sobâc*, Bengalice *Russok*: Vox *Sappan* derivari potest ab Arabico *Navarcha* Naupegus, quia illi opus habent hoc ligno ad exstruendum navium genus, unde & Malaicum *Sampan* deducitur, quod significat cymbam exornatoriam, Ternatinum vero *Sunya* descendit aut ab Arabico *Serlyn* acutus ob multitudinem aculeorum, aut ab Hebræo *Sene* Rubus, unde & Latine *Sentis*, quia frutex hic horridum efficit *Senticetum*.

Locus. Primaria ejus Patria est Siama, atque ipsi vicina Chompaa, quæ optimum exhibet lignum, quum maximum & crassissimum sit, quum ejus segmenta seu phalangæ veri cordis crus crassæ sint, duodecim ac quindecim pedes longæ, hodie autem a Malayensibus præfertur illud, quod ex Manilhis defertur, ipsi proxime adcedit Bunayense, in tota Cumbawa insula crescens, cujus segmenta vix pedem ac plerumque brachium modo crassa sunt, ac longitudinem vulgaris ligonis obtinent, porro quoque obcurrit in omnibus Moluccæ insulis, & Archipellæ, ubique in saxosis montibus, uti & Zeylana, Amboina, & Cerama, non sponte illud profert, sed ab incolis per semen propagatum in hortis ipsorum silvestribus, ita ut quisque frutex suum habeat dominum ac possessorem: in deserta Pulurhuna hodie quoque copiose obcurrit, dum ibi suæ committatur naturæ, uti & in Sinensium insula Ayiuana, quæ potissimum a Sinensibus inhabitatur Banditis.

Usus. Plurimum usum præbet Sappanum lignum ad rubrum colorem tingendum, quem in finem non tantum per totam Indiam sed etiam usque in Europam defertur; ejus frusta enim in aqua per noctem macerata, & modo ebullita læte rubrum seu roseum exhibent colorem, cum alumine autem, aliisve lignis ac foliis eandem virtutem habentibus, fortius cocta obscure rubrum instar Rubiæ tingunt colorem, quem in finem in Europæorum ergastulis secantur, & ad coctionem præparantur, quod tinctoribus committimus.

Harum insularum incolæ rubrum volentes tingere colorem, ramenta ejus in aqua ebulliunt cum foliis & cortice arboris *Leba*, ac radicibus *Bancudi*, quæ utræque in prioribus libris descriptæ sunt, inter coquendum addentes granula quædam integræ Oryzæ seu Pady, sique ejus gluma desquametur, sufficiens censetur coctio, tum frustulum contusi aluminis tincturæ injiciunt, ac lintea tingenda leviter adhuc ebulliunt, huic autem operi non omne alumen conducit, sed quod parum rubet, atque hinc *Dawas lolang* vocatur, uti alumen album *Dawas cutrang* dicitur, quod ad luteum colorem tingendum cum eodem adhibetur ligno: Vulgatissimus autem tingendi mos est cum ligno Lolan, Lehæ foliis, & alumine, si vero intense

De dikste wortelen hebben van binnen ook een schoon root hout, tot verwen zeer dienstig; maar dit is niet veel, want zy zyn kort, daar onder straks wit, en men kapt ze niet geern uit, wegens de groote moeite, als staande gemenelyk in steenige plaatsen. De reuk in het versch-gekapte of gewerkte is bloemagtig, en zo het vette stukken zyn, omtrent de knoesten wat speceryagtig, als Agel-hout, de smaak van het geknouwde is mede zoetagtig, als het Brasiel-hout, en verft het speeksel purper-root.

Zo is dan 't hart van deeze struik, 't zy rood of booggeel, eigentlyk het geen men Sappan-hout *noemt, en waar mede men koopmanschap dryft, als zynde tot verwen dienstig: zommige maken twee zoorten van Sappan-hout, als 't eerste de struikagtige en half kruipende van verscheide regte stammen, en een stuk weegs op de aarde leggende, gelyk het gemeene Amboinse en Bimase is: het ander werd een regte boom, de stam een man dik, dog niet boog, gelyk de Siamse, en ook zomtyts het Bimase, als zy het lang genoeg staan laten. Het wast gaarn op het gebergte, daar het zeer steenagtig, en egter niet al te kout is, bestaande een groote plaats op zig zelven in de landen daar het van zelfs wast. De regte tyd, om het rype hout te kappen, is, als het zo out geworden is, dat de meeste takjes en bladeren afvallen, en men ook niet veel doorntjes meer ziet op voornoemde wratten.*

Naam. *In 't Latyn* Lignum Sappanum, *op Bengalen* Sappan-hout, *op 't Maleits* Cajo Sappan, *op 't Bimas* Supan, *op 't Macassaars en Boeteis* Sapa, *op 't Javaans* Tsjetsjang *en* Sutjang, *op 't Baleits* Tjang, *op 't Ternataans* Sunia *en* Sunya, *op 't Tidorees* Roro, *op 't Amboins* Lolan, *op 't Chinees* Sobâc, *op 't Bengaals* Russok. *Het woort* Sappan *kan afgeleit werden van het Arabisch Navarcha, een Scheepstimmerman, om dat ze dit hout nodig hebben tot het maken van scheepen, waar van het Maleitsche* Sampan *afstamt, het geen betekent een opgeschikte schuite; en het Ternataansche* Sunya *komt af van het Arabische* Serlyn *scherp, om de veelte der doornen, of van het Hebreeuwsche* Sene rubus, *waar van het Latynsche* Sentis, *om dat deeze struik een verschrikkelyke doornbosch maakt.*

Plaats. *Zyn eerste Vaderlant is Siam, en het naburige Chompaa, 't welk men voor het beste houd, gelyk het ook het grootste en dikste is, zynde de mooten van het zuiver hert wel een dye dik, twaalf en vyftien voeten lang: hedendaags egter werd by de Maleyers gepre*f*ereert 't geen uit de Manilhas komt, de naaste prys houd de Bimase, op het geheele Eiland Cumbawa wassende, welker mooten schaars een been, en gemeenlyk maar een arm dik zyn, in de lengte van een gemene handspaak: voorts vint men het verspreit in alle Eilanden van den Moluksen Archipell overal op steenagtige bergen, als mede op Ceylon, Amboina, en Ceram, dog nergens in 't wild, maar van de Inlanders door zaat geplant in hare Bergtuinen; zo dat ieder struik zyn eigenaar heeft, op het verlatene Pulurhun vint men het hedendaags ook veel, dewyl het aldaar goede rust heeft, als mede in het Chineese Eiland Ayiuan, meest van Chineese Banditen bewoont.*

Gebruik. *Het meeste gebruik van het Sappen-hout is tot het rood verwen, tot welken einde het niet alleen door geheel Indien maar ook tot in Europa vervoert wert: de spaanders een nagt in water geweekt, en slegts opgekookt, geven een ligt-roode of Roose-couleur, maar met aluin of andere bladeren en houten, die dezelve kragt hebben, harder opgekookt, verwen Craprood, werdende ten dien einde in de Europische Raspbuizen gezaagt, en tot het koken geprepareert, 't welk wy de Verwers bevolen laten.*

De Inlanders deezer Eilanden willende rood verwen, koken de spaanders in 't water, met de bladeren en schorse van den boom Leha, *en de wortelen van* Bancudus, *beide in de vorige boeken beschreven; in 't koken snyt men eenige korls ongepelde ryst of pady, en als des zelfs bolster afgaat, zo houd men het voor genoeg gekookt, als dan doen ze een klompje gestote aluin daar in, en het linnen, dat ze verwen willen, nog eens zoetjes opkokende; hier toe houd men ook niet allerhande aluin dienstig, maar dat wat root ziet, en daarom* Dawas lolang *genaamt wert, gelyk men het wit aluin* Dawas cutrang *noemt, en tot het geel verwen met het zelve hout gebruikt; de gemeenste manier is het Lolan-hout, met de Leba-bladeren en aluin alleen, maar als zy het hoog-rood willen hebben,*

tense gelyk

tense rubrum requirant colorem, qualem Amboinenses multum expetunt, præter *Bancudi* radices addunt corticem *Mangii minoris*, *Palun* dicti.

Cum Guajavi foliis colorem adquirunt ex fusco fere rubentum, si lintea nigra ita præparata velint, ut ex purpureo simul splendeant colore, tum in Lolan & aluminis aqua intinguntur: Cistiarii elaboratum Ebenum hujus decocto inungunt, quod inde purpureum simul adquirit splendorem, omne vero, quod Sappano tinctum est ligno, ab aceto, Limonum succo, similibusque acidis liquoribus arcendum est, ab iis enim color perditur, degeneratque in inelegantem luteum, contra, si calce obliniatur, eleganter purpureum contrahit colorem, quo experimento tentamen omnium rerum instituitur, & tentatur an aliquid aliud rubrum ipsi sit junctum pigmentum: hoc quoque distingui potest Sappanum lignum ab aliis rubris lignis, uti Lingoa & Sandalo, si calcis quædam portio madida ipsi inliniatur, nullum enim aliud lignum inde purpureum adquirit colorem. Inter Sappani ligna quoque bonum a pravo hac re distingui potest, pravum enim seu emortuum vix tincturam adtrahet, quo enim magis purpurascit seu ejus tinctura sit purpureo proxima, eo melius lignum est, ex hoc quoque atramentum rubrum coqui potest, quod eundem fere præbet colorem ac Brasiliani ligni, parumque calcis additum purpurascentem exhibet colorem, major autem calcis quantitas purpuream efficit tincturam; alumen vero primæ mixturæ non addendum est, sed tamdiu exspectandum, donec semel ebulliverit; gummata autem non fert, quin separetur, quique experimentum instituere velit, sine dubio cum creta & calce elegantem Laccæ colorem inde excoquet, uti Sinenses papyrum suum tali tinctura eleganti & læte rubro colore obducere norunt: Comperi Amboinense lignum in parva Cerama & Tapia productum meliorem exhibere tincturam quam Bimasense, excepto quod hoc sit tenue & tenerum, navigiis insuper inficiatur.

Alter non minus utilis ejus usus est, quod ex illo cunei seu clavi formentur, quibus navigiorum parietes ac reliquæ partes in exstructione ipsorum connectuntur, quod naupegi nostrates cum ferreis clavis peragunt, hoc enim lignum non modo durum ac firmum est, quod acuminatum alia facile penetrat per ligna, sed in aqua insuper marina quam maxime durabile est, atque hinc cuncta dura ligna, ex quibus similes formantur clavi lignei, apud Amboinenses *Lolan*, apud Ternatenses *Suniba* vocantur, qualia in Amboina sunt *Lolan-key*, & *Lolan waran*, sic quoque in Ternata tres *Suniba* species sunt, quarum prima *Suniba garo* est genuina, mox descripta, atque sic cognominata, quum sit odorata instar *Garo*, seu *Agallochi*, secunda est *Suniba laut*, quæ est subsequens *Anticholerica*; tertia est *Suniba furi* seu *Suniba silvestris*, quæ ingens est, & erecta arbor, corticem gerens glabrum, ac folia Guajavi, cujus lignum internum est durum, solidum, & grave, coloris ex luteo rubri cum venis nigricantibus.

Lolani crassissima segmenta cistiariis & tornionibus venduntur, qui ex illis elegantissima tabulata cistarum & scriniorum formant, ut & tota sedilia, quum vero vivacem illum rubrum colorem non diu servat hoc lignum, hinc plerumque tenui calcea aqua inungitur, qua purpureum ac sensim fuscum contrahit colorem; qui autem adcuratam & politam requirunt tincturam, curam gerunt, ut lignum non coquatur nisi sereno & pacato aëre, pluviosis enim diebus si hoc fiat, color est quasi mortuus nec splendens, conbustum hoc lignum elegantem albumque exhibet cinerem, nullum autem lixivium ex hoc componendum est, in quo lintea alba eluuntur, quum inde rubescant, nulli etiam hujus ligni carbones sub cucuma deponendi sunt, in qua aquam potus Thee coquere velimus, quum inde rubescat, potuique isti ingratum conciliet colorem.

In re Medica suum quoque habet usum, si quis enim sive contusionibus, sive lapsu interne sit læsus, vel congrumatum in corpore habeat sanguinem, huic propinandum est decoctum ex binis hujus ligni partibus, & una parte octavæ arundinum speciei *Bulu swangi* dictæ, præparatum, hoc enim adtenuat sanguinem, atque per urinas vel alias evacuat vias, cum solo etiam Sappano ligno hoc fieri potest, quod sæpius in Amboina cum successu fuit institutum.

gelyk het de Amboinesen veel zoeken, zo doen ze behalven de wortelen van Bancudus *nog daar by de schorse van het* Mangium minus, Palun *genaamt.*

Met bladeren van Cujavos, *hier van werd de couleur schier bruin-rood, als men het zwarte linnen ook wil maken, dat het met een helder purper glimt, zo doopt men het zelve in Lolan-water en aluin: De Kistemakers bestryken ook het uitgewerkte Ebben-hout met deeze afkookzels, 't welk mede daar van een purper-glans krygt; maar alle 't geene, dat met Sappan-hout geverft is, moet men wagten voor Azyn, Limoensap, en alle zuurte, want daar door verschiet de couleur, en word lelyk-geel, daar en tegen als men het bestrykt met kalk, zo word het schoon purper, 't welk de proef is van alle dingen met dit hout, of iets anders rood geverft: hier mede kan men ook het Sappan-hout van ander rood hout, als Lingo en Sandelhout onderscheiden, als men wat nat gemaakte kalk daar op smeert, want geen ander hout zal purper daar van worden; onder het Sappan zelfs kan men het quade van het goede hier door onderscheiden. Want het quade of bestorvene neemt deeze tincture qualyk aan, want hoe hooger peers, en nader na 't purper, dat de tincture word, hoe beter het hout is: men kan 'er ook roode inkt uit kooken, die schier dezelfste couleur heefe, als het Brasilien-hout, en een weinig kalk daar in gedaan, maakt ze purper, en wat meer kalk, maakt ze peers; de aluin moet men in 't eerste niet daar by doen, maar wagten tot dat het eens opgekookt is. Gom wil ze niet verdragen, want daar van schift zy, en die het onderzoeken wil, zal met kryt of kalk buiten twyffel schoone Lacca-verwe daar van konnen koken, gelyk de Chineesen haar papier schoon blyde-rood daar mede weten te verwen. Ik heb bevonden, dat het Amboinse op klein Ceram, en in de Tapie gewassen, beter verfde dan het Bimase, het welk behalven dat het jong en dun, ook in de scheeps-ruimen dikwils geinfecteert is.*

Het tweede niet min nodig gebruik is, dat men daar uit de houte nagels of pennen maakt, waar mede men in 't opbouwen van scheepen, galyen, en sapans de herderen aan malkanderen hegt, en al 't geen onze Timmerluiden met ysere nagels doen, want het niet alleen een hart en styf hout is, 't welk toegespitst door andere houten dringt, maar ook in zout water durabel is. Hier van werden alle andere harde houten, waar van men diergelyke houte nagels maakt, by de Amboinesen Lolan, *en by de Ternatanen* Suniha *genaamt, als daar zyn in Ambon* Lolankey *en* Lolan waran, *en zo hebben zy in Ternaten mede driederlei* Suniha. *Eerst* Suniha garo *is het eigentlyke, zo even beschreven, en zo bygenaamt, om dat het welriekend is als* Gara *of* Agelhout. 2. Suniha laut, *is de volgende* Anticholerica. 3. Suniha furu *of* wilt Suniha, *zynde een groote regte boom, met een gladde schorse, de bladeren als Cujavus, binnen met een hard, digt, en zwaar hout, van couleur tusschen het hoog-geel en rood, met zwarte aderen gemengt.*

De dikste stukken van Lolan *werden aan de Kistemakers en Draaijers verkogt, die daar van fraaije lysten aan kisten en kassen, en door het draaijen geheele stoelen maken, dog dewyl het de levendigen roodigheid niet lang behout, zo werd het gemeenlyk met een dun kalkwater overstreeken, waar door het purper en met 'er tyd bruin werd: die in het verwen curieus willen zyn, gebieden dat men 't hout niet koken zal, dan by klaar en stil weer, want by regenagtige dagen werd de couleur droevig; van dit gebrande hout komt een schoone witte asch, maar men moet 'er geen loog af maken, want het witte linnen daar in gewassen, werd roodagtig, ook moet men geen kolen van dit hout onder de thee-ketel doen, want het water daar over warm gemaakt, werd roodagtig, en maakt de thee ongezien.*

In de Medicynen heeft ze ook zyn gebruik, want zo iemant door stoten of vallen binnens lyfs zig bezeert, of eenig geronnen bloed heeft, dien zal men te drinken geven de afkookzels van twee deelen deezes houts, en een deel van de agtste zoort Bamboesen, Bulu swangi *genaamt, want dit verdunt het bloet, en doet het door den uryn of elders lossen: men mag het ook met enkeld Sappan-hout doen, gelyk veelmaals in Amboina geëxperimenteert is.*


B
B
A

Ex *Guilielmi Pisonis* scriptis, ejusque *Libr.* 4. *Cap.* 25. adparet, lignum hoc *Sappanum* multum convenire cum Brasiliano ligno Portugallis *Pao de Brasil* dicto, Brasiliensibus *Ibira pitanga* vocato, dicit enim, arborem esse spinosissimam, folia gerentem parva, firma, & splendentia instar Buxi, cujus flores flavescunt & odorati sunt, fructus vero ejus sunt quodammodo diversi, sunt enim siliquæ planæ, obscure fuscæ, & hirtæ, fabas continentes quasdam rubras, duras, & splendentes. Ex tota hac arbore unum modo cor conligi potest pedem crassum, quod genuinum est *Brasilianum lignum*, atque ad tingendum rubrum colorem adhiberi potest, estque in re medica refrigerantis virtutis, unde in febribus & inflammatis oculis conducit, quem in finem in India Orientali *Sandalum rubrum* adhibere volunt, sed haud felici cum successu ob rationes libro secundo datas.

Job. Bauhinus Libr. 4. *Cap.* 37. adnotat, Onesicritum elegans rubrumque lignum ex insula Taprobana secum duxisse ad Alexandrum Magnum, idemque *Bauhinus* putat, hoc fuisse Brasilianum lignum, vero similius autem est, hoc fuisse Sappanum lignum, quod copiose crescit in insula Zeylana ab Alexandri populo pro Taprobana habita, quam alii vero putant fuisse Sumatram.

Uit de schriften van Guilielmus Piso Libr. 4. Cap. 25. *blykt, dat ons* Sappan-hout *groote overeenkomst heeft met het Brasilien-hout, in 't Portugees* Pao de Brasil, *op Brasiliaans* Ibira pitanga *genaamt, want hy zegt, dat het een zeer doornagtige boom zy, met kleine, styve, en blinkende bladeren, als de Buksboom, met geele en welriekende bloemen, dog de vrugten verschillen wat, dewelke aan 't Brasilien-hout platte, donker-bruine, en steekelyke houwen zyn, binnen met eenige roode, harde, en blinkende boonen. Uit een geheele boom kan men maar 't hert, een heen dik hebben, 't welk het regte* Brasilien-hout *is, dat men tot het roodverwen gebruikt, en in de medicyne bevonden werd van een verkoelende kragt te zyn, dierhalven in koortsen en verbitte ogen dienstig, waar toe men in Oostindien het* roode Zandel-hout *gebruiken wil, dog met slegt succes, om reden als in 't tweede boek gezegt is.*

Johan Bauhinus Libr. 4. Cap. 37. *teikent aan, dat Onesicritus wel en schoon rood hout uit het Eiland Taprobana met zig gebragt heeft tot Alexander Magnus.* Bauhinus *meent, dat dit het Brasilien-hout geweest is, maar waarschynelyker is het Sappan-bout geweest, het welk overvloedig groeit op Ceylon by Alexanders luiden voor Taprobana gehouden, het welk andere voor Sumatra nemen.*

In Rumphii adpendice hæc addita sunt.

In *Hort. Malab. part. 6. fig.* 2. Malabarice vocatur *Tsjampangam*, Portugallice *Pao de Sappan.* Belgice *Raspbout* & *Sappanbout*, cujus descriptio cum nostra convenit, tingendi vero mos hic alio instituitur modo. *Commelinus* vero & *Bauhinus*, putant speciem esse *ligni Brasiliani*, quod supra in textu jam memoratum est, Cl. autem *Pauli Hermanni* hoc tempore Professoris Botanices Leidæ sententia melius quadrat cum forma & natura fruticis, qui illum *Acaciam Tinctoriam* vocat, sic quoque illud comparavi cum frusto ligni banchinalis mihi ex Hollandia transmissi, quod ex insulis Occidentalibus defertur, & in Hollandia ad tingendum quoque adhibetur, quodque comperi substantia, colore, aliisque qualitatibus proxime convenire cum nostro ligno *Sappano.*

In het aanhangzel van Rumphius wert dit 'er bygedaan.

In het sesde deel fig. 2. *van de* Hortus Malab. *wert het genaamt op 't Maleits* Tsjampangam, *in 't Portugees* Pao de Sappan, *in 't Duits* Rasphout *en* Sappanhout, *wiens beschryving met de onze redelyk overeenkomt, dog de manier van verwen is aldaar anders.* Commelin *en* Bauhinus *meenen, dat het een zoort is van* Brasiliaans-hout, *het geen wy boven in de text al vermelt hebben. Dog het gevoelen van de vermaarde* Paulus Herman, *thans Professor in de Kruidkunde tot Leiden, stemt beter met de gedaante en natuur van deeze beester overeen, welke hy noemt* Acacia tinctoria, *zo heb ik het zelve ook vergeleken met een stuk Stokvisbout, my uit Holland toegezonden, het geen uit de Westindien komt, en in Holland gebruikt wert om te verwen, het geen ik bevonden heb, dat in substantie, couleur, en andere hoedanigheden het naast overeenkomt met ons* Sappan-hout.

Tabula Vigesima Prima

Ramum exhibet arboris, cujus *Lignum Sappanum* est verum.

Ubi litt. A. ejus *siliquam planam*, & B. B. *officula* denotant.

De een en Twintigste Plaat

Vertoont een tak van een boom, welkers hout het opregte *Sappan-hout* is.

Alwaar lett. A. deszelfs *platte houwe*, en B. B. de *zaadkorls* aanwyzen.

OBSERVATIO.

Juxta *Cl. Hermannum* hanc arborem ad Acacias retuli in *Thes. Zeyl. pag.* 3. quæ *Hermanno* in *Mus. Zeyl. pag.* 42. vocatur Acacia major, tinctoria, Zeylanica, *Pansapan* dicta, estque Erythroxylum, seu lignum rubrum, Indicum, spinosissimum, Coluteæ foliis, floribus luteis, siliquis maximis *Par. Bat. pr. pag.* 332. & Acacia gloriosa, Zeylanica, tinctoria, amplioribus foliis spinosa *Plukn. Almag. pag.* 5. & Crista Pavonis Coronillæ foliis secunda, sive Tinctoria Indica, flore luteo racemoso minore, siliqua latissima glabra, lignum rubrum *Sappan* dictum ferens *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 37. reliqua vide in *Thes. Zeyl. loc. cit.*

AANMERKING.

Volgens den vermaarde *Herman*, heb ik deeze boom tot de Acaciaas gebragt, in myn *Thes. Zeyl. pag.* 3. en wert genaamt de groote Ceylonse Acacia, tot verwen dienstig, en *Pansapan* genaamt, van *Herman* in zyn *Mus. Zeyl. pag.* 42. en is de Erythroxylum, ofte het root Oostindisch hout, zeer doornagtig, met de bladen van Colutea, geele bloemen, en zeer groote houwen, in zyn *Par. Bat. Pr. pag.* 332. en de schoone Ceylonsche Acacia, tot verwen gebruikelyk, met breder bladeren, en doornagtig, van *Plukn.* in zyn *Almag. pag.* 5. en de Crista Pavonis de tweede, met bladen van de Coronilla, ofte de Indische en verfagtige met een geele kleinder trosagtige bloem en een brede gladde houw, het roode hout *Sappan* genaamt, voortbrengende, van *Breyne* in zyn tweede *Prodr. pag.* 37. het overige ziet in de *Thes. Zeyl.* op de aangehaalde plaats.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Anticholerica. Upas bidji.

ANticholerica quam maxime similis est præcedenti *Sappano*, sed non tam alte crescit, ad altitudinem nempe vulgaris *Ligustri*. Ejus truncus brachii & ad summum pedis crassitiem habet, in multos longos & regulares divisus ramos, qui cortice obducti sunt glabro, lento, & rotundo, nullis spinis vel scabritie obsesso, quique facile decorticari potest uti in Salice. Ejus folia regulari ordine obposita sunt, majora autem illis Sappani, magisque distantia, septem, octo, ac novem paria una in rachide cum extremo inpari, suntque crassiuscula, superne obscure virentia nec splendentia, inferne lanuginosa & cinerea, oris plerumque deorsum inflexis, ab utraque parte subrotunda, binos vix pollices longa, ac ultra unum lata, inferiora autem breviora sunt, brevissimis petiolis insidentia, quæ omnia cum superioribus ramulis lanuginosa & ad tactum mollia sunt, sub noctem deorsum sese claudunt dorsis sibi incumbentibus, non autem arctissime, in majoribus enim rachidibus tantum deorsum inflectuntur & dehiscunt quasi, contra post meridiem in junioribus rachidibus sursum parum quasi elevantur.

Flores illis *Sappani* quam simillimi sunt, ex quinque flavescentibus constructi petalis, quorum maximum & summum retrorsum est inflexum, uti in plurimis leguminosis id observatur plantis, bina sunt lateralia, in quibus bina alia continentur, ac simul unum quasi formant corniculum, seu fasciculum includunt, ex quibusdam adunatis staminibus compositum.

Fructus sunt siliquæ nodosæ, sex novemque pollices longæ, racemosæ quasi, ac plures simul dependentes, externe lanuginosæ & griseæ, ac sensim quoque nigricantes, in multos rotundos nodos seu isthmos divisæ, per angusta intervalla sibi adunatæ, in quovis autem nodo officulum continetur instar majoris Pisi, obscure hepati coloris, quædam autem horum sunt rotunda, quædam parum gibbosa & umbilicata, seu hilo notata, instar omnium Pisorum, saporis fabacei & maxime amaricantis, qui in tota itidem detegitur planta.

Lignum externe pallide flavescit, in medio vetustorum truncorum obscure cinereum seu gilvum, solidum & durum est instar *Sappani*, oportet autem, ut trunci sint pede crassiores, seu instar vulgaris arboris, in minoribus enim fruticibus non observatur.

Ejus radix est rara, sed longissima & profunde terram penetrans, multisque longis fibris instar chordarum dependens, peculiaris etiam formæ; externe enim obscure lutea est, nodosa, seu in genicula divisa, squamoso ac lacerato obducta cortice, interne autem magis flavescit quam lignum; saporis amaricantis instar officulorum, virtute pollens medicata: Floret Octobri & Novembri, ejusque siliquæ per annum ex stipite dependent, officula vero mensibus pluviosis putrescunt.

Nomen. Latine *Anticholerica*, juxta Malayense *Upas bidji*, ob rationem inferius dandum, item *Lolan pantey*. Ternatice *Suniba laut boubou* & *biberan*, quibusdam *Upas camarungi*, & *Panawa soffo*, Bandice *Mattua massin*, h. e. Malaice *Ubat roston*, seu specificum contra *Naris polypum*, Amboinice in Hitua *Lolan laynubi*, h. e. Lolan litorea, & *Lolan abuq*, h. e. *Fabacea lolan*, quod cognomen cunctis tribuunt plantis rotundos & fabaceos fructus gerentibus. Uliasserice *Russu layn*, & *Lussu layn* eadem significatione.

Locus. Hic frutex nullibi obcurrit nisi in litoribus arenosis & præruptis, potissimum vero in parvis insulis desertis ac arenosis, ubi in mediocres excrescit arbores, uti præ cæteris reperiuntur tales arbusculæ in insulis ante Ossa hoedi sitis, ubi hæ adeo sunt copiosæ & densæ, ut ipsarum unam, quæ Melawa vocatur, totæ obcupent, multum porro obcurrit & crescit in majorem altitudinem in insulis Moluccis, in Amboina, in insula Vinifera dicta circa Lieu, in Orientali Omæ litore, in Uliasserensibus insulis circa Ouwan, in Cerama Orientali, ubi *Caju uda* vocatur, ac porro in aliis arenosis Javæ & Borneæ insulis, ubique

XXVI. HOOFDSTUK.

Middel tegens het Bort.

ANticholerica *heeft groote gelykenis met het voorgaande* Sappan-hout, *dog het wast zo hoog niet, maar als het gemene* Ligustrum. *De stam is een arm of op het meeste een been dik, in veele lange en geschikte takken verdeelt, met een effene taaije ronde schorse, zonder eenige doornen of ruigte, en laat zig afschillen, gelyk aan de wilgen. De bladeren staan ook geschikt tegen malkander, grooter dan aan Sappan-hout, en wyder van malkander, met zeven, agt, en negen paren, en een alleen voor aan een rysken, dikagtig, boven donkergroen, en zonder glans, van onderen wolagtig en grys, met de randen gemenelyk wat nederwaarts gekromt, agter en voor rond, schaars twee duimen lang, en ruim een breed, dog de agterste zyn korter, op zeer korte steeltjes, aan de ryskens staande, die alle nevens de bovenste takken wolagtig, en zagt in 't aantasten zyn, des nagts sluiten ze haar nederwaarts met de rugge tegen malkanderen, dog niet zeer digt, want aan de oude ryskens staan ze slegts nederwaarts gebogen, en gapende, daar en tegen na de middag aan de jonge ryskens luiken ze wat na boven toe.*

De bloemen zyn die van 't Sappan-hout *meest gelyk, bestaande uit vyf ligt-geele blaatjes, waar van het grootste en bovenste agterwaarts gebogen is, gelyk meest alle bouwen-dragende planten. De andere twee staan ter zyde, bevattende binnen haar nog twee andere, en t'zamen een hoorntje of propje van zommige aan malkander klevende draatjes gemaakt.*

De vrugten zyn knoppige houwen, zes en negen duim lang, met bosjes by malkander hangende, van buiten wolagtig en grys, dog met 'er tyd ook zwartagtig, in veele ronde knobbelen verdeelt, die met smalle halsen aan malkander hangen; in ieder knobbel steekt een korl als een groote erwete, donker-leververwig, zommige rond, zommige wat bultig, met een naveltje, gelyk alle erweten, uit den boonagtigen zeer bitter van smaak, dewelke men in de geheele plant gewaar werd.

Het hout is van buiten bleek-geel, in de midden aan de oude stammen donker-graauw of muis-verwig, digt en hart als het Sappan-hout, *dog als dan moeten de stammen dikker dan een been zyn, of als middelbare boomen, want aan de gemene struiken vint men het niet.*

De wortel is weinig, dog zeer lang, diep, met veele lange veeselinge in de gedaante van koorden behangen, en voorts van een byzondere gedaante, want van buiten is ze donker-geel, knoppig, of als in leden verdeelt met een schubagtige of gescheurde schorse, binnen geelder als het hout, naast de korls bitter van smaak, en van een medicinale kragt; het bloeit in October en November, en de houwen blyven wel een jaar aan den stok hangen, dog de korls bederven in de regen-maanden.

Naam. *In 't Latyn* Anticholerica, *na 't Maleits* Upas bidji, *om reden als hier na, item* Lolan pantey, *op Ternaten* Suniha laut boubou *en* biberan, *by zommige* Upas camarungi *en* Panawa soffo, *op Banda* Mattua massin, *dat is in 't Maleits* Ubat roston, *of tegen-baat tegens* Polipum *der neus, Amboins op Hitu* Lolan laynuhi, *dat is strand-Lolan, en* Lolan ahuq, *dat is* Bone lolan, *welke toenaam zy geven aan alle planten, die ronde en bone-vormige vrugten dragen, in de Uliassers* Russu layn *en* Lussu layn, *met dezelfste beduidenisse.*

Plaats. *Deeze struik wast nergens dan op grofzandige stranden, en meest die styl oplopen of een style wal hebben, maar alderliefst op kleine onbewoonde en zandige Eilandekens, daar het middelbare bomen werden, gelyk men onder anderen ziet op de Eilandekens, die voor Assa hoedi leggen, daar deeze boompjes zo veel en digt staan, dat ze het eene van dezelve genaamt Melawa, geheel beslaan; voorts wast het veel en groot in de Molukse Eilanden; in Amboina op het Druiven-Eiland omtrent Lieu, gelegen op de Ooststrant van Oma, in de Uliassers omtrent Ouw, op Oost-Ceram, alwaar het* Caju uda *hiet, en op andere zandige Eilanden meer omtrent*

Java

que autem ſumma cum admiratione conſpicitur, arbuſculas tales tam luxurioſe ſua proferre folia, elegantemque exhibere formam in arena tam ſterili ac gracili, in qua levi denudatione radix detegitur, vero ſimile eſt, alimentum ſuum haurire per memoratas iſtas fibrillas ex profundo: natura autem hanc plantam adeo elegantem formavit, ut eleganti ſua forma prætereuntes adliciat, quæ facile tractari poteſt, omnibusque ſuis partibus cuivis ſeſe obfert, quietem autem ac ſolitarium quam maxime amat locum, ut ſeparata ſit ab hominibus & animalibus, per oſſicula in hortis & circa ædes plantari & propagari poteſt, ubi autem aërem marinum non habet, gracilis eſt, ac tarde fructus profert.

Uſus. Si hæc planta non adeo eſſet vulgaris, atque ubivis obvia, argento vix ſolvi poſſet ob quotidianum ipſius uſum & auxilium in periculoſis quibusdam morbis, præſertim vero ſpecificum eſt remedium in omni Cholera, & fluxu Cholerico, ad æſtuantem bilem & enormes vomitus ſedandos & ſiſtendos, unde nomen Malayenſe ſuam habet originem, ac Latinum ipſi inpoſui tale nomen, *Upas* enim non tantum Malayenſibus dicitur omnis Cholera, adjectione *Mera* ſeu rubra, Pleuritis, & *Itam* Colica, ſed cuncta inſuper remedia morbis iſtis oppoſita, uti & hæc planta *Upas bidji*, h. e. granulifera vocatur, in hunc enim finem æque ejus grana ſeu oſſicula quam radices conducunt, illa vero amariſſima ſunt, quorum tria vel quinque ſupra porphyritim cum aqua conteruntur ac propinantur. Radix itidem cum aqua conteritur, cujus cyathus ſimul adſumitur, conducunt etiam ad pleuritidem ſpuriam, ſeu coſtarum & dorſi lancinationes, item contra omne venenum ex mari productum, ita ut hæc radix tanquam Bezoardicum marinum ſit habenda.

Ternatenſes hanc plantam cum *Pharmaco magno* ſeu *Solamu lobon*, habent pro binis primariis medicamentis, quum nempe optima & expertiſſima ſint remedia contra tres periculoſos morbos Choleram, Pleuritidem, & Venenum, quos omnes nomine *Upas* indigitant.

Bina ejus oſſicula cum aqua contrita & propinata dolorificam curant urinæ mictionem, Dyſuriam dictam, item ſanguinolentam & purulentam Gonorrhææ mictionem, Ternatenſibus *Valamu*, Malayenſibus *Bilumus* vocatam, uti & Hæmoptöen, quidam quoque illa adhibent in Colica & Dyſenteria, ſeptem nempe ejus granula adſumuntur bono cum ſucceſſu, quo usque nempe acrem temperant bilem: pauca enim ſalſedo in hiſce ac radice latitans illius acrimoniam tollere valet, in cæteris autem diarrhæis nullum præſtat effectum: Malayenſes hac utuntur radice cum illa *Klitsji*, contra cuncta adſumpta venena. Ternatenſes illam conterunt cum *Lanſii* radicibus & *Limone ſwangi*, illiniuntque tumoribus & Hydropi, eadem quoque radix cum *Ujay lako* præparata & propinata in Cholera & Dyſentera prodeſt.

Ceramæ Orientalis incolæ conterunt vel radunt hanc radicem, ejusque portionem adſumunt cum pauxillo *Siu* & *Caryophyllis*, inunguntque hanc mixturam abdomini & pectori contra *Upas* quandam ſpeciem, ſi quis nempe ex inferiore abdominis parte anxietatem quandam hyſtericam ſentiat, tanquam ſuffocativam, ut & contra noxios illos piſces, Utricularios dictos, item ſi quis a noxio quodam piſce ſit vulneratus, maſticata oſſicula pedi vel læſæ parti inponet, atque ſupra ignem tenebit, unde omne malignum extrahitur venenum.

Quum itaque Mauritani ac Malayenſes hanc plantam tanti faciant, certum quoque obſervant tempus in effodienda radice, ac conligendis ejus oſſiculis, primo autem illam eligunt, quæ in incultis & deſertis iſtis creſcit parvis inſulis, quum ex ipſorum opinione hujus ſalutaris radicis vires minuantur, ac corrumpantur, ſi canes vel apri illam adtingant & aliquando ad eam mingant: Radix autem exfodienda eſt ſicco quodam die & matutino tempore, poſt meredianum autem ego præferrem, pluvioſo enim tempore ſi id fiat, radix ejusque oſſicula vix a mucore præſervari poſſunt, quod de omnibus notandum eſt plantis litoreis, oportet autem, ut arbores iſto tempore nullos gerant fructus, antequam autem illam incipiant eruere, fila quædam ſericea, & ænea pettis dicta radici adponunt, tanquam tributum vellent ſolvere naturæ pro iſto dono. Mau-

Java en Borneo: overal ziet men met verwondering, dat een boompje zo weeldrig van bladeren en ſchoon van gedaante, in zo mageren zant voortkomt, dat men met weinig ſchoppen de wortel ontbloot; zynde waarſchynelyk, dat het zyn voetſel door bovengemelde vaſelingen uit de diepte trekt: de natuur heeft zeker zo een fraaije plant gemaakt, die met hare fraaije gedaante de voorby gaande aanlokt, en die gemakkelyk is aan te taſten aan alle hare deelen, en van alle kanten hare gaven aanbied: alleenlyk willen ze haar ruſt hebben, en van der menſchen en beeſten woning bevryd zyn; met de korls kan men ze ook in de boven en omtrent de huizen planten, maar overal daar ze de zeelugt niet raakt, blyft ze mager, en draagt langzaam.

Gebruik. *Indien deeze plant zo gemeen niet was, men zoude ze met zilver behoren op te wegen, wegens haar dagelykſe hulp, die ze in eenige zorgelyke ziektens toebrengt; inzonderheid is ze een toegeëigend geneesmiddel in alderlei bord, Cholericus fluxus, om de woedende gal en 't geweldige braken te ſtuiten, waar van ze in 't Maleits de naam heeft, en ook in 't Latyn van my bekomen, want* Upas *hiet by de Maleyers niet alleen alderlei bord, en met byvoeging van* Mera *of roode Pleuris, van* Itam *het Colyk, maar ook alderlei geneesmiddelen tegen dezelve ziekte, gelyk dan deeze plant* Upas bidji, *dat is korldragende genaamt wert; hier toe zyn de korls of erweten en wortelen even goet, de korls zyn de bitterſte, waar van men drie of vyf op een ſteen met water vryft, en inneemt, de wortel vryft men insgelyks met water, en drinkt daar van een kopje vol; zy dienen ook tegen een baſtard Pleuris, of ſteeken in de ribben en rug. Item tegens allerhande venyn, dat uit de zee komt, zo dat de wortel voor een Zee-beſoar moet gehouden werden.*

De Ternatanen rekenen deeze plant met het Pharmacum magnum *of* Solamu lohon, *voor de Zeehoofden of Koningen van alle medicamenten, om dat ze voornamentlyk dienen tegens de drie periculeuſe ziekten, Bord, Pleuris, en Venyn, die ze alle drie met den naam van* Upas *benoemen.*

Een paar korls met water gevreven, en gedronken, genezen het pynelyk piſſen, als mede het bloedig en etterig piſſen in Gonorrhea, in 't Ternataans Valamu, *in 't Maleits* Bilumus *genaamt, als mede het bloedſpouwen; zommige gebruiken 't ook in de Colyk en Roode Loop, zeven korls ingenomen met goed ſucces, te weten zo ver dezelve uit een ſcherpe gal komt, want een kleine ziltigheid, die in deeze wortel is, kan dezelve gal verdoven, maar in andere buiklopen doet het geen baat. De Maleyers gebruiken de wortel met die van* Klitsji, *tegens allerhande ingenomen venyn: de Ternatanen wryven ze met* Lanſa-wortelen, *en* Limoen ſwangi *opgeſmeert, voor Zwellingen en Waterzugt. Als ook dezelve wortel met* Ujay lako *toegemaakt, en gedronken, is goed in den graauwen en in de bloed-loop.*

De Ooſt-Ceramers wryven of ſchrapen de wortel, nemen daar van wat in, met een weinig Siu *en* Garioffelnagelen, *ſmeren 't zelve op de buik en borſt, tegens een zoorte van* Upas, *als iemand van onderen op eenige benaautheid opſteigende gevoelt, die hem verſtikken wil, en tegens de ſchadelykheid van een gegeten opblaſer of utricularius; item als iemand van een pylſteert of venynige viſch geſtoken is, zal de geknouwde korls daar op leggen, en de voet boven 't vuur houden, het welk dit fenyn zal uittrekken.*

Dewyl nu de Moren en Maleyers deeze plant zo hoog ſchatten, zo onderhouden zy ook eene preciſe tyt in 't uitgraven en verzamelen van dezelve; voor eerſt verkiezen zy het geene dat op onbewoonde Eilandekens waſt, om dat na haar zeggen de kragten van deeze heilzame wortel vermindert en bedorven werden, als 'er honden of wilde verkens overlopen, en by geval dezelve bepiſſen. Het uitgraven moet geſchieden op een drogen dag, en 's morgens, dog na de middag houde ik 't al zo goet, want by regenagtig weer kan men de wortel en korls qualyk voor ſchimmel bewaren, gelyk alle ſtrand-gewaſſen, en dan moeten de boomen nog geen vrugten hebben; eer ze graven, leggen ze eenige draden van zyde en kopere pettis genaamt, by de wortel, om dat zy de natuur voor hare gaven willen dankbaar ſchynen en betalen.

Mauritanus quidam rhizothomus mihi adſtans, antequam effodere inciperet, verba quædam ſuſurrabat, rogatus autem, quid ſibi vellet, reſpondebat, ſeſe Deum creatorem invocare, ut virtutes radicis vellet confirmare, uti & quædam ejus intelligebam vocabula, inter effodiendum etiam quam maxime curam gerunt, ne alicujus umbra radicem tangat, quum quidam homines tetrum exhalent odorem radici noxium, dein primo inferiorem ejus amputant partem, terræ infixam, ac demum reliquam arbori proximam, ſaltem in eruenda radice non multum temporis terunt, ne ejus vires in terram profundantur, effoſſa hæc radix mox depurata eſt, quum arena ſtatim decidat, ac tali modo per multos conſervari poteſt annos.

Oportet autem, ut radix haud multo ſit craſſior pollice, tenuior prævalet, immo ipſæ fibrillæ bonæ ſunt notæ, circa truncum vero minus ſunt efficaces, totus autem ejus cortex ſervandus eſt, quum plurimis ſit inprægnatus viribus & maxime amaricet: Obſervavi quoque oves ejus folia avidiſſime depaſcere, quod mirandum eſt, quum adeo amaricent; in Europa tamen id etiam in amaro Agno Caſto vidi.

Ternatenſes obſcure cinereo truncorum meditullio utuntur loco *Suniba* ſeu *Lolan*, ex quo clavos ligneos Corre Corren aliorumque navigiorum formant, unde & nomen ſuum aliud obtinuit. Tantam vero duritiem in hoc corde non obſervari, ſaltem minorem quam in illo veri *Lolan*, credo autem, quum ſit planta litorea, quod in aqua marina ſit durabile lignum, obſcurum iſtum ſeu terreum colorem haud diu ſervat, ſed in luridum mox degenerat.

Bandanenſes & incolæ inſulas ad Eurum ſitas inhabitantes, difficiles ac ridiculas in effodienda hac radice inſtituunt ceremonias, foſſorem inperantes nudo id corpore efficere, ac primo auri fruſtulum ſeu nummum quendam arbori adponere in grati animi quaſi teſtimonium: Quidam Germanus in Banda hanc volens imitari nudo ſuo corpore effoſſionem, vehementi corripiebatur febri, & a millepeda venenata e radice prodeunte ictum in pede contrahebat, unde poſtea ſuperſtitioſum iſtum modum devovebat: Bandanenſes illam vocant *Ubat maſſin*, quum illa curent *Mattua maſſin* ſeu *Roſton*, qui eſt polypus & cancer naſi, qui ex ſalſo ortum ducit humore, ut & Pleuritidem, ac noxios cibos ex mari productos, ſi quis ſeſe male habeat a venenato quodam cibo, unde tali magna anxietas, & Vomendi conatus ſupervenit, hic tria vel quinque hujus grana in aqua contrita adſumet, quæ per vomitum omne toxicum rejicient, ac ſimul phlegmaticum depurant ventriculum, cui autem nihil deeſt, nullum cauſſabunt vomitum, ſique præceſſerit, hunc ſedabunt.

In adpendice hæc adduntur.

In inſulis ante Bataviam & Javam ſitis hæc arbuſcula in ſufficienti ſatis obcurrit copia, pedem & minus craſſa, atque ibidem vocatur *Caju maas*, h. e. aureum lignum, quum inter effodiendam radicem annulum aureum ſeu auri fruſtum ipſi ſit adponendum, hoc enim, uti ſupra dictum fuit, eſt tanquam gratitudinis tributum, quod naturæ ſolvitur, quum vero opus ſit peractum, effoſſor deum ſuum ac donum tollit, qua in re Amboinenſes ſunt politiores, relinquunt enim ſericeum vel aureum filum.

Alii hanc vocent plantam *Kellor laut* ob foliorum quandam ſimilitudinem cum illis *Kellor*, quæ arbor eſt ſupra *libro quinto Clypearia maritima* dicta. Malayenſes quoque ejus radicem adhibent tanquam Bezoardicum marinum contra noxium piſcium cibum, aliaſque malignas res e mari productas, uti & contra Choleram & febres, in his vero ſi adhibeant, aliquid Zingiberis & nucis Moſchatæ pulveriſatum addunt. Alii Malayenſes hac quoque utuntur contra Odontalgiam, fruſtulum corticis radicis denti inponentes, qui magnam pituitæ copiam adtrahet, unde dolor ſedatur.

Tabula Vigeſima Secunda

Ramum exhibet arboris, quæ per excellentiam *Anticholerica Rumphio* vocatur.

Een Moorſe Wortelgraver nevens myn zyde ſtaande, preutelde nog eenige woorden, eer hy groef, en gevraagt zynde wat het was, antwoorde, dat hy ſlegts Godt den Schepper aanriep, om de kragten van de wortel te ſterken, gelyk ik ook eenige woorden daar van verſtond, in 't uitgraven willen ze niet dat onze ſchaduwe op de wortel valt, om dat zommige menſchen een quade reuk hebben, die de wortel beledigt, daar na kappen ze eerſt een onderſte end af, dat in de aarde ſchiet, en als dan het ander naaſt den boom. Immers zy willen niet hebben, dat men met het losmaken lang morre, op dat de kragten niet in de aarde ſchieten; de uitgegravene is ſtraks ſchoon, zo als men ze uittrekt, vermits het zant 'er ligt afvalt, en zo kan men ze veel jaren bewaren.

De wortel moet niet veel dikker dan een duim zyn, maar wel dunder, want ook de vaſelingen goet zyn, maar omtrent de ſtam zyn ze onſterk; men moet de geheele ſchorſſe gants daar aan laten, als daar de meeſte kragten en bitterheid in ſteekt. Ik heb ook gezien, dat de ſchapen gaarn deeze bladeren eten, 't welk wonder is, om dat ze zo bitter zyn, evenwel in Europa doen ze het ook met den bitteren Agnus Caſtus.

De Ternatanen gebruiken het donker-graauw hert van deeze ſtamme, in plaats van Suniha *of* Lolan, *om houte nagels tot Corre-Corren en andere vaartuigen nodig daar van te maken, waar van het ook zynen anderen naam heeft. Ik heb zo groote hardigheid in dit hert niet gevonden, immers minder dan aan het regte* Lolan, *maar ik geloof, dat het een ſtrandgewas zynde, duurzaam in zeewater is; de donkere of aardverwige couleur behout het ook niet lang, maar beſterft bleek of doods-verwig.*

De Bandaneſen en Inlanders van de Zuidooſter Eilanden, gebruiken een zo moeyelyke als belachelyke manier of ceremonie, by het uitgraven van deeze wortel, belaſtende den graver moedernaakt het zelve te doen, en een ſtukje goud, of ten minſten eenig geldt eerſt by de wortel des booms te ſteeken, quantswys tot dankbaarheid. Zeker Duitsman in Banda dit willende nadoen, bequam door zyn naaktgaan een wakkeren koorts op 't lyf, en een ſteek van een lelyke duiſentbeen uit de wortel voortkomende, wilde daar na deeze ſuperſtitie niet meer nadoen; de Bandaneſen noemen ze Ubat maſſin, *om dat ze daar mede genezen het* Mattua maſſin *of* Roſton, *dat is Neuzezwere, die uit een ziltige humeur komt, behalven het Pleuris en fenynige koſt, die uit de zee komt, als iemand zig qualyk gevoelt van eenige ſchadelyke koſt, waar van hem een groote benaautheid en brakens-dwang overkomt, die zal drie of vyf van deeze korls in water gewreven, in nemen, dewelke door 't braken al 't ſchadelyke zullen uitwerpen, als mede een vervuilde maag zuiveren, maar die niets ſchort, zullen ze geen braken verwekken, en zo het voorgegaan is, het zelve ſtillen.*

Dit wert in het aanhangzel 'er bygedaan.

Op de Eilanden van Batavia en Java gelegen, komt dit boompje in redelyke menigte voort, een voet en minder dik, en wert aldaar genaamt Caju maas, *dat is, goudhout, om dat onder het graven van de wortel zy daar een goude ring ofte ſtuk gouds by leggen, het welk geſchiet, zo als boven gezegt is, als een gift tot dankbaarheid aan de natuur voor haar gave; dog als dit werk verrigt is, zo neemt de graver zyn goed en gave weder met zig, waar in de Amboineſen genereuſer zyn, latende de zyde ofte goude draat leggen.*

Andere noemen deeze plant Kellor laut, *om de gelykheid deezer bladen met die van de* Kellor, *welke boom boven in het vyfde boek* Clypearia maritima *genaamt wert. De Maleyers gebruiken deeze wortel als een zeetegengift tegens de ſchadelyke viſſen, en andere ſchadelyke dingen uit de zee voortkomende, als mede tegens het hort en de koortzen, waar in zy een weinig Gember en Notemuscaat bydoen. Andere Maleyers gebruiken deeze mede tegens de tandtpyn, een ſtukje van de ſchors des wortels in de tandt ſtekende, het welke veel ſlym uittrekt, en de pyn ſtilt.*

De Twee- en Twintigſte Plaat

Vertoont een tak van een boom, die by uitſtek *Anticholerica*, ofte tegengift tegens het hort van *Rumphius* genaamt wert.

Cassia planisiliqua. L. in Burm. i. flor. p. 3.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Flos flavus. Cambang cuning.

HIc frutex est magnitudine *Cristæ pavonis*, sed ejus rami magis sunt extensi, inregulares, incurvi, & nodosi, dividitur in marem & fœminam; hæc, quæ vulgatissima est, rachides gerit alternatas, rectas, & tenues, quibus folia insident directe obposita brevissimis in petiolis, illis præcedentis *Anticholericæ* simillima, sed majora, tenuiora, & glabriora, sique tangantur, flaccida, læte viridia, tres quatuorque digitos transversales longa, binos lata, inferiora autem semper minora sunt, subrotunda, & in obtusum apicem desinentia, odoris gravis instar *Guajavi*; saporis instar Pisorum haud ingrati: Post solis ortum, vel si sint abrupta, sub rachide sese contrahunt ac claudunt, eodem modo uti in *Crista pavonis*, nempe quod sese inferius subvertant, ac sic superior seu glabra pars interna sit.

Flores magno ex corymbo dependent vagi & laxi, illis *Cannæ fistulæ* simillimi, ex quinque flavis constantes petalis, quæ venis viridibus sunt distincta & ample extensa: Horum supremum & concavum instar galeæ erectum est, intro flexum, ac bina lateralia externe flexa sunt: in medio decem granula conspiciuntur instar semini Anisi, quæ brevia sunt stamina, ac germen instar cornu incurvi inflexum, quod in fructus excrescit. Flos caliculo insidet ex similibus flavis sed minoribus petalis constructo, estque inodorus.

Fructus sunt siliquæ tenues, planæ, sex septemque pollices longæ, unum latæ, vix cultrum crassæ, in multos angustos isthmos divisæ, acsi per transversales costas distinctæ essent, per maturitatem nigricantes, in hisce officula continentur a viginti quatuor ad triginta, illis *Cannæ fistulæ* adcedentia, sed longiora & angustiora, fere instar seminis *Cucumeris*, nigricantia & splendentia.

Lignum est album, fragile, & inutile, non est frutex silvestris, sed circa ædes plantatur uti *Crista pavonis.* Pluviosis mensibus tristem præbet adspectum, quum cuncta sua dimiserit folia, ac reliqua ab insectis depasta vel perforata.

Mas multo minorem format fruticem, de quo vide infra ad *Gallinariam librum octavum.*

Nomen. Latine *Flos flavus*, juxta Malayense *Cambang cuning*, quod ample extensum & flavum denotat florem: Amboinenses hunc habent congenerem seu fœminam *Gallinariæ* seu *Utta manu*, quæ fruticosa est planta libro octavo descripta, ob gravem foliorum odorem, utrisque hisce plantis familiarem.

Locus. In Amboinæ insulis obcurrit hinc inde in areis circa ædes, non autem in magna copia, frequentior vero est in Java & Baleya.

Usus. Tenera ejus folia instar aliarum herbarum in olus coquuntur, melior enim ipsorum sapor est quam odor, duraque sunt, si manducentur. Baleyenses ejus folia conterunt cum aliis *Djudjambu*, quæ propinant, & externe inliniunt ad corporis refrigerium; Utriusque radices in aqua concoctæ & epotæ in *Gonorrhæa* conducunt.

Binæ plantæ *Ponam tagera* & *tagera*, in *Hort. Malab. tom.* 2. *Cap.* 52 & 53. descriptæ, cum hac *Cambang cuning* magnam habent similitudinem, uti & Amboinenses *Cambang cuning* & *Gallinarias* seu *Utta manu* congeneres habent plantas, *Ponam tagera* autem putarem esse *Cambang cuning*, quum frutex sit ingens, ni modo folia Malabarensis hujus plantæ essent adeo angusta & acuta, *Tageram* autem *Gallinariam* secundam, *Cateppeng* dictam, infra libro octavo descriptam.

Tabula Vigesima Tertia

Ramum exhibet fruticis, qui *flos flavus Rumphio* dicitur, cum flore *a* separato.

OBSERVATIO.

Hæc vera *Senæ* species est, quam ad *Cassiam* retulit *Linnæus in H. Cliffort. pag.* 159. Foliatura autem hujus plantæ minime convenit cum illa *H. Malab.* uti recte id notavit *Rumphius*, nec cum illa *Thesaur. Zeyl. Tab.* 98. unde diversæ censendæ sunt plantæ, quod latius in *Thes. Zeyl. pag.* 213. explicui.

XXVII. HOOFDSTUK.

De Geele Bloem.

Dit is een struik in de grootte als de Crista pavonis, *de takken zyn meer uitgespreit, ongeschikt, krom, en knoestig, het wert verdeelt in wyfken en manneken; het wyfken of gemeenste, daar aan staan overdwers regte en dunne ryskens of ribbekens, en aan dezelve de bladeren regt tegen malkander, aan zeer korte voetjes, die van 't voorgaande* Anticholerica *gelyk, dog grooter, dunder, en gladder, slap in 't aantasten, blyde-groen, drie en vier dwersvingeren lang, twee breet, dog de agterste altyt wat kleinder, agter en voor ront, of voor met een stompe spits, van reuk wat sterk, als* Cujavos, *van smaak als erweten, dog niet onlieflyk, na zonnen-ondergang, of afgebroken zynde sluiten ze haar onder den steel te zamen, op de manier als de* Crista pavonis, *te weten, dat ze haar aan de voet omdraaijen, en zo de bovenste of gladde zyde na binnen komt.*

De bloemen hangen aan een groote tros, wyt van malkander, die van Canna fistula *zeer gelyk, van vyf ligtgeele blaatjes gemaakt, die met eenige groene aderen doortogen zyn, en wyt geopent. Hier van staat 't bovenste en holle blaatje, als een helmtje, inwaarts gebogen, en twee andere ter zyden uit; in de midden staan tien korltjes, als Anys-zaden of korte draden, met nog een ander en krom hoorntje, waar uit de vrugt wort. De bloem staat op een schoteltje van diergelyke geele, dog kleine blaatjes gemaakt, en is zonder reuk.*

De vrugten zyn dunne platte houwen, zes en zeven duimen lang, een breet, qualyk een mes dik, in veele smalle heuveltjes gedeelt, als of ze geribt waren, als ze oud zyn, zwart, daar in leggen van vier en twintig tot dertig zaden, de korls van de Canna fistula *gelykende, dog langer en dunder, schier als* Comcommer-zaat, *zwartagtig en glimmende of blinkende.*

Het hout is wit, bros, en ondeugend; het wast niet in 't wilt, maar wert omtrent de huizen geplant, gelyk de Crista pavonis; *in de regenmaanden staat 't droevig, zynde de meeste bladeren afgevallen, en de resterende door 't ongedierte afgebeten.*

Het mannetje is een veel kleinder struik, waar van ziet in Gallinaria *of* Utta manu *in 't agtste boek.*

Naam. *In 't Latyn* Flos flavus, *geformeert na 't Maleitse* Cambang cuning, *beduidende een wyd geopende en geele bloem. De Amboinesen houden 't voor een medezoort of wyfje van het beesteragtige kruit* Gallinaria, *of* Utta manu, *in het agtste boek beschreven, om den zwaren reuk, de bladeren aan beide die planten gemeen.*

Plaats. *Men vint het in de Amboinse Eilanden, hier en daar in de erven omtrent de huizen, dog in geen meenigte, meerder op Java en Baly.*

Gebruik. *De jonge bladeren werden, als andere moeskruiden, gekookt, zynde beter van smaak dan van reuk, en wat hart in 't knouwen. De Baleyers wryven de bladeren onder andere* Djudjambu, *die zy ingeven, en van buiten opsmeren, om 't lyf te verkoelen. De wortelen van beide in water gekookt en gedronken, zyn goed in* Gonorrhæa.

De twee planten Ponam tagera *en* Tagera, *beschreven in de* Hort. Malab. tom. 2. Cap. 52 *en* 53. *hebben groote gelykenisse met 't voorgaande* Cambang cuning, *gelyk onze Amboinesen de* Cambang cuning *en de* Gallinarias *of* Utta manu, *ook voor kruiden van eenderlei aard rekenen; dog* Ponam tagera, *zoude ik voor* Cambang cuning *houden, om dat het een groote struik is, indien de bladeren aan het Malabaarse niet te smal en spits waren, en de* Tagera *voor* Gallinaria *het tweede,* Cateppeng *genaamt, en hier na in 't agtste boek beschreven.*

De Drie- en Twintigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, die by *Rumphius de geele bloem* genaamt wert, met des zelfs afzonderlyke bloem *a*.

AANMERKING.

Dit is een ware zoort van de *Sena*, die tot de *Cassia* gebragt is, van *Linnæus* in de *Hort. Cliffort. pag.* 159. De bladen dog van deeze plant komen geenzints overeen met die van de *Hortus Malab.* zo als *Rumphius* dit wel aangemerkt heeft, nog ook met die in de *Thes. Zeyl. Tab.* 98. verbeeldt, zo dat het verscheide gewassen zyn, het geen ik breder in de *Thes. Zeyl. pag.* 213. aangemerkt heb.

CAPUT

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Gajatus. Gajati.

Hic quoque frutex pinnata gerit folia, ac siliquas profert, in binas vero dividitur species, luteam nempe & nigram, florum colore potissimum differentes.

Primo. *Gajatus niger*, arbuscula est, truncum gerens crassitie brachii, ad summum pedis, qui rectus est & gracilis, ac terminatur in plurima longa & tenuia flagella, ex quibus foliorum pinnæ undique proveniunt nullum servantes ordinem, quæ omnes glabro & semi viridi obteguntur cortice.

Folia regulari ordine locantur arcte sibi obposita, illis *Tamarindi* similia, sed angustiora & longiora, articulum digiti circiter longa, ac culmum lata, novem decemque paria simul in rachide observantur, quæ glauca sunt, & quorum media semper longissima sunt; tenerrima sunt, nec tactum ferunt, ac pluvioso tempore vel solis occasu sese claudunt sursum & oblique antrorsum, sub noctem fere sub rachide latitant. Hoc in teneris observatur foliis, vetusta enim semi clausa sunt usque in mediam noctem, immo in multis rachidibus sese non contrahunt.

Flores cum illis Fabarum conveniunt, atque quatuor vel quinque simul dependent tenuibus ex petiolis, suntque primo nigra seu violacea capitula, quæ sese aperiunt in quatuor inæqualia petala, quorum maximum & supremum retrorsum flectitur, externe nigra seu violacea, interne crocea, bina alia lateralia magis flavescunt, atque in summo rubent & connivent, simulque hæc abscondunt corniculum seu fasciculum ex albis staminibus compositum, quod inferne inplantatur minimo ac quarto petalo, quod concavum est, semi album ac semi violaceum.

Flos hic inodorus est, sed ob formam ac varios colores elegantem præbet adspectum, hunc insequuntur siliquæ longæ, augustæ, vix culmum latæ, ad supremam partem parum incurvatæ, quinque sexve pollices longæ, pallidæ, & ad oras striis nigris & punctulis distinctæ, quæ intus continent ossicula parva instar Viciarum, sed tenuiora & oblonga, oris obtusis instar *Fœni Græci*, ejusdemque coloris.

Lignum est album & fragile, ac radices late extensæ, non profunde autem terram penetrantes. Foliorum sapor fatuus est ac fabaceus, pruritum quendam faucium excitans, multumque porro cum *Turu* seu *Emero* convenit. Arbuscula hæc plerumque infestatur a Cimicibus certis nigris, rotundis, & splendentibus, tetrum odorum spirantibus, si tangantur, atque omnes fere obcupant ramos. Plurimæ quoque rachides folia gerunt lacerata, & ab Erucis exesa, & aranearum telis obducta.

Secundo *Gajatus luteus* non in arbusculam excrescit, sed tenuis ac gracilis est frutex, pauca longaque emittens flagella & in altum excrescentia, horum cortex viridior est quam in præcedenti, ac rami fragilissimi. Folia porro, flores, fructusque cum illis antecedentis conveniunt, folia autem ejus longiora sunt, binos nempe digitos longa, ac paulo latiora, læte viridia, & teneriora quam prioris, plura quoque in una rachide gerit folia, triginta nempe & plura, arctius quoque sese contrahunt ac claudunt, ita ut post solis occasum vel pluvioso tempore nulla sint extensa, antrorsum vero sese erigunt uti priora. In flore nulla observatur differentia, nisi quod exterior pars, quæ in præcedenti erat violacea, in hac fit lutea, multisque nigris maculis eleganter punctata, instar lintei Indici *Salpecado* dicti, quod rubrum est, maculis nigris instar granorum salis variegatum: post meridiem sese aperiunt, ac sub vesperam sese iterum contrahunt uti in priore. Hujus siliquæ multo sunt longiores quam præcedentis, cæterum ejusdem formæ uti & ipsarum ossicula: siliquæ pluviosis mensibus progerminates emortuæ sunt nec harum ossicula arbusculas unquam proferunt.

Nomen. Latine *Gajatus* juxta Ternatense *Gajati*, primaque species cognominatur *Itam*, altera *Cuning*. In Baleya & Java vocatur *Codja janti* & *Codjanti*, in Baleya autem tres hujus obcurrunt species floribus tantum diversæ, albis nempe, luteis, & nigris.

Amboi-

XXVIII. HOOFDSTUK.

De Gajate-Struik.

Nog een struik hebben wy met gevleugelde blaatjes, en bouwen dragende, verdeelt in twee zoorten, het geele en zwarte, meest in de couleur van de bloemen verschillende.

1. Gajati, *het zwarte is een klein boompje, met een stam van een arm, en ten hoogsten een been dik, regt en rank, zig verdelende in veele lange en ranke gerten, daar aan de bladdragende steeltjes rontom en zonder ordre staan, alle met een gladde en half-groene schorsse bedekt.*

De bladeren staan in geschikte ordre, digt, en regt tegen malkander, die van Tamarinde *gelyk, dog smaller en langer, omtrent een lid van een vinger lang, en een stroo-balm breet, met negen tot twintig paren aan een rib, zee-groen, zynde de middelste altyt de langste; zy zyn zeer teer, mogen geen handeling lyden, en by regenagtig weer of by zonnen-ondergang sluiten ze haar te zamen, te weten opwaarts en schuins na voren toe, tegen de nagt zyn ze bykans onder den steel; dit doen de jonge, want de oude blyven half gesloten staan tot diep in de nagt, ja veele ryskens blyven geheel open staan.*

De bloemen gelyken het Boone-bloeisel, hangen vier a vyf by malkander, aan dunne steeltjes, en zyn eerst zwarte of violette knoppen, die haar openen in vier ongelyke blaatjes, want het grootste en bovenste staat agterwaarts gebogen, buiten zwart of violet, binnen booggeel, de twee anderen staan ter zyde ligter geel, en aan 't voorste root, te zamen luikende, en verbergende een hoorntje van witte draatjes gemaakt, het welk van onder besloten wert met 't vierde en kleinste blaatje, zynde hol, half witagtig en half violet.

De bloem is zonder reuk, maar wegens haar gedaante en verscheide couleuren fraai van aanzien, daar op volgen lange smalle bouwen, schaars een stroo-balm breet, met het voorste een weinig gekromt, vyf en zes duimen lang, bleek, en aan de zyden met zwarte linien en stipjes geschildert. Binnen zyn kleine zaden, als Wikken, dog dunner en langwerpig, met stompe enden, als aan het Fœnum Græcum, *ook van dezelfste couleur.*

Het hout is wit en bros, de wortel wyd uitgespreid, niet diep in de aarde; de smaak van de bladeren is laf en boonagtig, een klein jeuken in de keel veroorzakende, voorts met de Turu *veel overeenkomende; dit boompje wert gemeenlyk geinfesteert van een slag zwarte, ronde glimmende wantluizen, die geweldig stinken als men ze aanraakt, en op alle de takken zitten; de meeste ryskens hebben ook hare bladeren geschent, van de Rupsen afgevreten, of met spinnewebbe behangen.*

2. Gajati, *'t geele wert geen boompje, maar blyft een dunne heester, met weinige en lange gerten, boog opschietende, de schors is groender dan aan 't vorige, en de takken zeer bros; voorts aan bladeren, bloemen, en vrugten 't vorige gelyk, de bladeren zyn egter wat langer, te weten, schier twee duimen lang, ook wat breeder, blyde-groen, en nog teerder dan aan 't vorige; zo vint men ook meerder paren aan een rysken, namentlyk, omtrent dertig paren en meer; zy sluiten haar digter te zamen, zo dat men na zonne-ondergang of by regenagtig weer geene geopent ziet, en dat na voren toe, gelyk de vorige; aan de bloem is geen onderscheid, als dat de buitenste zyde, die aan 't vorige violet was, hier geel is, met veele zwarte stipjes aardig gespikkelt, gelyk een zoort van linnen, dat men in Indien* Salpecado *noemt, zynde rood met zwarte stipjes, als zoutkorls, zy openen haar na de middag, en tegen den avond sluiten ze haar wederom toe, gelyk de vorige. De bouwen zyn vry langer dan aan 't vorige, anders van 't zelfste fatsoen, gelyk ook het zaat. Alle bouwen, die in de regenmaanden ryp werden, bederven, en de boompjes daar van komen zelden op.*

Naam. *In 't Latyn* Gajatus, *naar het Ternataansche* Gajati, *de eerste zoort wert bygenaamt* Itam, *en de tweede* Cuning. *Op Baly en Java* Codja janti *en* Codjanti, *dog op Baly hebben ze drie zoorten daar van, in de bloemen maar verschillende, te weten, wit, geel, en zwart.*

om

Amboinenses quidam hunc fruticem vocant quoque *Trang dunja*, quod tamen nomen proprie *Cristæ Pavonis* competit.

Locus. Crescit in Ternata, Baleya, & Java; ante annum 1662. in Amboina illum non observavi, sed isto in anno semina utriusque speciei ex Ternata mihi transmissa sunt, quæ inter amicos dispersa, jam satis vulgarem hic fecerunt fruticem nigræ nempe speciei, lutea enim potissimum periit, per semina vero facillime propagantur, crescit autem hic frutex non in silvis, sed semper in præparato & elaborato solo.

Usus ejus in Amboina huc usque parum innotuit, Mauritani solebant ejus flores diebus festis post aures, & crinibus innexos gestare pro ornamento, pauci enim dependent ex parvo ac regulari corymbo. Baleyenses ejus folia conterunt cum tosto Allio, Aniso, & pauxillo Poetjok, quæ per nares adtrahunt ad fluxum catharralem cum Cephalalgia conjunctum promovendum.

Ejus radix contrita & propinata tumens curat abdomen seu *Tehatu*. Folia quoque coquuntur cum aliis oleribus seu *Sajor*, atque eduntur, quæ cum Aniso contrita & corpori inlinita ejus ardorem exstinguunt in febribus; cæterum hortorum ornamento potissimum inservit. Nigræ speciei truncus amputatus regerminare solebat, atque per multos perennat annos, lutea autem species in tenuem modo excrescens fruticem, in Ambonia non ultra binos superest annos.

Tabula Vigesima Quarta

Ramum exhibet *Gajati*, quæ *Coronillæ* vel *Emeri* species est.

Zommige in Amboina noemen ze ook Trang dunja, *welke naam de* Crista pavonis *eigentlyker toekomt.*

Plaats. *Zy wast op Ternaten, Java, en Baly. Voor het jaar 1662. heb ik ze in Amboina niet gezien, maar in 't gemelde jaar 't zaat van beide zoorten, uit Ternaten my toegezonden zynde, en onder de vrienden verdeelt, begint nu alhier gemeen te worden, te weten, de zwarte zoort, want de geele is meest uitgegaan, anders door zaat werden ze zeer ligt voortgeteelt, dog zy wast niet in 't wilt, maar altyt op een gearbeide gront.*

Gebruik. *Alhier in Amboina is zyn gebruik nog weinig bekent, de Moren plagten op haar feestdagen de bloemen agter de ooren, en in de hairen te dragen, tot een cieraat, want zy hangen weinig by malkander, en aan een klein geschikt trosje. De Baleyers wryven de bladeren met gebraden Ajuin, Anys, en een weinig Poetjok, halen 't zelve in de neus op, om allerlei catharren, daar hooftpyn by is, uit te trekken.*

De wortel gewreven en gedronken, geneest de koek of Tehatu; *de bladeren werden ook gekookt onder andere* Sajor, *en gegeten, dezelve met anys gewreven, en op het lyf gesmeert, verkoelen 't zelve in de koortsen, anders wert het meest tot een cieraat in de tuinen geplant, de stam van de zwarte zoort afgehouwen, pleeg wederom uit te schieten, en hy kan veele jaren duren, maar de geele zoorte, zynde maar een dunne struik, wil in Amboina niet over de twee jaren staan.*

De vier en Twintigste Plaat

Vertoont een tak van de *Gajate-boom*, welke een zoort is van de *Coronilla* ofte *Emerus*.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Codiæum. Codibo.

CODiæum elegantissima est planta omnium, quas unquam vidi, compta sua, læte viridi, & variegata foliatura perpetuum repræsentans florem, cæterum forma cum *Oleandro* convenit, diversa autem est ipsarum natura, quarum domesticas in binas divisi primarias species, in *Codiæum simplex* nempe, seu longifolium, de quo in hoc capite, & *Codiæum tæniosum*, de quo in subsequenti.

Codiæum simplex multas iterum habet varietates, quarum novem observavi, quæ dividuntur in latifolias, medias, & angustifolias, quarum vulgarem seu mediam primo describemus, ac reliquas dein commemorabimus.

Primo. *Codiæum medium Chrysosticon*, elegantissima & vulgatissima est species, quæ regularem format instar *Oleandri* fruticem, binis tribusve stipitibus vel ramis sese erigens ad viri altitudinem, cujus truncus prope radicem haud ultra binos digitos crassus est, uti & rami modo digitum vel paulo magis crassi sunt, pingues, ac fragiles, quam maxime nodosi, acsi in genicula essent divisi, sed inregularia, hisce folia insident arcte sibi juncta & aucta, sursum elevata seu parum oblique erecta, illis Oleandri similia, sed majora, septem & octo pollices longa, binos digitos lata, crassa, firma, extensa, & glabra, laete viridi & aureo colore eleganter maculata seu variegata, ita tamen, ut viridis color ad oras prævaleat, uti aureus in medio copiosior est, viride in vetustis foliis abundat, in teneris autem, quæ in ramorum vertice adeo lutea & densa sunt, ut e longinquo luteus seu aureus putaretur esse flos, hæc pictura plerumque in superiore foliorum parte maxime conspicitur, quæ in inferiore non ita distincta & regularis est.

Ex abruptis petiolis serosus exstillat succus, uti & totus cortex succosus quoque est, ac facile decorticatur: Quo vetustiora etiam sunt hæc folia, quo minor in hisce conspicitur color luteus, qui in viridem transit, neutiquam vero tota in hunc degenerant colorem; ita ut uno in stipite tria diversa colorum genera conspiciantur, quod rarum nec ingratum præbet in hortis spectaculum per aureum illum colo-

XXIX. HOOFDSTUK.

De Codibo-struik.

CODibo *is de schoonste plant onder alle, die ik tot nog toe gezien heb, verbeeldende met zyn geschikt altyt jeugdig en schoon geschildert loof een gedurige bloem, zynde anders van gedaante den* Oleander, *gelyk, dog van verscheide gedaante, waar van ik de tamme in twee hooftzoorten verdeelt heb, te weten in* Codiacum simplex *of regtbladige, waar van in dit Hoofdstuk, en* Codiæum tæniosum, *of riemagtige, waar van in 't volgende.*

Codiæum simplex, *heeft wederom veele veranderingen, waar van ik negen aangemerkt heb, verdeelt in breetbladige, middelbladige, en kleinbladige, waar van wy het middelbladige, als zynde het gemeenste eerst zullen beschryven, en de andere daar na reguleren.*

1. *Is het* Coædium medium Chrysosticon *of geel Codibo, de schoonste en gemeenste zoort, een welgeschikte heester, als een* Oleander, *met twee of drie takken, regt opschietende tot een mans hoogte, en by de wortel eenen stam makende, niet boven twee vingeren dik, gelyk de takken, maar een vinger of wat meer dik zyn, vet, en bros, digt geknopt, als of ze in leden verdeelt waren, dog onordentlyk, aan haar opgeperste staan de bladeren digt aan malkander, alle na boven ziende, of een weinig schuins, die van* Oleander *gelyk, dog grooter, zeven à agt duimen lang, twee vingeren breet, dik, styf, uitgebreit en glad, met gras-groen en goud-geel zeer aardig door malkander geplekt en geschildert, zo nogtans dat het groene aan de kanten meest is, gelyk het geele in de midden: ook is meer van 't groene aan de oude bladeren, daarentegen meer geel aan de jonge, die op den top van de takken zo geel en digt zyn, dat men het van verre voor een geele bloem aanzien zoude; deeze schildery ziet men dagelyks aan de bovenzyde des bladts, want van onderen zyn gemelde verwen wat doof of confues.*

Uit de afgebrokene steelen druipt een weiagtig zap, gelyk ook de geheele schorse sappig is, en ligt afgaat, hoe ouder dan deeze bladeren worden, hoe meer zy van 't geele verliezen, en in 't groen veranderen, dog nooit zodanig, dat zy 't geel verliezen, dies men aan een en dezelfs stok drie derlei bladeren van couleur ziet, een zeltzaam en niet min aangenaam spectacul in de tuinen gevende, en met zyn goud-geele glants door andere boomen ligtende: De smaak

colorem alias lustrantia arbores. Foliorum sapor est dulcis ac fatuus, ad nuces avellanas recentes parum adcedens, parvum tamen faucium pruritum caussans.

Flores fructusque raro in hisce conspiciuntur plantis, quum tam parum quiescant, sed quotidie ipsarum ramuli amputantur, si vero medii ac summi ipsarum rami in altum crescant, in ipsorum vertice aliquando petiolus excrescit longus, spithamalis longitudinis, ac parvis & rotundis capitulis ornatus, non adunatis, sed distinctis, ac majori cauli insidentibus, quorum quædam sensim ex longioribus excrescunt petiolis, albescunt, ac sese aperiunt in flosculos albos seu pallide flavescentes, ex quinque parvis & concavis petalis patinaformibus formatos: Horum medium repletum est staminibus brevibus & albicantibus, hosce insequuntur baccæ paulo majores pisis, graminei coloris, tribusque siccis filamentis ornatæ, ex rotundo trigonæ, seu in tres sulcos divisæ, omnino similes officulis *Cataputiæ* seu *Lathyri*, quæ maturæ fumei sunt coloris, seu nigricantes, atque in hisce tres observantur cellulæ, totidem granula oblonga & paulo majora acinis Vitis continentes, hæc semina sunt hujus plantæ, quæ tamen raro progerminat, mihi saltem nunquam hoc successit, hujus autem caussa primaria est, quod baccæ a formicis multum infestatæ, inmaturæ plerumque decidant.

Post multorum annorum spatium tandem in arbusculam excrescit, quæ truncum gerit incurvum, foveis & nodis inpressum, pedem circiter crassum, binorum hominum altitudinem adtingentem, tumque tota coma arcte obsessa est foliis hisce aureis, pauco intermixto viridi colore, hæc autem raro obcurrunt, quarum radices in pauca crassa divisæ sunt brachia.

Secundo. *Codiæum chrysostiction latifolium*, paulo crassiorem gerit truncum, magisque extensum, est magnitudine Sambuci, ejus autem folia formam habent prioris, sunt autem majora, ac colore luteo copiosiore distincta, novem decemque pollices longa, tres quatuorque digitos lata, in obtusum apicem terminantia, inferius sensim angustata, non autem adeo plana & extensa sunt quam in præcedente, sed magis rugosa, atque inter costas foveis inpressa, floribus cæterum, baccis, ac reliquis partibus cum priore convenit hic frutex, sed in omnibus major, ac quævis baccarum ora duplicem gerit sulcum, ita ut in sex sulcos sint divisæ, hæc latifolia species aliam quoque habet varietatem, in qua loco aurearum macularum albæ conspiciuntur viridi mixtæ colore, uti in *folio bracteato*.

Tertio. *Codiæum chrysostiction angustifolium*, longa & angusta gerit folia, sesquipedem longa, digitum lata, recta, crassa, & firma, prope apicem instar acinacis parum incurvata, ex luteo & viridi variegata, ita tamen, ut luteus prævaleat color, atque hi colores magis adunati sunt, nec ita distincti in tot maculas uti in prioribus binis speciebus, parvus est frutex, ac raro obvius, hujus & varietas obcurrit, in qua viridis prævalet color.

Quarto. *Codiæum chrysostiction medium* seu *rubrum*, tres habet varietates, quarum prima media cum prima lutea ista convenit, excepto quod ejus folia sint paulo longiora, angustiora, magisque acuminata, intense viridia, plerumque & tenera rubentia, in medio lutea, seu colore luteo distincta, cujus autem pauca copia viridi inmixta est colori, in vetustis stipitibus folia observantur tricoloria, inferiora enim & vetustissima maxime sunt viridia, atque per medium nervum rubra linea distincta, infima ex viridi pallide fusca, in vulgaribus ramis sunt ex viridi, rubro, & luteo colore distincta, nunc viridi nunc binis aliis prævalentibus coloribus, suprema seu tenera folia in fasciculum conlecta maxime lutea sunt, intermixto pauco rubro colore, flores ac fructus sunt uti in lutea specie.

Quinto. *Codiæum chrysostiction latifolium* eadem gerit folia, ac secunda lutea species, excepto quod sint angustiora, acutiora, & ex rubro maculata loco lutei coloris, eandemque patiuntur in viridem colorem transmutationem, huic autem aliquid fusci admixtum est, officula seu fructuum granula nigris lineis distincta sunt instar officulorum *Ricini*, quæ magis ad maturitatem perveniunt, quum diutius stipitibus inhæreant quam in lutea specie.

Sexto.

smaak der bladeren is zoetagtig en laf, een weinig na versche Haselnoten trekkende, dog mede een klein jeuken in de keel veroorzakende.

Bloeisel en vrugten ziet men zelden hier aan, om dat het zo weinig rust heeft, maar dagelyks van zyn takjes berooft en afgekapt word, maar als het met zyn middelste en hoogste takken onverhindert mag opschieten, zo gewint het zomtyts aan 't opperste een lange steel een span lang, bezet met kleine en ronde groene knopjes, niet aan malkander, maar by troepjes digt tegen den hoofdsteel staande, waar van zommige allenkskens langer stelen krygen, wit werden, en zig openen in kleine witte of bleeke bloempjes, van vyf kleine en holle blaatjes, als schoteltjes gemaakt. Het middelste is digt uitgevult met korte witte draatjes, hier op volgen bezien, wat grooter als erweten, gras-groen, met drie droge draatjes boven op, uit den ronde driehoekig of met drie vorens afgedeelt, gants gelyk de korls van de Cataputia *of* Lathyrus, *ryp zynde werden ze rook-verwig of zwartagtig, en dan vint men binnen in drie celletjes zo veel gryntjes, lankwerpig, en wat grooter dan de steenen van de druiven. Dit wil het zaat zyn van deeze plant, 't welk zelden opkomt: immers my is het nooit gelukt, waar van eenigzints de oorzaak is, dat de bezien van de mieren gequelt zynde, meest onryp afvallen.*

Na verloop van veele jaren word het eigentlyk een boompje, met een kromme gekuilde en bobbelige stam, omtrent een been dik, en twee mannen hoog, en als dan staat de geheele kruin digt van dat gout-geel loof, met weinig groen gemengt, dog diergelyke vind men weinig; de wortel is in weinige dikke takken verdeelt.

2. Codiæum Chrysostiction latifolium, *of het geele breetbladige is wat dikker van stam en meer uitgebreit, in de grootte van een Vlierstruik, de bladeren zyn gefatsoeneert als aan 't vorige, maar grooter, meer geel hebbende, negen en tien duimen lang, voor drie of vier vingeren breet, met een stompe spits, agter allenkskens toesmallende; zy zyn zo vlak en uitgebreit niet als het vorige, maar wat rimpelig, en met kuiltjes tusschen de ribben: aan bloemen, bezien, en de rest het vorige gelyk, dog alles wat grooter, en ieder heuveltje van de bezien heeft op de rugge nog een dubbelde voorn, zo dat het met zes vorens afgedeelt is: deeze breetbladige zoort heeft nog een verandering, daar men in plaats van geele, witte plekken ziet, onder het ligt-groen, gelyk aan 't* Folium bracteatum.

3. Codiæum chrysostiction angustifolium, *heeft lange en smalle bladeren, anderhalf voet lang, een vinger breet, regt, dik, en styf, of by de spits een weinig gekromt, als een sabel, uit den geelen en groenen gemengt, dog zo, dat 't geele de overhand heeft, en beide couleuren hangen meer aan malkander zonder in zo veel plekken verdeelt te zyn als de twee vorige, het blyft een kleine struik, en is weinig te vinden, het heeft nog eene verandering, waar aan het groene het meeste is.*

4. Codiæum chrysostiction medium *of* rood Codiho, *heeft ook drie veranderingen, waar van de eerste middelzoorte met de eerste geele overeenkomt, behalven dat de bladeren wat langer, voor spitser, en smalder zyn, meest hoog-groen, in de jonkheid rood, in de midden met geel gemengt, waar van men ook weinige plekken vint onder het groen: aan de oude stokken ziet men bladeren van driederlei couleur, want de onderste en oudste zyn meest groen, met een roode streep langs de middelzenuwe, van onderen ligt-bruin met groen gemengt, aan de middeltakken zyn ze van groen, rood en geel gemengt, zomtyts het groene, zomtyts de twee andere d'overhand hebbende; de opperste of jongste bladeren in een bosje staande, zyn meest geel met wat rood gemengt, de bloemen en vrugten zyn als aan 't geele.*

5. Codiæum chrysostiction latifolium, *heeft dezelfste bladeren als aan het tweede geele, behalven dat ze smalder, spitser, en rood geplekt zyn, in plaats van geel, volgen dezelfste verwisseling van groen, daar wat bruins onder loopt, de steenen of korls van de vrugten zyn met zwarte linien geschildert, als de korls van* Ricinus; *zy komen ligter tot perfectie, en blyven langer aan de stok dan aan 't geele.*

6. Co-

Sexto. *Codiæum erythorſtiction parvifolium* folia gerit palmam longa & ultra, vix minimum digitum lata, rubra ſeu fuſca linea in medio diſtincta, quæ in teneris foliis aliquid lutei habet admixtum, inferne ex fuſco pallida ſunt, florum petala quoque fuſca ſunt, hujusque ſpeciei ſemina in culto ſolo prolapſa facile progerminant, & in arbuſculas excreſcunt, quod in nulla alia ſpecie tam bene ſuccedit.

Septimo. *Codiæum nigrum medium* folia gerit cum illis quartæ ſeu rubræ ſpeciei convenientia, quæ ſuperne obſcure virent, inferne nigricant, nullis admixtis rubris vel luteis maculis, ac tenera hujus ſpeciei folia potiſſimum vireſcunt, vetuſtiſſima vero ſuperne nigreſcunt, mortua quaſi, inferne ex fuſco & cinereo variegata: Radicis cortex niger eſt, lignum internum album & durum, quidam hanc in binas dividunt ſpecies in latifoliam & mediam, diſcrimen vero adeo parvum eſt, ut unas easdemque putem eſſe.

Octavo. *Codiæum nigrum minus* omnium breviſſima & anguſtiſſima gerit folia, ſex pollices longa, dimidium digitum lata, ſuprema ejus folia ſunt viridia, inferne ex viridi nigricantia, firma ſunt & extenſa inſtar ſcalpelli: Ejus radix externe itidem nigricat, atque hæ utræque ſpecies raro obcurrunt.

Nono. *Codiæum parvifolium viride* cum ſexta rubra convenit ſpecie, folia gerens anguſta & firma, plerumque viridia, aliquando etiam juxta nervum medium linea lutea diſtincta, unde, quibus copioſus ſatis luteus admiſcetur color, a quibusdam diverſa cenſetur eſſe ſpecies, quod inutile eſt, anguſtifoliæ enim ſpecies non certam obſervant formam, ipſe enim pluvioſis menſibus hujus magna & lata inveni folia, a reliquis eodem in frutice penitus diverſa, puto itaque novem haſce ſpecies commode in tres quatuorve poſſe dividi, primo nempe in luteam, ſecundo in rubram, tertio in nigram, & quarto in anguſtifoliam ſeu parvifoliam, qui adcurate enim illas examinat & adtendit, plures deteget varietates, quam hic notavimus, cuncta vero Codiæa potiſſimum florent menſibus pluvioſis, ac propagantur ramis modo terræ commiſſis.

Nomen generale *Latinum* eſt *Codiæum*, Ternatenſe *Codibo*, omnes vero harum plantarum ſpecies Ternatenſibus proprie vocantur *Dabingora*, *Codibo* enim eſt Tidorenſe nomen, & *ſoſa* Macquienſe, Malayenſibus ignotum eſt, excepto quod raro obcurrat in Baleya Batavia & Java, ubi *Caju* ſeu *Daun maas* h. e. flos aureus vocatur a fulgore ejus aureo, ad ſpecies autem diſtinguendos adduntur verba *Coning* h. e. *luteum*, *mera rubrum*, *itam nigrum*, *Daun Beſar latifolium*, *Daun Kitsjil* anguſtifolium: Amboinice *Aytette Malaybe* h. e. luſorium lignum, in Hœamohela aliisque Mauritanis *Aytette Obtte* ſeu *Olite* h. e. difformis, ob foliorum formam ipſorumque uſum, ac primum Amboinenſe nomen latino vocabulo *Nuptiale* poſſet vocari, quum in cunctis feſtivitatibus hoc folium adhibeatur, in Banda *Candaruſſa Cuning*, multi enim incolæ hoc habent pro ſpecie *Gendaruſſæ*, unde & Hitœnſibus uno vocabulo *Soſa* ſeu *Soſal* indigitatur.

Locus ejus natalis ſunt inſulæ hæ Orientales, Moluccæ, & Amboina, unde per ſtipites Bataviam tranſlatum eſt, in Baleyæ regione media itidem obcurrit, & ut audivi etiam circa Patanam.

Uſus ejus potiſſimum conſiſtit in folioſis ramulis, quibus in cunctis nuptiarum ceremoniis, conviviis publicis & feſtivitatibus cubilia, arcus feſtales, januæ & poſtes exornantur, ut & coronæ ac umbellæ, nec non tragemata, ſepulcra ſeu funera quoque puerorum & cælebium hiſce comuntur, quique illa humeris portant, tales ramulos manibus tenent, uti alibi id fit cum Roſmarino & Buxo.

In re Medica lutea & rubra ſpecies parum adhibetur, nigræ autem quædam adſcribuntur virtutes, licet enim tantopere conveniat cum *Oleandro*, nulla tamen in hac detegitur malignitas: Cunctarum lutearum ſpecierum folia modice ſunt refrigerantia, ac ſaporis dulceſcentis, teneraque ipſarum folia in olus coqui poſſunt: Truncorum vero cortices ac radices omnium ſpecierum calidæ ſunt naturæ, oris ac faucium ardorem excitantes, qui per totum perſentitur diem: Nigra autem ſpecies minus ferventis eſt naturæ ac ſiccior præcedentibus, nigra hinc radix vocatur

6. Codiæum erythorſtiction parvifolium, *heeft bladeren een hand lang of meer, en ſchaars een pink breet, met een roode of bruinagtige ſtreep in de midden, dewelke aan de jonge bladeren met wat geel gemengt is, van onderen zyn ze ligt-bruin, de blaatjes van het bloeiſel zyn mede ligt-bruin, en de zaden van deeze zoorte op gebout lant vallende, komen ligtelyk op, en werden jonge boompjes, dat in geene van de andere zoorten zo gemakkelyk toegaat.*

7. Codiæum nigrum medium, *is aan bladeren de vierde of roode zoorte gelyk, zynde van boven donkergroen, van ander zwartagtig, zonder eenige roode of geele plekken, en de jonge bladeren zyn meeſt groen, maar de geheel oude werden boven zwartagtig, doods-verwig, en van onder uit den bruinen en graauwen gemengt; de ſchorſſe van de wortel is zwart, het binnenſte hout wit en hart: zommige verdeelen dit in twee zoorten, te weten, in breetblaadig en middelmatig, maar het onderſcheit is zo klein, dat ik ze voor een rekene.*

8. Codiæum nigrum minus, *heeft de kortſte en ſmalſte bladeren van alle, zes duimen lang, anderhalve vingeren breed, aan de opperſte bladeren groen, aan de onderſte uit den groene-zwart; zy ſtaan ſtyf, en uitgebreit als pennemeſſen, de wortel is buiten mede zwart, en zyn deeze beide zoorten weinig te vinden.*

9. Codiæum parvifolium viride, *is de zesde roode zoort gelyk, met ſmalle en ſtyve bladeren, doorgaans groen, of zomtyts langs de middelribben met een geele ſtreep, weshalven ook zommige, daar wat veel geel onder loopt, daar van nog een byzonder zoort maken, het welk niet nodig is, want de ſmalbladige zoorten in haar gedaante niet vaſt zyn, zo dat ik zelfs in de regenmaanden groote en brede bladeren daar aan gevonden heb, van de andere in dezelve ſtok geheel verſchillende. Ik meen dierhalven, dat men deeze negen zoorten gevoegelyker in drie of vier konde verdeelen, te weten, 1. geel, 2. rood, 3. zwart, en 4. ſmal of kleinbladig; want die naauw wil opletten, zal 'er nog meer veranderingen vinden, dan wy hier aangehaalt hebben. Alle Codibos bloeyen meeſt in de laatſte regenmaanden, en worden voortgeplant door takken, ſlegts hier en daar in de aarde geſtoken.*

Naam. *De generale naam is in 't Latyn* Codiæum, *in 't Ternataans* Codiho, *dog eigentlyk hieten alle de zoorten van deeze planten in Ternaten* Dahingora, *want* Codiho *is Tidorees, en* Sofa *Macquians, by de Maleyers is het onbekent, behalven het weinige op Baly, Batavia, en Java, daar men het* Caju *of* Daun maas, *gulde bloem, van zyn goude-glants noemt: om de zoorten te onderſcheiden voegt men daar by de woorden* Koning, *dat is geel,* Mera *rood, d. i. tam. di. zwart,* Daun boſar *groot-bladig,* Daun kitsjil *ſmalbladig, op Amboin* Aytette malayhe, *dat is Speelhout, maar op Hoæmohel en by andere Moren* Aytette obtte *of* olite, *dat is misformig na de gedaante der bladeren naar haar gebruik, en den eerſte Amboinſe naam mogte men ook in 't Latyn* Nuptialis *noemen Bruiloſts-blad, om dat het op alle vrolykheden gebruikt werd, in Banda* Candaruſſa cuning, *want veele Inlanders houden het voor een aard met de* Gendaruſſa, *dies het ook by de Hitoeeſen met eenderlei naam* Soſa *en* Soſal *genaamt werd.*

Plaats. *Zyn regte Vaderlant zyn deeze Ooſterſe Eilanden, de Moluccos en Amboina, van waar het met ſtokjes na Batavia is gebragt; op Baly lantwaart in vint men het ook, en zo ik verſta omtrent Patane.*

Gebruik. *Zyn meeſte gebruik is in de geblade takjes, waar mede men op alle bruiloften, publique maaltyden, en vrolykheden de bedſteden, feeſtbogen, deuren en ſteilen beſteekt, kroonen en kranſen behangt, en het banketwerk verciert. Als mede op begraaffeniſſen van kinderen en maagden het lyk verciert, en de dragers daar van een takje in de handen laat dragen, gelyk men elders met Roſmaryn en Buksboom doet.*

In de Medicyne heeft het geele en roode weinig gebruik, maar het zwarte werd nog eenige kragten toegeſchreven, want hoewel het zo groote gelykenis heeft met den Oleander, *zo werd nogtans daar in geen ſchadelykheid gevonden: aan alle de geele zoorten zyn de bladeren middelmatig kout, zoetagtig van ſmaak, en de jonge bladeren konnen voor moeskruit gekookt werden, maar de ſchorſſe des ſtams, en de wortel in alle zoorten, zyn heet van natuur, verwekkende een brand in de mont en keel, die men wel een dag voelt, de ſwarte zoort is egter wat minder in hitte, en droger dan de voorgaande, de ſwarte*

tur *Oebat swangi* h. e. antidotum contra magos, muliercula enim hanc masticant cum Pinanga & Zingibere, irrorantque infantes continuo lachrymantes sine ulla manifesta causa, dicentes tales a magis esse infestatos: Rubræ speciei radix cum lacte *Ligulariæ lacteæ* contrita exhibetur contra dolores & debilitatem ventriculi, ut maligni humores per secessum evacuentur: Amboinenses porro cuncta *Codiæa* promiscue plantant ad hortorum oras, ut limiti inserviant, vel locum notent, ubi aliquem sepeliverunt, quomodo autem lutea species in olus præparetur, in subsequenti vide capite ad *Dayngora*. In Java & Baleya ubi hæ plantæ raro obcurrunt, a sacerdotibus hæ plantantur circa templa & idola, ubi & religiose has servant, ab iis profanum arcentes vulgus.

Codibo Ternatensibus significat revenire, inque Malaiensi hac Grammatica, quæ a pueris hic adhibetur, notat illum, qui hoc mittit, subito ac mox venturum esse: Trunci segmenta ac radices cum cortice & ligno omnium *Codiæi* specierum ardorem minuunt, si in aqua coquantur, ac similia frusta *Scutellariæ* specierum ipsis addantur, atque in olla obturata coquantur, unde balneum sudoris præparatur, quod e corpore eliminat per sudores cunctos malignos humores, at simul haustulus ejusdem decocti est ingerendus.

In Rumphii adpendice hæc adduntur.

Supra in textu notatum est, in octava & nona specie folia aliquando inveniri lata, quibus hæc addo, istis in speciebus sæpe totos fasciculos istorum foliorum observari, quæ inæqualis sunt latitudinis & formæ, puto enim me satis observavisse granula latifoliæ speciei decidua, plantulas produxisse angustifoliæ, tales varietates quoque infra in *Cap.* 39. ad *Scutellariam Crispam* notantur.

Tabula Vigesima Quinta

Ramum exhibet *Codiæi medii chrysosticti*.

OBSERVATIO.

Omnes hæ plantæ proprie *Ricinoidis* sunt species, uti a *Tournefortio* vocantur, quod genus *Linnæo Jatropha* dicitur.

CAPUT TRIGESIMUM.

Codiæum tæniosum. Dayn gora.

SEcundum *Codiæi* genus est remiforme seu longifolium, cujus binas itidem observavimus species, luteam nempe ac viridem.

Primo. *Codiæum luteum remiforme* est frutex, ultra hominis altitudinem excrescens, in paucos sese dividens ramos, e quibus folia dependent longissima & angustissima, copiosa & fasciculata, ita ut e longinquo videatur hic frutex loris quasi adpensis ornatus, sunt enim sesqui pedem immo binos pedes longa, semi digitum lata, non rite extensa, sed complicata quasi instar canalium, suntque porro sinuosa & ad oras fimbriata, ex viridi & flavo distincta colore, ita tamen, ut luteus color in medio & ad oras decurrat, suprema vero magna ex parte sunt flava seu albicantia.

Supra hosce fasciculos circa mensem Novembris longi sese ac recti erigunt petioli, spithamam immo pedem longi, albicantes quoque, quibus capitula insident vaga, plura simul conjuncta, quorum quædam ex longis excrescunt pedunculis, seseque aperiunt in flosculos albos stamina alba gerentes uti in prioribus speciebus, horum autem stamina sunt longiora

wortel hier van werd geheten Oebat swangi, *dat is een tegen middel voor de toverye, want de Vrouwtjes knouwenze met Pienang en kleine Gember, en besproeyen daar mede de kinderen, als ze geduurig en zonder kennelyken oorzaak schreyen, zeggende dat de zulke eenige betovering aangedaan zyn, de wortel van het Rode geslagt met de melck van* Ligularia lactea *gewreven, gevenze in tegens het krimpzel, en swakheit des maags, om den zelven door den kamergang te lossen van quaade humeuren, voorts planten de Amboineezen alderhanden* Codiho *aan de kante van haare hostuinen, om tot een liemiet-scheiding te dienen, of een plaats te merken, daar zy iets begraven hebben, hoe men de geele zoort tot moes prepareren zal, ziet men in 't volgende Hoofdstuk van de* Dayngora: *Op Java, en Baly, daar dit gewas raar is, wort het van de Papen ontrent haare tempel geplant, daar zy het ook zorgvuldig bewaaren, en de gemeene man niets daar van willen mede deelen.*

Codiho *is in Ternataans te zeggen wederom komen, en in deeze Maleitze Gramatica onder de jonge luiden gebruikelyk, is het te zeggen, dat die gene, die het zend, haast komen zal: de stukken van de stam en wortel met hout schors en al, van allerhande Codiho verliezen hare brand wat, als men ze in water kookt, en by zodaanige stukken van alle zoorten de* Scutellaria *by doet, in een toegebonde pot met water gekookt, en daar van een sweetbad maakt, trekt uit het lyf vele ongezonde humeuren door 't sweet, mits dat men ook een dronksken van dezelfde decoctie inneemt.*

In het aanhangzel van Rumphius wert 'er dit bygedaan.

Boven in de text is aangemerkt, dat in de agtste en negenste zoort somwyle breedbladige bladeren gevonden werden, waar by ik voeg, dat ik dikmaals in die zoorten geheele bondeltjes van diergelyke bladeren gevonden heb, welke van eenen egaale breedte en fatzoen zyn, want ik meen, dat, ik genoeg ondervonden heb, dat de zaden van de breedbladige zoort op de grond gevallen, ook plantjes van de smalbladige zooort hebben voortgebragt, hoedanige veranderingen, ook beneden in het 39 Hoofdstuk aangehaalt werden by de Scutellariam.

De Vyf en Twintigste Plaat

Vertoont een tak van het middelste goudbladige en gespikkelde *Codiæum*.

AANMERKING.

Alle deeze planten behooren eigentlyk tot het geslagt van de *Ricinoides*, zo als die van *Tournefort* genaamt wert, het geen de *Jatropha* is by *Linnæus*.

XXX. HOOFDSTUK.

De riemagtige Codiho-struik.

H*Et tweede geslagt van* Codiho *is het riemagtige, of het langbladige, waar van wy ook twee veranderingen aangemerkt hebben, geele en groene.*

I. *Het geele riemagtige* Codiho *is een struyck, ruym zo hoog, als een man, in weinige takken verdeelt, aan dese hangen zeer lange en smalle bladeren, digt en met geheele bossen by malkanderen, zo dat het van verre schynt als of de struik met groote bossen van nestelingen of veters behangen was, zy zyn van anderhalf tot twee voeten lang, een halve vinger breet, niet ter degen uytgebreit, maar wat te zamen gebogen als geuten, daar toe bogtig en gekrult aan de kanten, en uyt den groenen en ligt-geelen zodanig vermengt, dat het geele in den midden en langs de kanten loopt, dog de bovenstaande zyn meest doorgaans geel of witagtig;*

Boven deeze bossen omtrent de maant November komen lange en regte stelen uyt, van een span en een voet lang, mede witagtig, daar aan ydele knopjes staan, met troejes by malkanderen, ettelyke van dezelve schieten met lange steeltjes uyt, openen haar in witte bloempjes, en daar aan witte draadjes, gelyk de vorige, dog deeze draadjes zyn langer en ydelder, daar op volgen drie hoekige

Fig. 1.
Fig. 2.

giora & laxiora, illos vero inſequuntur trigonæ & virides baccæ, inferius paulo magis anguſtatæ quam ſuperius, inque iis tria officula, uti in antecedentibus, ſed minora.

Ex abruptis petiolis copioſus quoque exſtillat ſuccus, ad tactum viſcoſus; foliorum ſapor dulcior eſt & aquoſior, quam in cunctis antecedentibus ſpeciebus, unde & hæc ſpecies omnium refrigerantiſſima cenſetur.

Secundo *Codiæum viride remiforme* folia gerit binos pedes longa, immo longiora, vix digitum lata, non ita dependentia illis luteæ ſpeciei ſed firmiora, magisque extenſa, plerumque viridia, & ad oras multis ſinibus diſtincta, & inſtar filorum contorta: Flores fructusque ſunt uti præcedentis, licet raro in conſpectum veniant. Hæc ſpecies parvam quoque habet varietatem, cujus folia in medio linea lutea ſunt diſtincta, ac minus ſinuoſa.

Nomen. Latine *Codiæum tæniofum*; Malaice vulgo *Codiho Daun Kitſjil*, nomen vero proprium Ternatenſe eſt *Dayn Gora*: Amboinenſe *Aytette Laun Maun*, in Java a quibusdam vocatur *Catsja Puri*, ab aliis *Caju Purin*: ſecunda ſpecies peculiariter vocatur *Codiho Papua*.

Locus. In iisdem creſcit locis cum prioribus, in Moluccis nempe & Amboina, in Java enim & Baleya raro obcurrit, aliunde deductum.

Uſus. Eodem adhibetur modo ac præcedentes *Codiæi* ſpecies in nuptiis nempe & conviviis; luteum remiforme refrigerantis eſt naturæ, ac ſaporis dulceſcentis, unde & in olus coquitur cum Oryza & Calappi lympha, vel alio cum jure, hunc in finem tenerrima eliguntur folia, nullo vel raro viridi colore diſtincta, vetuſta enim nimis ſunt dura; in aqua autem primo ſunt ebullienda, quæ abjicienda eſt, dein manibus ſunt compingenda, unde molleſcunt, ac dein denuo coquenda: Radix *Daun Goræ* cum Pinanga comeſta præſervat aliquem a veneno, ac refrigerante ſua virtute adſumptum exſtinguit: Eadem folia cum Siri Pinanga maſticata, acrimoniam Siri & calcis temperant, ita ut os non adurent, vel ſi hoc jam fuerit excoriatum, ardorem parum exſtinguunt ac leniunt.

In ſecunda ſpecie ſæpius obſervavi, quædam ſuprema folia circa apicem tenue ac firmum emittere filamentum inſtar crinis, quod foliolum ſuſtinet unguem digiti longum, ac dimidium latum, quod mirum præbet ſpectaculum.

kige groene beſien, *agter wat ſmalder dan voren*, *en daar in drie korrels gelyk aan 't vorige dog kleinder.*

Uyt de afgebrokene ſteelen loopt ook rykelyk een klaar ſap, aan 't gevoel wat kleverig; de ſmaak van de bladeren is zoeter en wateragtiger, dan aan alle de voorgaande, daarom 't ook voor 't koelſte gebouden wert.

2. *Het groene riemagtige* Codiho *heeft bladeren twee voeten en meer lank, ſchaars een vinger breet, niet zo hangende, als de voorgaande, maar ſteiver en meer uytgebreyt, doorgaans gras-groen, en aan de kanten met veele bogten gekrult; en als touwen gedraait; bloemen en vrugten zyn als aan 't vorige, hoewel men die zelden ziet. Deeze zoort heeft nog een kleine verandering, waar aan de bladeren een geele ſtreep in de midden hebben, en minder gekrult zyn.*

Naam. *In 't Latyn* Codiæum tæniofum. Maleits *in 't gemeen* Codiho daun kitsjil, *maar zyn eigentlyke Ternataanſe naam is* Dayn gora. *Amboins* Aytette Laun Maun, *op Java by zommige* Catsja Puri, *by andere* Caju Purin, *de tweede zoort hiet in 't bezonder* Codiho Papua.

Plaats. *Het waſt in dezelfde landen; als het voorgaande; te weten: in de Moluccos en Amboina, want op Baly en Java is 't weynig, en van elders ingebragt.*

Gebruyk. *Het wert op dezelfde manier gebruykt, als het* Codiho, *op bruyloften; en maaltyden. Het geele riemagtige is verkoelende van aart, en zoetagtig van ſmaak, wert dierbalven tot moeskruyt genomen, en met ryſt en Calappus melk of ander zop gekookt, hier toe moet men de jongſte bladeren nemen, daar aan geen of weynig groen is; want d'oude vallen te velagtig; men moet het eerſt in water opſieden, 't zelve weg gieten, en met de handen kneden, waar door ze murf worden, en als dan voor de tweede maal opkoken; de wortel* Daun Gora, *met Pinang gegeten, preſerveert iemant voor vergift, en maakt met zyne koelte 't ingenomen kragteloos; dezelfde bladeren met Ziri Pinang geknouwt, benemen ook de ſcherpheyt van de Ziri en kalk, datze de mont niet te zeer verbranden; of zo men zig te voren al verbrant heeft, verdovenſe dat een weynig.*

Aan de tweede zoorte heb ik dikwils aangemerkt, dat zommige van de bovenſte bladeren ontrent de ſpits een dun en ſtyf draadje, als een hairtje, uytſchieten, en 't zelve draagt een ander klein blaadje, een nagel van een vinger lang, en half zo breet, het welk ſpeculatief om te zien is.

Tabula Vigeſima Sexta

Fig. 1. Ramum exhibet *Codiæi* tænioſi, cum floribus & fructibus.
Fig. 2. Ramum folioſum ſiſtit *Codiæi criſpi.*

De Ses en Twintigſte Plaat

Vertoont in de eerſte figuur een tak van het *langwerpige Codiæum*, met zyn bloemen en vrugten.
De *tweede figuur* wyſt aan een takje met bladen, van het *gekrulde Codiæum.*

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Codiæum ſilveſtre. *Codiho utan.*

Silveſtris quoque *Codiæi* obcurrit ſpecies ſed rariſſime, excreſcit autem ſtipite vix brachium craſſo, quinque pedes alto, in paucos ſeſe dividente ramos, in quorum ſummo folia inregulari ordine ſunt locata, illis latifolii *Codiæi* maxime adcedentia, ſed tenuiora, & flaccidiora, inque notabiles coſtulas diſtincta, octo novemque pollices longa, binos lata, plerumque viridia, nec variegata, ſuperne autem parum ſplendentia.

Fructus longis inſident petiolis uti in aliis Codiæis, ſuntque rotundæ & duræ baccæ, diu virentes, dein obſcure luteæ. Radix vero in multas curvas & craſſas fibrillas diviſa eſt, externe nigricantes, in ore ardorem excitantes; ex petiolis ejus abruptis exſtillat quoque paucus ſeroſus ſuccus.

Nomen. Latine *Codiæum ſilveſtre*; Malaice *Codiho utan*: in Uliaſſerenſibus inſulis dicitur *Ayſuli abbal.*

Locus. Potiſſimum notus eſt hic frutex in Uliaſſerenſibus inſulis & Nuſſalauta, raro autem in Amboina & Leytimora, locos amat frigidos & umbroſos, item valles opacas, atque montes foveis, rupibus, &

XXXI. HOOFDSTUK.

De wilde Codiho-ſtruik.

Men vint ook een wilde zoorte van *Codiho, dog zeer weinig, ſchiet op met een ſtam, ſchaars een vinger dik, en vyf voeten hoog, in weinige takken verdeelt, aan wiens opperſte de bladeren zonder ordre ſtaan, die van het breetbladige* Codiho *meeſt gelyk, dog dunder en ſlapper, en in kennelyker ribbetjes verdeelt, agt en negen duimen lang, twee dito breet, doorgaans groen, zonder eenige ſchilderye, en aan de bovenſte zyde wat glimmende.*

De vrugten komen voort aan lange ſtelen, gelyk aan het Codiho, *en zyn ronde en harde beſien, lang groen, daar na donker-geel; de wortel is in veele kromme en dikke vezelingen verdeelt, buiten zwart of rookverwig, en in de mont eenige brand veroorzakende, uyt de afgebrokene ſtelen loopt mede een weinig weyagtig zap.*

Naam. *In 't Latyn* Codiæum Sylveſtre, *op Maleits* Codiho utan. *in de Uliaſſers noemen zy het* Ayſuli abbal.

Plaats. *Het is meeſt bekent in de Uliaſſers, en Nusſalaut, ook weinig in Amboina op Leitimor, het wil in koele ſchaduwagtige plaatzen ſtaan, als in donkere valeyen, en in 't gebergte, daar kuilen, klippen, en roode klei*

& argilla rubra gaudentes, neutiquam vero silvas altis arboribus consitas, sed inter arbusculas locum tenet, copiose juxta litus obcurrit Hatuanæ, & veteris Kulluræ.

Usus. Ab Uliassérensibus & Nussalautæ populis hujus radix adhibetur tanquam purgans vulgare, cujus frustulum semi digitum longum sumitur, ac masticatur cum Siri Pinanga, ejusque deglutitur succus, faucium vero ardorem excitat notabilem, unde & alii Mauritani ad ejus correctionem aliquid Zingiberis, Nucis Moschatæ, & Caryophyllorum addunt, tali autem purgante cuncti maligni e corpore eliminantur humores.

Tabula Vigesima Septima

Ramum exhibet *Codiæi silvestris*, quod cum prioribus ad *Ricinoides* quoque seu *Jatrophas* pertinet.

klei is, dog geensins in 't wout onder hoge boomen, maar wel onder 't klein geboomte. Het meeste valt langs het strant op Hatuana en oud Kullur.

Gebruyk. *In de Uliassers en op de Nussalaut, makenze haar gemeene purgatie van dezen wortel, nemende van de versche een stukje van een halve vinger lang, knouwen die met Ziri Pinang, en 't zap inzwelgende, dog het verweckt een merkelyken brand in de keel, daarom andere Moren, die het verbeteren willen, daar by doen een weinig Gember, Noten en Nagelen, waar mede zy het lyf van alle quade humeuren zuiveren.*

De Seven en Twintigste Plaat

Vertoont een tak van de wilde *Codiæum*, welke mede gelyk de voorgaande tot de *Ricinoides* ofte de *Jatrophas* behoort.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Gendarussa. Sosa.

GEndarussa vulgaris, quæ mas habetur, humilis est frutex, quatuor vel quinque pedes altus, multis partim procumbentibus partim erectis & rotundis excrescens stipitibus, geniculatis, ample distantibus, & in inferiore ipsorum parte protuberantibus, cuivis geniculo folia insident bina sibi obposita, & cum subsequenti pari cruciformia, *Salicum* foliis quodammodo similia seu illis *Lysimachiæ*, quatuor & quinque pollices longa, unum lata, in extremo apicem teli repræsentantia, intense viridia, crassiuscula, & scabra, ad oras non serrata, sed hinc inde sinibus & angulis excavata, paucis & maxime obliquis costis pertexta, vetustorum vero foliorum apex parum incurvus est, seu ad unam partem inflexus, pinguissimi ejus rami terræ incumbentes prope genicula radiculas emittunt, quibus progerminant, atque intra breve temporis spatium maxime multiplicantur, ita ut magnum obcupent locum.

Flores fructusque tam raro in hac conspiciuntur planta, ut plurimi Amboinenses sterilem hanc putent esse, nunquam etiam proveniunt nisi diuturna siccitate, vel si stipites in hortis plantentur soli bene expositi.

Flores itaque raro progerminant in ramulorum summo conjuncti, parvi, & angusti, porrecti instar illorum *Rosmarini*, sed longiores, ad unam partem inpressi, inque tres lacinias divisi, quarum infima extrorsum flexa est, binæque superiores inflexæ instar galeæ, suntque porro albicantes, & læte purpureis punctis distincti. In centro filamentum longum album locatum est, seu pistillum, capitulo insidens, quod diu post floris lapsum superest. In hoc capitulo maturo semen quoddam reperitur sterile, quodque inutile decidit, progerminans enim virtus in tota continetur planta, uti in prioribus *Codiæis*, minimus enim ipsius ramulus terræ commissus propullulat, immo, ubi tantum ejus particula in terram projiciatur humidam, excrescit: Rami respectu tam pusilli fruticis durum ac lentum gerunt lignum, ejusque durissimum & albissimum in radicibus detegitur, quæ longæ sunt, ac sub terra prorepunt, atque hinc inde plantulas emittunt: Odor saporque totius plantæ ingratus est ac Filiceus, immo fere teter.

Nomen. Latine *Gendarussa* & *Gandarussa*, uti & Malaice, Javanice, & Bandanice vocatur *Ganda* seu *Genda*, quod significat aliquid, quod aromaticum spirat odorem, & *Gendarussa* denotat aroma silvestre, seu quod silvæ odorem fundit, quam *Russas* seu cervi inhabitant. Baleyice *Daussa*, Amboinice *Sosa*: Malabarice *Caranotschi*, ac nigra species peculiariter *Puli marua*, h. e. *Suda lapas*, quum inter amantes repudium denotet.

Locus. Ubique crescit in insulis Amboinensibus & Moluccis juxta ripas saxosas, ut & in vallibus frigidis, & ad montium pedes, raro autem ibi floret, quod vero in hortis plantatur, vel in planis locatur locis, suprema gerit folia minora, nempe non ultra digitum longa & lata, magis contracta, & magis flava, ita ut *Codiæum* quis putaret esse, cui quoque adfines habetur: Hæc quoque aliquando floret Augusto &

XXXII. HOOFDSTUK.

De Gendarusse-struik.

DE *gemene Gendarussa, die men voor het manneken hout, is een lage heester, vier à vyf voeten hoog, met vele, ten dele leggende, ten delen over ent staande, en ronde stelen opschietende, in leden verdeelt, die wyt van malkander staan, en aan de onderste steelen wat uytsteken, als knietjes, aan ider lid staan twee bladeren tegen malkander, met het naast volgende paar een kruys makende, de Willige bladeren wat gelyk, of die van Lysimachia, vier en vyf duimen lang, een dito breet, zodanig gefatzoeneert, als de spits van een pyl, booggroen, dikagtig, en steif, aan de kanten niet gezaagt, egter hier en daar eenige hoekjes en bogtjes hebbende, met weinige zeer schuynze ribben door regen, en aan de oude bladeren staat de spits wat gekromt na d'eene zyde; de vetste takken, die op der aarde leggen, wortelen by de knietjes wederom vast, en vermenigvuldigen hun in kort, zoo dat zy een groote plaats beslaan.*

Bloemen en zaden werden zo zelden aan deeze plant gesien, datze de meeste Amboinese voor onvrugtbaar houden, zy komen ook noyt voor den dag, dan by lange droogte, of als de struiken in de boven geplant, wel ter zonne staan.

De bloemen dan komen weinige voort aan 't bovenste der stelen by malkander, klein en smal, met een hals, als die van Rosmaryn, *dog langer, en aan de zyden ingeduwt, voor in drie lapjes gedeelt, waar van het onderste lelleken uytwaarts gebogen staat, en de twee bovenste innewaarts, als een helmpje, witagtig, met eenige ligtpeerse puntjes. In de midden staat een lank wit draadje, op een groen knopje, welke beide lang na 't afvallen der bloemen staan blyven. In dit knopje ryp zynde, vind men iets dat het zaat wil zyn, en egter niet voorteelt, maar vergeefts afvalt, want de voortelende kragt steekt in de gehele plante, gelyk in de voorgaande Codibos, want het minste takje in de aarde gestoken beklyft, ja waar men maar een reisken weg smyt op de blote gront, die wat vogtig is; de takken hebben, tegen vermoeden van zo keinen heester, een hart en taai hout, en wel 't harste en witste in de wortelen, die lang zyn, onder de aarde krulpen, en mede hier en daar jonge plantjes uytstoten. De reuk en smaak in de gebeele plant is onlieflyk, Varenagtig, en bykans vuyl.*

Naam. *In 't Lateyn* Gendarussa *en* Gandarussa, *gelyk het ook in 't Maleyts, Javaans, en Bandaas hiet,* Ganda *of* Genda *is te zeggen, iets dat Speceryagtig riekt, en Gendarussa wil zeggen een wilde specery, of die na 't wilde bosch riekt, daar de* Russas *of harte beesten wonen. In 't* Baleits Daussa, *Amboinees* Sosa. *In Malabaar* Caranotschi, *de Swarte in 't bezonder* Puli Marua, *dat is,* Suda Lapas, *om dat 't onder de Minnaars een scheytbrief beduyt.*

Plaats. *Het wast over al in de Amboinse en Moluxe Eilanden langs de waterkanten, daar 't steenagtig is, in koude valeyen, en 't hangen der bergen, dog aldaar bloeit het zelden, het geen in de boven geplant wert, of op vlakke en zonnige plaatzen staat, gewint de bovenste bladeren kleinder, te weten; niet boven een vinger lang, en breet, digter in een gedrongen, en geelder, zo dat men het voor een* Codiho *zoude aanzien, onder wiens maagschap*

& Septembri, tempore autem iſto ſicciſſimo, quod anno 1660. hanc infeſtabat Provinciam, quum multi exſiccarentur fluvii, *Gandaruſſa* fere ubique florebat, quo tempore plures aliæ plantæ contra ipſarum naturam flores producebant, inter cæteras quoque *Semper vivum* Amboinenſe, *Sacar bebec* dictum, de quo infra *libro octavo*.

Uſus. Contemptus hic frutex, tam ingratum fundens odorem, Indicis curatricibus in magno habetur pretio, apud plurimos enim Indos obſervatur mulierculas medicamenta præparare: Hæc itaque planta naturæ quum ſit refrigerantis, promptum habetur remedium ad febrium æſtum exſtinguendum, ſaltem eo tempore, quo in uſum vocatur: hujus autem folia adhibentur, uti & iſta *Bongæ rajæ*, & *Sacar Belek*, Baleyenſes autem radices *Bangle* & *Lampujang* addunt, inque magna ſcindunt fruſta, inque cacabo aqua repleto macerant per diem ad ſolis æſtum, & per noctem ad rorem, qua febricitantes homines meridiano lavant tempore, uti & infantes dentibus laborantes, quum plerumque febribus ſimul corripiuntur, interne propinant hujus plantæ radicem in aqua contritam cum illa *Novellæ* & *albæ Bongæ rajæ*.

Incolæ per terram iter facientes, ejus ramulos manibus tenent, quos pedibus incutiunt, dicentes, laſſitudinem hinc pelli, uti in Europa de Arthemiſia id creditur, ſic quoque incolæ Moluccarum, Celebes, & adjacentium inſularum *Gendaruſſæ* tam albæ quam nigræ ramulos ſolebant in cingulis & ad pedes geſtare, ut & manibus tenere, ne defatigentur. Papoenſes, qui natio eſt prædabunda, omnes inſtituunt artes, ut celeriter naves propellant, ventum undasque cogentes, ut homines ſuperveniant, quos furari conantur, hanc itaque plantam fauſtam putant ac faventem deprædationibus ſuis, unde & brachia ac arma hac exornant, ejusque ſucco corpus inliniunt, oculisque inſtillant, mulieres, quarum viri in prædam exeunt, hanc plantam ciſtis inponunt, in quibus Siri Pinangam pro viris ſuis ſervant, credentes illos prædam copioſam hinc deportaturos eſſe.

Supra memorata *Gendaruſſa* alba cognominatur ac vulgaris eſt, hujus & binæ aliæ obcurrunt ſpecies, nigra, & fuſca, ſed adeo parum differentes, ut unæ eædemque ſint habendæ; *Gendaruſſa nigra* in fruticem excreſcit altiorem magisque lignoſum, foliorum forma cum illis prioris convenit, ſed minora ſunt, firmiora, & in durum apicem exeuntia, fere pungentem, coloris ex viridi nigricantis, obſcure fuſcis ac nigricantibus venis pertexta. Flores ſunt uti præcedentis, ſed copioſiora gerunt iſta punctula purpurea. Ramulorum cortex nigricat, & aliquando ita ſplendet, acſi nigrum eſſet *Accarbabar*, radicum vero cinereus, quæ lignum gerunt interne album & durum.

Fuſca ſpecies ab hac non differt, niſi quod ramuli non nigri ſed obſcure fuſci ſint, ſeu lineis nigris diſtincti, ejus folia paulo majora ſunt, vulgari fere ſimilia, atque in durum apicem exeuntia, ita ut vera nigra ſpecies minima gerat folia.

Utraque *Gendaruſſa itam* vocantur, non tamen in ſilvis creſcunt, ſed in hortis plantantur, raro autem obcurrunt, nigræ radix a mulierculis ſollicite conligitur & adſervatur ad incantatos homines curandos, quibus addo & moneo, Indos ſub præſtigiis comprehendere multos naturales morbos, cæteroquin eadem radix cum aqua contrita conducit & propinatur contra choleram albam ſeu *Upas puti*, notandum vero eſt, nullis medicamentis contra choleram exhibitis addendum eſſe Limonum ſuccum, vel alium quendam ſuccum acidum, nec ante nec poſt illa.

Ambæ hæ ſpecies in hortis plantari poſſunt, ac ſepes ex iis formari, quales ex *Liguſtro* etiam formantur, quum adeo denſam forment comam, ſi tali modo plantentur, tales puto ſepes, quæ nulli reſiſtunt vi. Vetuſtæ Gendaruſſæ radix durum exhibet nodum, ejusque lignum proximum digitum craſſum eſt, durum quoque, ac ſolidum, ſplendensque inſtar *Accarbabar* marini.

Nigram Ternatenſes cingulis inponunt, quum ſolitarias permeant ſilvas, ad ſilvarum diabolos, Malaice *Djing* dictos, profugandas.

Tabula Vigeſima Octava

Ramum exhibet *Gendaruſſa vulgaris.*

ſchap het ook gerekent wort; dit is ook 't gene, dat zomtyts bloeit in Auguſtus en September, maar in die groote droogte, dewelke Anno 1660 in deeze Provintie was, wanneer veele rivieren uit droogden, zag men de Gandaruſſa *ſchier over al bloeyen, welke droogte ook meer andere planten tegens derzelver ordinare natuur deed bloemen voortbrengen, onder andere het Amboinſche* Semper vivum, Sacar bebec *genaamt, waar van beneden* Lib. 8.

Gebruik. *Deeze veragte heeſter van zulken onlieflyken reuk is by de Indiaanſche Meeſtereſſen in groote agting; want by de meeſte Indianen ziet men, dat de vrouwtjes de medicamenten klaar maken; deeze plant dan zynde kout van aart, houdenze voor een toegeeigent middel, om den brant in allerlei koortzen te verdryven, immers voor die tyd, datze het gebruiken, men neemt de bladeren hier van, als mede die van* Bonga Raja, *en van* Sacar Belek (*de Balyers doen 'er de wortelen van* Bangle *en* Lampujang *by*) *ſnyden het in grote ſtukken, en doen het in een balie met water, ſtellen het aldus te weken, een dag in de hete Zon, en 's nagts in den dauw, waar mede zy de koortzige menſchen 's morgens waſſen, als mede de kinderen, die tanden krygen, en gemeenlyk met koortzen bevangen werden, binnens lyfs geven ze te drinken deeze wortel in water gewreven, met die van* Novella *en* witte Bonga raja.

De inwoonders over lant reizende, dragen deeze takjes gaarne in de handen, en ſlaan daar mede tegen de beenen, zeggende, dat dit de vermoeitheit beneemt, gelyk men in Europa van de Artemiſia *gelooft, insgelyk alle de inwoonders van de Moluccos, Celebes, en omleggende Eilanden, plegen de takjes van Gendaruſſa, zo wit, als ſwart, in de gordel, en rontom de beenen te ſteken, en in de handen te dragen, om niet moede te werden; de Papoeen zynde een roofgierige Natie, ſtellen al haar bezigheden op het ſnel varen van hare prauwen, het breken van winden en baren, en het betrappen van menſchen, die zy roven willen, zo houdenze dan dit kruit voor gelukkig, als zy zullen roven gaan, weshalven zy hun armen en geweer daar mede beſteken, met 't zap het lyf beſtryken, en in de oogen druipen, de vrouwen, wiens mannen roven gaan, leggen hun dit kruit in de tomtomme, daarze Ziry Pinang voor hare mannen in leggen, en geloven, datze met een goede buit 't huys zullen komen.*

Het bovenſtaande Gendadruſſa *wert het witte bygenaamt, en is het gemene, dan vint men nog twee andere zoorten, ſwart en bruin, dog zo weinig verſchillende, dat menze voor een Gendaruſſa mag houden. De ſwarte Gendaruſſa is hooger en houtagtiger van ſtruik, de bladeren van fatzoen, als de vorige, dog kleinder, ſtyver, en met een harde ſpits, die bykans ſteekt, ſwart-groen van coleur, met donkere bruine of ſwartagtige aderen, het bloeit als 't vorige, dog de bloempjes hebben meer van die peerſe ſtipjes; de ſchors aan de ſtelen is ſwart, en zomtyts zo glimmende, als het ſwart Accarbabar, maar aan de wortel graauw, de wortel heeft van binnen een wit en hart hout.*

De bruine zoorte *verſchilt niet hier van, als dat de ſtelen in plaats van ſwart, donker-bruin zyn, of met ſwarte linien geſpikkelt; de bladeren zyn wat groter, ſchier het gemene gelyk, ook met een harde ſpits, zo dat het regte ſwarte de alderkleinſte bladeren heeft.*

Men noemtze beide Gendaruſſa Itam, *zy waſſen niet in 't wilt, maar werden in de hoven geplant, en zyn weinig te vinden, de ſwarte wortel wert door de vrouwtjes zorgvuldig gezogt en bewaart, om alle betoverde menſchen daar mede te genezen, waar by ik wederom waarſchouw, dat de Indianen onder tovery veele natuurlyke ziekten begrypen; anderzins is deſelfſte wortel goet met water gewreven, en ingenomen tegens het water hort, of* Upas puti, *dog ſtaat te merken, dat men by alle Medicynen in 't hort ingegeven geen Lemoen-zap, of eenige andere zuurte moet vermengen, zo voor als naar.*

Beide deeze zoorten kan men in de hoven planten, en kleine heggen daar van maken, gelyk men met het Liguſtrum doet, om dat het zo digt in malkander waſt, als men het zo plant, ik meen zodanige heggen, die geen geweld behoeven uit te ſtaan; de wortel van de oude Gendaruſſa is een harde knoeſt, en 't naatſte hout daar aan een vinger dik, mede hart en ſtyf, klinkende als Accarbabar uit de zee.

Het ſwarte ſteken de Ternatanen in hare gordels, als zy in eenzame boſſen gaan, om de boſch duivels te verdryven.

De Agt en Twintigſte Plaat

Vertoont een tak van de gemeene *Gendaruſſe-ſtruik.*

CAPUT

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

Gendarussa femina. Gandarussa parampoan.

PRo *Gendarussa femina* binæ exhibentur plantæ, quæ ambæ fruticosæ sunt, ob similitudinem vero cum *Gendarussa*, maximam hic describemus, alteramque, quam peculiarem habemus herbam, ad decimum referemus librum.

Vera itaque *Gendarussæ* femina, est frutex parvus, quatuor vel quinque pedes altus, multis sese extendens flagellis, partim procumbentibus, partim erectis, in ampla divisi sunt rami genicula, quibus folia insident obposita & cruciata, uti in priore Gandarussa, hujus vero majora & flaccidiora sunt, septem & octo pollices longa, binos digitos lata, in longum porrecta apicem, ac porro formam habentia foliorum *Tsjili*, oris æqualibus, vel quæ raros gerunt angulos, suntque porro plurimis obliquis costis pertexta, adeoque flaccida, ut mox marcescant, si tangantur vel abrumpantur, genicula sunt viridia & herbacea, ipsorumque interstitia sunt breviora, atque alternatim ab utraque parte sulco sunt excavata, semper ad illam partem, cui folia insident, unde ramus quodammodo quadragonus est: ex quovis nodo varia progerminant tenera folia ac surculi, unde maxime extenditur hic frutex: Foliorum odor penetrantior est quam in *Gandarussa*, ac fere sulphureus, ut & sapor ipsorum ingratus, uti in *Sajor bajang*. Ejusque flos est albus & concavus, in longas spicas extensus, ac semina parvis includuntur bursulis, raro progerminantia. Radices ejus sunt longæ & raræ fibrillæ, sub terram prorepentes.

Nomen. Latine *Gendarussa femina*, Malaice *Gendarussa param pœan*, Macassarice *Bongo bongo*, ac proprie femina cum albis floribus, *Bongo bongo* enim mas flores gerens læte purpureos, postea, uti diximus, describetur, quidam hunc vocant Malaice *Poeli poeti*, Malabarice *Parammuli*.

Locus. In vallibus crescit juxta ripas rivulorum, & ad pedes præruptorum montium, præsertim juxta fluvium Elephantem in Leytimora, circa ædes quoque plantatur in areis, ubi luxuriose crescit, & propagatur, sed raro floret.

Usus. Macassarenses ejus succum oculis instillant ad illos depurandos, quum nubecula in iis adpareat, vel effuscentur, manipulum foliorum supra ignem calefactorum & pedibus inlinitorum, *Beriberi* curat, alii autem meliore jure illis utuntur non contra frigus seu Beriberi proprium, sed contra Paralysin, Arthritidem, doloremque artuum, sive supra ignem calefactis, sive in aqua coctis & adplicatis, sin hisce caput lavetur, ipsius squamas tollunt.

Vetustorum foliorum succus odorem & saporem præbet ingratum, hic tamen exhibetur contra anxietatem & pectoris tusses, Ternatensibus *Moreto*, Amboinensibus *Itabair* dictas, ad quas cæteroquin herba *Moretiana* adhibetur infra *Libr.* 10. descripta. Ejus radices cum Pinanga masticatæ, ipsarumque succus deglutitus stomachum confortat, prostratumque excitat adpetitum, si quis e languescente ac diuturno convalescat morbo, hic quoque Pinangæ tollit austeritatem & anxietatem: Folia in aqua contrita & propinata pueris asthmaticis conducunt ad tusses sedandas, sputaque pituitosa per vomitum ejicienda.

Forte Malabarenses hunc vocant fruticem *Parammuli*, *Nunuli* autem species est *Gendarussæ* maris, quæ ad aquas & ripas crescit, contra asthma seu *Hosa* hoc sumunt *Nunuli*, cumque lacte ebutyrato coquunt, pipere, allio, lapidibusque contritis, quod epotant.

In Baleya alia insuper obcurrit *Gendarussa parampoean*, *Daussa paia* dicta, quæ in majorem excrescit fruticem vulgari *Gendarussa*, folia gerens vulgaris *Codiæi*, sed flaccidiora, hæc ibi diligenter in hortis plantatur, quum hominibus periculosis laborantibus morbis exhibetur, in quibusnam vero nondum detegere potui, sed inde nomen suum fortita est.

Tabula Vigesima Nona

Gendarussam exhibet *feminam*.

XXXIII. HOOFDSTUK.

Gendarusse-struik het wyfje.

DAar werden voor 't wyfken van Gendarussa twee planten getoont, die beide maar een beesteragtig kruit zyn, dog om de gelykenisse, die zy met Gendarussa hebben, zullen wy 't grootste alhier beschryven, en het ander, dat wy voor een byzonder kruit houden, tot in het tiende boek sparen.

Het regte wyfken dan van Gendarussa, is een kleine heester, van vier a vyf voeten hoog, met veele steelen zig uitbreidende, die ten deele leggen, en voorts opgeregt staan; het is ook in wyde leden verdeelt, en daar aan de bladeren tegen malkander in 't kruis, gelyk aan de Gendarussa; maar deeze zyn grooter en slapper, zeven en agt duimen lang, twee vingeren breet, met een lange spits, en voorts gefatsoeneert als de Tsjili-bladeren, met effene kanten, of daar men weinige hoekjes aan ziet, voorts met veele schuinse ribben doortogen, en zo slap, dat ze straks slenssen, als men ze aanraakt en afbreekt. De leden zyn groen en kruitagtig, de plaatzen tusschen de leden zyn korter, en hebben met beurten ter wederzyden een keep of geut; te weten, t'elkens aan die zyden, daar de bladeren staan, waar door de steel eenigzints vierkant wort: Uit ieder schoot komen verscheide jonge bladeren, en nieuwe steeltjes voort, waar door het zig zeer uitbreit. De reuk van de bladeren is sterker als, aan de Gendarussa, en bykans zwavelig, insgelyks de smaak onlieflyk, gelyk aan 't Sajor bajang. De bloem is wit en hol, aan lange airen staande, het zaat zyn kleine spitse beursjes, die zelden voortkomen, de wortelen zyn weinige en lange vaselingen, langs de aarde kruipende.

Naam. *In 't Latyn* Gendarussa femina, *op 't Maleits* Gendarussa param pœan, *op Macassar*. Bongo bongo, *en eigentlyk 't wyfke met de witte bloemen, want* Bongo bongo *het manneken, met ligt-peerse bloemen, zullen wy hier na beschryven: zommige noemen het in 't Maleits* Poeli poeti, *op Malabaar* Parammuli.

Plaats. *Het wast in de valyen langs de kanten van de waterbeken, en aan de voet van de steile bergen, zonderling langs de rivier den Olyphant op Leytimor; men plant het ook omtrent de huizen in de erven, daar het zig weeldrig vermeerdert, maar zelden bloeit.*

Gebruik. *De Macassaren gebruiken 't sap van de bladeren in de oogen, om dezelve te zuiveren, als ze beginnen donker en nevelagtig te worden, een hant vol van de bladeren over 't vuur warm gemaakt, en op de beenen gesmeert, genezen de* Beriberi; *andere met betere reden gebruiken het niet tegen de koude of eigentlyk* Beriberi, *maar tegens de Lammigheid, Jigt, en groote pyn in de leden, 't zy over 't vuur warm gemaakt, 't zy in water gekookt en overgeslagen, met de bladeren 't hooft gewassen, verdryven ze de schubben daar af.*

Het sap van de oude is wel onaangenaam van reuk en smaak, wert egter ingegeven tegen 't benaaude rochelen des borsts, 't welk de Ternatanen Moreto, *de Amboinesen* Itahair *noemen, waar toe anders het kruit* Moretiana *gebruikt wert, hier na in 't tiende boek beschreven. De wortelen met Pinang geknouwt, en 't sap ingezwolgen, sterkt de maag, en brengt de verloren etenslust weder, als men van een lange ziekte opstaat. Het zelve beneemt ook 't wringen en benaautheid van de Pinang. De bladeren in water gewreven en gedronken, helpt de kinderen, die benaaut op de borst zyn, van slym en hoesten, de fluimen door braken lossende.*

Misschien noemen de Malabaren dit gewas Paramuli, *maar* Nunuli *is een slag van* Gendarussa *het manneken, 't welk aan 't water wast. Tegens Amborstigheid of Hosa nemen ze dit* Nunuli, *koken dat met kernemelk, peper, look, en slyp van stenen, en drinken dat.*

Op Baly hebben ze nog een ander Gendarussa parampoean, Daussa paia *genaamt, grooter van struik dan de gemene* Gendarussa *met bladeren, als de gemene* Codiho, *dog slapper. Deeze wert aldaar neerstig in de hoven geplant, om dat men ze de menschen, die doodelyk ziek zyn, ingeeft, dog in wat ziekte heb ik nog niet ervaren, waar van ze ook de naam heeft.*

De Negen en Twintigste Plaat

Vertoont de wyfjes *Gendarusse struik.*

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

Involucrum cuſci. Bonkos cuſſu.

HIc frutex ſimplicem erectum & lignoſum emittit ſtipitem, minimum digitum circiter craſſum, qui folia ſuſtinet rara & magna, illis *Caſſuvii ſilveſtris* ſimilia, duodecim ac quatuordecim pollices longa, quatuor, quinque, & ſex lata, ſuperius ſubrotunda, & in brevem exeuntia apicem, inferius ſenſim anguſtata, multis parallelis coſtis pertexta, rugoſa, ſeu arenoſa quaſi ad tactum, præſertim ipſorum petioli, qui prope foliorum ortum geniculati ſunt.

Ejus fructus in racemis progerminant, digitum circiter longis, ex alis inferiorum foliorum, ſunt autem trigoni, ac ſuperne in tria capitula diſtincti, quorum quodvis in brevem determinatur apicem externe inflexum, quæ inferius concreta ſunt, externe hi fructus ſunt ex cinereo virides & arenoſi, abrupti vero & ſicci toti rugoſi ſunt & lanuginoſi, ſuperne autem dehiſcunt, atque in quavis cellula viride continetur officulum, quumque pellicula duriuſcula dehiſcat, faba ſeſe obfert alba, quæ ſicca ſpedicei eſt coloris, ac facillime progerminat.

Nomen. Involucrum cuſci, juxta Malayenſe *Bonkos cuſſu*, & hoc juxta Uliaſſerenſe *Makellun balaluno*, h. e. folium, quo obvolvitur animaculum *Coes Coes* dictum, quum hoc capiatur vel occidatur.

Locus. In ſaxoſis & nudis creſcit montibus, aliquando etiam in ipſis rupibus circa Ihamahu Boyharia, atque aliis in locis circa litus.

Uſus. Incolæ Uliaſſerenſes ejus folium tanquam ſpecificum habent remedium contra *Lepram ſiccam*, Amboinice *Keſſi keſſi* dictam, vulgo *Caſcado*, ſi hoc conterunt cum foliis *Pangii*, calefaciant, ac cum alio toto folio parti inponant adfectæ.

N. B. Huic Capiti nullam adjectam inveni figuram.

XXXIV. HOOFDSTUK.

Inwindzel van het Cuſſu.

DEeze heeſter ſchiet met een enkelde houtagtige ſteel op, omtrent een pink dik, daar aan weinige en groote bladeren ſtaan, die van het Caſſuvium ſilveſtre *gelyk, twaalf en veertien duimen lang, vier, vyf, en ſes ditoos breet, aan 't voorſte ront toelopende, met een korte ſpits, en na agteren allenkskens toeſmallende, met veele paralele ribben doortogen, ruig of zandig in 't aantaſten, inzonderheid haar ſtelen, die by den oorſpronk des blats een knop hebben.*

De vrugten komen aan korte trosjes voort, omtrent een vinger lang, uit den ſchoot der agterſte bladeren, dezelve zyn drieboekig, en voor in drie hoofden verdeelt, en yder hoofdeken met een kort ſpitsje, uitwaarts gekromt, en met de billen zitten ze tegen malkanderen vaſt, van buiten graauw-groen, en zandig, maar de afgebrokene en droge werden geheel ruig en wolagtig, aan 't bovenſte ſplyten ze open, en daar in vertoont zig een groenagtige korl in yder celle, en als het hartagtig vliesken open barſt, zo vertoont zig een wit boontje, 't welk caſtanje-bruin beſterft, en ligt uitſpruit.

Naam. *In 't Latyn* Involucrum cuſci, *in 't Maleits* Bonkos cuſſu, *na 't Uliaſſarſe* Makellun halaluno, *dat is, blat, waar mede men het Coes Coes verbergt of inwikkelt, als men het gevangen of gedood heeft.*

Plaats. *Het waſt op het ſtenige en kale gebergte, en zomtyts op bloote klippen, omtrent Ihamahu Boybaria, en elders omtrent het ſtrant.*

Gebruik. *De Inwoonderen van de Uliaſſers houden dit blat voor een toegeeigent middel voor de* Lepra ſicca, *in 't Amboinees* Keſſi keſſi, *in 't gemeen* Caſcado *genaamt, als zy het zelve wryven met de bladeren van* Pangium, *warm maken, en met een ander geheel blad over de ſchade binden.*

N. B. By dit Hoofdſtuk heb ik geen figuur gevonden.

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

Folium bracteatum. Daun prada.

HOc ſingulare ac maculatum folium profert frutex, virum altus, qui in binas dividitur ſpecies, in albam & rubram.

Primo. Alba ſeu vulgaris *Daun prada* frutex eſt, paucos rectos & fragiles emittens ramos, qui in paucos dividuntur laterales ramulos, adeo fragiles, ut nullam tolerare poſſint vim, qui in extremo albicant & rotundi ſunt, hiſce folia inſident bina ſibi oppoſita, oblique cruciata, Limonis foliis ſimillima, ſed non inferius cordata, inæqualis magnitudinis, inferiora enim minima ſunt, vix binos pollices longa, & unum lata, ſuperiora quatuor & quinque pollices longa ſunt, binos lata, oris æqualibus, glabra, & flaccida, in horum medio macula lata & alba conſpicitur, in varios excurrens angulos acutos a petiolo usque ad folii extremum, formam flammæ ignis exhibens, vel acſi lamella alba folio eſſet adglutinata, reliqua ipſius pars læte viret, ſeu paululum albet circa nervum medium, atque hæc foliorum pictura arbuſculæ huic mirum præbet adſpectum.

Flores ejus ſunt longi & concavi, ſuperius in latam & parum inflexam oram definentes, ocreæ formam exhibentes, intenſe ex purpureo rubentes, qui intus continent ſemina quædam longa concoloria & elongata, ſunt autem inodori, brevibusque & albis petiolis inſidentes, qui ſine fructu decidunt.

Ejus cortex mucoſus eſt ac fragilis, quale & lignum eſt. Folia quoque viſcoſa ſunt & fatua, odorque ipſorum ingratus, ad *Gendaruſſam* adcedens.

Secundo. Rubra ſpecies priori ſimilis eſt, excepto quod hæc arbuſcula paulo altius excreſcat, folia ejusdem ſunt formæ ac ſitus, ſed majora, quinque &

XXXV. HOOFDSTUK.

Het vergulde Blad.

DIt ſeltzaame geſchilderde blad is meede een heeſter, een man hoog, verdeelt in twee zoorten, witte en roode.

Eerſt het witte of gemeenſte Daun Prada *is een heeſter, met weinige regte en broſſe takken opſchietende, verdeelt in weinige zyde takken, die zo bros zyn, datze gants geen geweld kunnen uitſtaan, aan haare uiterſte witagtig en rond, daar aan ſtaan de bladeren, twee en twee tegen malkander in een ſchuins kruis, de Lemoen bladeren gelyk, dog zonder hertje, van ongelyke groote, want de agterſte zyn de kleinſte, ſchaars twee duimen lang, en een breed, de voorſte vier en vyf duimen lang, en twee breed, met effene kante, glad en ſlap, in de midden ziet men een breede witte vlek, met verſcheide uitloopende hoeken, en ſpits van de ſteel tot aan het voorſte des blads, in de gedaante van een vlamme Vuurs, als offer een wit uitgeſnede plaatje op het blad geplakt was, zynde de reſt des blads bleide groen, of met een weinig wit ontrent de middel zeenuwe, welke ſchilderije der bladeren dit boompje een wonderlyk aanzien geeft.*

De bloemen zyn lang en hol, voor met een breede en wat omgeſlage mond geſatzoenneert, als een leerze, hoog purper-rood, binne met eenige lange draadjes van dezelfde coleur, die wat uitkyken, zonder reuk, weinig in 't getal, en op korte witte ſteeltjes ſtaande, en vallen af zonder vrugt.

De ſchors is ſleimerig en bros, gelyk ook al het hout. De bladeren insgelyks zyn ſleimerig en laf, de reuk wat vuyl, na de Gendaruſſa *trekkende.*

Ten tweede het Rode *geſlagt is 't vorige gelyk, behalve dat 't boompje wat grooter word, de bladeren ſtaan in de zelfde order en gedaante, dog grooter, vyf en ſes dui-*

& sex pollices longa, tres lata digitos, non maculata, in medio & ab inferiore parte læte fusca, superne ex viridi & fusco variegata, ipsorumque costæ sunt magis parallelæ.

Flores sunt uti prioris, sed majores, ex purpureo fusci colore, ad oras contracti & quasi inpressi, ipsorumque labium inferius in barbulam exit, sine fructu quoque marcescunt. Foliorum odor, sapor, & viscositas est uti præcedentis.

Hæc rubra species varietatem habet, ex qua alii tertiam componunt speciem, foliorum forma non differens, sed hæc in medio maculam gerunt amplam, suaverubentem seu igneam quasi.

Ambæ species sensim in mediocres excrescunt arbores, quarum trunci pedis crassitiem obtinent, sed hoc laborant vitio, quod calido ac pluvioso tempore multas generent nigras, deformes, & pilosas erucas, cuncta folia ita depascentes, ut totus sæpe frutex iis sit orbatus ac nudus, atque etiam hinc pereat, quum autem justo tempore supremi albi ramuli, Erucas proferentes, amputentur vel abrumpantur, novi regerminant ramuli: Inter arbores non nimis magnas amant crescere in solo molli, in argilloso enim & loco soli exposito ramos ferunt incurvos, & graciles, atque inordinatos, minoraque folia.

Nomen. Latine *Folium bracteatum*, juxta Malayense *Daun prada* & *Poding* a descripta foliorum forma, cæterum quoque vocatur *Daun putri* & *Dangora*, Ternatice *Cabi cabi* alba, rubra *Lulajo*, Amboinice *Aylilin* & *Lilin*. In Java alba *Tommon*, rubra *Temman* vocatur, ab aliis *Djurn dumung*.

Locus. Nullibi obcurrit nisi in hortis plantatus hic frutex, atque pauca tantum copia in Amboina, Ternata, & adjacentibus insulis, raro senescit, vel in arbusculam excrescit, sed ob dictas caussas facile perit, per ramulos tamen facile propagatur, atque si modo pluviosis mensibus ramulus in terram projiciatur, radiculas emittit, sique sæpius transplantetur, elegantior ejus frutex est: tertia species rara est, atque nuper ex Bangaya deducta.

Usus. Alba species in nuptiis adhibetur, uti *Codiæum*, ut elegantibus suis foliis nuptiales toros ac mensas ornet: Omnes porro species vim habent emollientem & maturantem sine ullo calore. Albæ speciei folia apud Ternatenses mulieres magno sunt in pretio ad mammarum scirrhos maturandos & abscessus, qui illis superveniunt, quum infantes a mamma & lacte removeant, folia hæc conteruntur cum Calappi lympha primo calefacta, ac dein inposita scirrhos emolliunt seu glandulas, ita ut lac instar seri exstillet, si vero mammæ jam abscessum patiantur, pus maturant: Rubræ speciei folia aptiora censentur, si fuerint contrita, inpositaque anthraces curant & tumores calidos maturant: Folia hæc cum illis *Prunellæ* & *Bongæ rajæ* contrita & propinata variolas expellunt.

Cortex contusus & tumoribus mox obortis inpositus illos mox resolvit ac dissipat, immo omnibus inflammationibus & variolis inposita calorem extrahunt, ipsasque minuunt.

In Rumphii adpendice hæc adduntur.

Cum hac planta convenire videtur *Tsjude maram H. Malab. part. 6. fig. 60.* quod Portugallice dicitur *Parangian* & *Pervatti pou*, Belgice *Maagden-lot*, ibidemque describitur pro planta exotica, quæ ex China vel Manilhis fuit adlata, ejus vero flores parum differunt ab illis nostræ plantæ.

Tabula Trigesima

Ramum exhibet fruticis qui *Folium bracteatum* Rumphio dicitur.

OBSERVATIO.

Cum hac convenire videtur *Periclymenum* Indicum, foliis maculatis, latioribus, Laurinis *Thes. Zeyl. pag.* 186. & Periclymenum Zeylanicum herbaceum foliis variegatis, diversi-coloribus maculis ornatis *Par. Bat. Pr. pag.* 363. & *Mus. Zeyl. pag.* 37. ut & *Plukn. Phyt. Tab.* 212. *fig.* 6. estque Periclymenum Sinense variegatum, flore sanguineo amplo, quod Lignum Colubrinum optimum Zeylanicum, Hermanni *Breyn. prodr.* 2. *pag.* 82. reliqua vide in *Thes. Zeyl. loc. cit.*

duimen lang, drie vingers breed, zonder vlekken in de midden, maar aan de onderste zyde ligt-bruin, aan de bovenste uit den groenen en bruinen gemengt, en de ribben lopen meer paralel.

De Bloemen zyn, als aan 't vorige, dog grooter, en uit den purper na 't bruine trekkende, aan de zyde mager, en als ingeduwt, aan de onderste lip met een baardeken, zy vergaan ook zonder vrugten, reuk, smaak, en de slymigheit der bladeren is, als aan 't vorige.

Dit roode heeft nog een verandering, waar van sommige de derde zoort maken, aan gedaante der bladeren niets verschillende, maar dezelve hebben wederom, in de midden een groote vlak ligt-rood of vuurvervig.

Beide zoorten werden metter tyd middelbaare boompjes, met een stam in de dikte van een been; ook zynze deeze quelling onderworpen, dat zy by eene warme regen veele zwarte, lelike, en harige rupzen genereren, die alle de bladeren zodanig afeten, dat de geheele struik dikwils kaal staat, ook wel uitgaat. Dog als men by tyts de bovenste witte takjes afkapt of afbreekt, daar de rupzen aan zitten, zo schiet by andere takken uit; zy willen onder matige lomber staan, en in een mulle grond, want in een kleijge grond en vlak ter Zon staande gewinnenze kromme en magere takken, met kleine bladeren, en blyven ongedaan.

Naam. *In 't Latyn* Folium Bracteatum, *na 't Maleyts* Daun Prada *en* Poding *van de voorschreven gedaante der bladeren, anders noemt menze ook* Daun putri *en* Dangora, *op Ternate* cabi cabi *'t witte, 't rode* Lulajo, *op Ambon* Aylilin *en* lilin, *op Java 't witte* Tommon, *het rode* Temman, *by andere* Djurn dumung.

Plaats. *Het wast nieuwers, dan in de hoven geplant, en dat nog in klein getal op Amboina, Ternate, en omleggende Eilanden, het word zelden oud, en tot een boompje, maar het gaat veel uit, om voorschreven oorzaaken, het laat zig met takjes ligt weederom aan planten, ja groeit, als men een takje in de regen Maanden slegts op de aarde smyt, en word door het verplanten schoonder, de derde zoorte is raar, en eerst uit Bangay aangebragt.*

Gebruyk. *De witte zoorte word op Bruiloften gebruykt gelyk de* Codiho, *om met zyne cierlyke bladeren de Bruits bedden en taafels te besteken, voorts hebben alle de zoorten een vermurwende en rypende kragt, zonder eenigen hitte; de bladeren van de witte zoorte zyn by de Ternataanse Vrouwen hoog geagt in swerende borsten, die de Vrouwen na het spenen der Kinderen overkoomen, men smeerd de bladeren met wat Clappus melk, eerst wat warm gemaakt, en zetze daar op, zo werden de klieren week, en de melk loopt als wey daar uit, maar zo zig de borsten al tot het sweeren gezet hebben, zo doenze de materie rypen, de bladeren van de rode zoort werden bequamer geagt, gewreven, en over gelegt om bloedvinnen en hete geswellen te rypen, de bladeren met die van* Prunella *en* Bonga Raja *gewreven, dryven de kinder pokjes uit.*

De schorsse gestoten en op allerhande beginnende geswellen gelegt, doet dezelve verdwynen, ja op allerhande ontsteekinge en crampaderen gelegd verkoelen den brand, en doen de swellingen zinken.

In het aanhangzel van Rumphius wert 'er dit bygedaan.

Met dit gewas schynt overeen te komen het geen in de Hortus Malab. *sesde deel, fig. 60. genaamt wert* Tsjudemaram, *op 't Portugees* Parangian, *en* Pervatti pou, *op 't Duits* Maagden-lot, *en aldaar beschreven voor een uitlandsche plant, uit China ofte de Manilhas aangebragt, dog de bloemen verschillen wat van de onze.*

De Dertigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, welke by *Rumphius* het *verguldе bladt* genaamt wert.

AANMERKING.

Met dit gewas schynt overeen te komen het Indische Periclymenum met breede gevlakte Laurier-bladen, in de *Thes. Zeyl. pag.* 186. en het Ceylonsche kruidagtige Periclymenum, met gevlakte bladen van verscheide couleuren, in de *Par. Bat. pr. pag.* 363. en het *Mus. Zeyl. pag.* 37. en van *Plukn. Phyt. Tab.* 212. *fig.* 6. en is het Chinese Periclymenum met bonte bladen, en een groote rode bloem, het geen het beste Ceylonsche Slangenhout is, van Herman *Breyne Prodr.* 2. *pag.* 82. het overige ziet in de *Thes. Zeyl.* op de aangehaalde plaats.

CAPUT

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

Scutellaria prima. Daun papeda.

QUoddam porro genus est mira gerens folia, quod in tres dividemus species, ac cuivis singulare tribuemus Caput, quum folia ac plantarum forma nimis differant, voco autem illas *Scutellariam primam*, *secundam*, & *tertiam*.

Scutellaria prima, seu *Daun papeda* frutex est, decem ac duodecim pedes altus, cujus truncus infra pedem crassus est, ad altitudinem trium quatuorve pedum, sese in rectos ac paucos dividens ramos, digitum crassos, & erectos, excepto quod foliorum pondere deorsum vergant, quæ in ipsorum summo copiosa sunt: Cortex ejus est fragilis, rugosus, & tanquam in multa genicula divisus, quod tamen non ita sese obfert, sunt enim tantum vestigia deciduorum foliorum, qualia in Calappo etiam observantur. Truncus ac inferiores rami crassiores gerunt nodos, magisque distantes: Cortex vero ac lignum totius arboris pinguissima sunt, fragilia, & succosa, ita ut rami minima vi facillime abrumpantur.

Folia peculiaris sunt formæ, ac longe diversa ab aliis foliorum figuris, rotunda nempe, orisque in ambitu elevatis, eleganter excavatam scutellam referentia, sique majora sint, capitellum ex corio nigro formatum, quod capiti scilicet inponitur, inveni enim tanta, ut ampullam aquæ continere possent, prope petiolum vero sunt aperta, ipsorumque laciniæ sibi inponuntur vel conjunguntur, si humores in illis conservare velimus, suntque porro crassa, pinguia, glabra, & firma, quibusdam finibus excavata, & ad oras mollibus spinulis seu apicibus obsessa: Foliorum costæ in medio protuberant, ac subtus sulcum formant: in ramorum summo locantur, arcte sibi conjuncta ex fusco& viridi distincta colore, quodvis autem peculiari insidet incurvo petiolo, superne sulcato, ac bis terve leviter geniculato, quumque crassa hæc folia tanti sint ponderis, hinc ramum sensim inflectunt, ut incurvus sit.

Flores fructusque nunquam quis in hac conspexit planta, adeoque facile per ramos propagatur, uti de prioribus fuit dictum: Hujus plantæ odor saporque, ac potissimum corticis & radicis, parum aromaticus est, non autem fervidus, ad Petroselinum adcedens, sed non adeo penetrans, ac, quantum memini, cum illo Magudaris conveniens, uti & folia cum primis ejusdem plantæ foliis quadrant: Radix ejus geniculata est, non dura, & in paucas ramificationes divisa.

Nomen. Latine *Scutellaria prima*, Malaice *Daun papeda*, *Daun manko*, & *Daun coyn.* Nostrates vocant *Cochleariam*, non autem juste, quum potius ad scutellas adcedant ejus folia, & hinc mihi *Scutellaria* dicitur. Amboinice *Ayloboy*, & *Ayloun niwel*, Bandice *Daun griseck.* Ternatice *Gura bate* magnum, sed melius *Rauparoro*, h. e. *Daun lamma.*

Locus. In Ternata obcurrit, Amboina, Banda, & vicinis insulis, ubique in hortis, vel circa ædes plantata: in insulis Occidentalibus non invenitur, nisi inde ex hisce insulis deducta.

Usus. Apud incolas quotidianum præbet usum in mensis & culina, quodvis enim folium scutellæ locum inplet, ex quo *Sagu papeda* editur, molles enim istæ spinæ ad oras exciduntur, ac foliorum auriculæ acu connectuntur, parumque juris infunditur cum gleba pultis istius, quæ simul sorbillantur, si talis frangatur vel cadat scutella, haud multum adfert damni, quum scutellifera arbor januæ adstat, quæ mox alia subpetit, atque hinc folia hæc suum sortita sunt nomen, quæ oleri etiam inservire possunt, cujus præparandi modus in subsequenti indicabitur capite, natura & virtute quam maxime cum Petroselino, præsertim ejus radix convenit, ad urinam & sudores expellendos, unde & ejus radices ad decocta etiam adhibentur, quæ contra Nephritidem præparantur: Folia ac crassiores rami minutim consciffi ad balnea sudoris cum illis *Codiæi* in usu sunt.

XXXVI. HOOFDSTUK.

De eerste Schotel-struik.

NOg isser een geslagt van wonderlyke bladeren, die wy in drie zoorten verdelen, en ider een byzonder Capittel toeeigenen, om dat de bladeren en gedaante te veel van malkander verschillen, ik noemze Scutellariam Primam, Secundam, & Tertiam.

Scutellaria Prima of Daun Papeda *is een struik, van tien a twaalf voeten hoog, met een stam, beneden een been dik, op de hoogte van drie a vier voeten, zig in regte en weinige takken verdelende, een vinger dik, regt over eint staande, ten ware, dat zy door de swaarte der bladeren gebogen werden, want dezelve aan 't opperste veele by malkander staan; de schoorsse is bros, ruig, en als in veele leden verdeelt, dat ze egter niet en zyn, maar de trappen zyn de voetstappen van de afgevallene bladeren, diergelyke men aan de Clappus-boom ziet. De stam en onderste takken hebben dikker knien, ook wyder van malkander. Schorssen en het hout van 't geheel boompje zyn zeer vet, bros, en zappig, zo dat de takken met de minste moeite ligt afbreken.*

De bladeren zyn van een zeltzame gedaante, veel van andere gewassen verschillende, namentlyk rond, met opgeworpene kanten rontom, zeer aardig een bol schoteltje of kommetje verbeeldende, of zo ze groter zyn, een Calotje van swart leer gemaakt, dat men op 't hooft draagt, want ik heb 'er gehad, die een kan waters hielden, dog by den steel zyn ze geopent, welke lappen men over malkanderen hout of te zamen steekt, als men eenige vogtigheit daar in doen wil, voorts zyn ze dik, vet, glad, en styf, met zommige dellen in 't hol, aan de kanten met zagte doorntjes of spitzen bezet. De ribben steken binnen in 't hol uit, en van onderen maken ze een voorn. Zy staan aan 't opperste der takken, digt by malkander, ieder op een byzonder kromme steel, die boven gegeut is, de rest met groen en bruin gemengt, en in een a twee donkere knietjes verdeelt, en dewyl deeze plompe bladeren zo grof en swaar zyn, zo buigen zy den tak metter tyd, dat hy krom wast.

Bloemen en vrugten heeft noyt iemant aan dit gewas gezien, en wort zo ligt voortgeplant met de takken, als van de vorige gezegt is, de smaak en reuk in de geheele plant, dog meest in de schors en wortel, is wat specery-agtig, maar niet heet, na de Peterseli trekkende, dog zo sterk niet, en myn na ontbouding met die van den Meester wortel over een komende, gelyk ook de bladeren eenigzins doen met de eerste bladeren van 't zelve kruit, de wortel is geleet, niet hart, en in weinige takken verdeelt.

Naam. *In 't Latyn* Scutellaria Prima, *in 't Maleyts* Daun Papeda, Daun Manko, en Daun Coijn. *Onze Nederlanders noemen ze Lepel-bladeren, dog niet al te wel, beter zeide men Schotel-bladeren. Ambon* Aylohoy, *en* Ayloun Niwel, *Banda* Daun grisek. *Op Ternate* Gura bate *het groote, dog beter* Rauparoro, *dat is*, Daun Lamma.

Plaats. *Men vint het in Ternaten, Amboina, Banda, en de omleggende Eilanden, over al in de hoven, of omtrent de huizen geplant; in de Westerlyker Eilanden heeft men 't niet, als van hier daar ingebragt.*

Gebruik. *By de Inlanders is het in dagelyks gebruik over tafel, en in de keuken, want ieder blad verstrekt een schoteltje, om de Sagubry daar uit te eten, want men snyt de zagte doorntjes aan de kanten wat af, spelt de ooren over malkander, doet een weinig zop daar in, of maakt het slegts nat met zop, en als dan een klontje Papeda, dat men dan zo uitslorpt, valt 'er of breekt 'er dan zulk een schoteltje, dat is een klein verlies, de schotel-boom staat by de deur, daar men straks weer andere van haalt, en hier van hebben deeze bladeren haar naam, zyn ook goet tot koken, als moeskruit, wiens manier in 't volgende Capittel zal gezegt werden, van aard en kragt komt het met de Peterzelien, dog meest de wortel over een, om de urinen en sweet af te dryven, wesbalven ook de wortelen genomen werden tot dranken, die men tegens 't graveel bereit, de bladeren en dikke takken klein gekapt, werden met die van Codiho tot sweet-baaden gebruikt.*

Sinensium multi ex superstitione anxii & solliciti sunt hæc folia ob monstrosam ipsorum formam in ædes suas deferre, credentes infortunium ac morbos caussare, qui vero diu cum hisce incolis familiares fuere, sensim hanc desuescunt opinionem. Ternatenses curatrices magnum arcanum habent, hisce foliis curare exulceratas puerperarum mammas, licet & sint simul inflammatæ: Folia hæc Calappi lympha inliniunt, addito pauxillo Curcumæ, parumque illa calefaciunt supra ignem, ipsisque inponunt, unde tumores minuuntur, atque corruptum lac instar seri exstillat, quod remedium in matrona Hollandica magnatis cujusdam sæpius cum successu fuit institutum, quæ post puerperium semper mammis suis laborabat. Si decoctum simul ipsi propinassent, eo melius fuisset factum.

Ternatenses ejus tenera folia cruda edunt ad Bocassan & pisces, magno cum gustu, uti & illa etiam in olus coquunt. Ex stipite amputato exsudat *Gummi* quoddam ruffum, *Opoponati* quodammodo simile, sed non adeo amarum. Ternatense nomen *Gurabale* obtinuit, quum ad hortorum areas plantetur ad limites figendos, uti & *tertia* subsequens *species*.

Tabula Trigesima Prima

Ad figuram primam exhibet Ramum *Scutellariæ floriferæ*, quod in hoc frutice rarissimum est, quum fere nunquam flores nisi calidissimis & siccissimis temporibus proferat.

Figura secunda Ramulum *Scutellariæ vulgaris*, foliis cochleari-formibus, & ad ambitum spinulis armatis repræsentat.

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Scutellaria secunda. Daun papeda panjang.

SCutellaria *secunda*, in binas iterum dividitur species, latifoliam & angustifoliam. Latifolia altiorem & crassiorem gerit truncum priore, ejusque folia plerumque terna simul locantur longiusculo in petiolo, non concava sed plana, rotunda quoque, intense viridia & splendentia, ad oras mollibus spinis obsita, maximumque ac rotundissimum folium est illud, quod in summo locatum est, quod vero primum progerminat, solitarium est, ab utraque parte prominente angulo porrectum, acsi triangulare foret folium, hi vero anguli sensim separantur, atque in peculiaria excrescunt folia.

Hæc species quodammodo florifera & frugifera est, magnam enim & extensam format umbellam sed laxam, cui multa insident viridia capitula, fasciculata, qualia sunt prima Uvarum rudimenta, ex hisce flosculi excrescunt minimi, caliculati, ex quinque minimis petalis formati, cum totidem staminibus in floris centro positis, quæ simul plerumque decidunt, excepto quod hinc inde bacca excrescat, instar illarum Juniperi, seu paulo major, ex rotundo obliqua seu compressa, coloris virentis, quæ intus continet unum alterumve officulum durum, quæ semina videntur esse, sed raro progerminant.

Secunda seu angustifolia species majorem gerit truncum, inque vulgarem excrescit arborem crus crassam, quæ in laterales sese dividit ramos, quibus folia insident sibi opposita, ac quatuor vel quinque paria ex una excrescunt rachide, inpari extremo, suntque oblonga, Guajavi foliis quodammodo similia, plana, & glabra, ad oras spinulosa quoque, sed adeo parum, ut vix notari possit, supremumque folium maximum est, uti inferiora minima sunt. Flores fructusque sunt uti præcedentis. Hujus vero rami non ita nodosi sunt, ejusque cortex glabrior est illo *Daun papeda*, atque ex ruffo virens colore: Tenera folia spithamam longa sunt, vetusta multo breviora, ipsorumque oræ tum potissimum spinulis orbatæ sunt, atque æquales.

Ambæ

Veele onder de Chinesen hebben een superstitieuse bangigheit voor deeze bladeren, willende dezelve wegens hare monstreuze gedaante niet in huys gebragt hebben, gelovende, datze ongeluk en ziekte bybrengen, dog die onder deeze Inlanders lang verkeert hebben, werden het allenkskens gewent, de Ternataanse Meesteressen houden 't voor een groot geheim, de swerende borsten van de Kraam-Vrouwen met deeze bladeren te genezen, al zyn dezelve alrede ontsteken. Zy smeren de bladeren met Clappus melk, en een weinig Curcuma, makenze wat warm over 't vuur, en leggenze over, waar door de swellinge slenst, en de bedorvene melk als water uitloopt, zynde dit experiment aan een Hollantze Juffrouw van een groot Heer verscheide malen geprobeert, die 't elkens na 't kramen zulke Borsten kreeg; haddenze 't decoctum daar by te drinken gegeven, het was zo veel te beter geweest.

De Ternatanen eten de jonge bladeren raauw tot bocassan en vissen, met grote smaak, gelykze dezelve ook koken tot Sajor. Uit de afgehouwe stronk sweet een geele of rosse Gom, het Opopanax eenigzins gelyk, dog zo bitter niet. De Ternataanze naam Gurabale *heeft het daar van, om dat men 't aan de kanten van de tuynen plant, om tot limiet scheyding te dienen, gelyk de volgende derde zoort.*

De Een en Dertigste Plaat

Vertoont by de eerste figuur een tak van de *bloeijende Schotel-struik*, het geen zeer zelden in deeze struik voorkomt, wyl ze nooit bloeit, dan in zeer heete en droge tyden.

De tweede figuur vertoont een takje van de *gemeene Schotel-struik*, met wyde lepels geformde bladeren, die in hun omtrek met doorntjes bezet zyn.

XXXVII. HOOFDSTUK.

De tweede Schotel-struik.

SCutellaria Secunda *heeft wederom twee zoorten, breet-bladige, en smal-bladige. De breet-bladige zoort is wat hoger en dikker van stam, dan het vorige, de bladeren staan meest drie by malkanderen op een langagtige steel, niet hol, maar vlak, mede ront, hooggroen en glimmende, aan de kanten met zagte doorntjes bezet, zynde 't voorste blad altyt het grootste en rontste, het eerst uitkomende blad aan den steel is enkeld, aan ider zyde met een uitstekende hoek, als of het driehoekig wilde blyven. Maar deeze hoeken separeren zig met ter tyd, en werden byzondere bladeren.*

Dit is nu eenigzins bloem en vrugt-dragende, want het gewint een groote en uitgebreyde dol, dog ydel, daar op ziet men veele groene knopjes, met troepjes by malkander, gelyk de eerste Schepzelen aan de druyven, uit deeze werden zeer kleine bloempjes, als kelkjes, van vyf kleine blaatjes gemaakt, met zo veele korte draadjes in de midden, te zamen meest afvallende, hier en daar komt een besie voort, als Genever-besien, of wat groter, uit den ronden scheef of gedrukt, groenagtig van coleur, binnen met een of twee harde steentjes, die 't Zaat willen zyn, dog zelden opkomen.

De tweede of smalbladige zoort wert nog grooter van stam, namentlyk; een formeel boompje van een duim dik, en dat zig in zyde-takken verdeelt, daar aan staan de bladeren tegen malkander, met vier à vyf paren aan een rysken, met een voor uit alleen, lankwerpig, de Cujavos-bladeren eenigzins gelyk, dog vlak en glad, aan de kanten ook doornagtig, dog zo weynig, dat men 't effen merken kan, en 't voorste is het grootste, gelyk de agterste de kleinste. Bloeyzel en vrugten zyn, als aan 't vorige. De takken zyn zo niet geknopt, en de schors is effener, dan aan de Daun Papeda, *en uit den rossen groenagtig; de jonge bladeren zyn een span lang, d'oude veel korter, en de kanten hebben als dan meest haar doorntjes verloren, en zyn effen.*

Beide

Fig. 1.
Fig. 2.

Ambæ ſpecies ad ramulos & rachides lineas gerunt fuſcas ac cinereas maculas; ipſarumque folia ac cortices contrita Petroſelinum ſpirant odorem, ſed debiliorem quam in prima ſpecie. Ipſarum lignum durius eſt, ſolidius, nec ita facile frangitur: Sæpe umbellas ſuas proferunt, ſed potiſſimum ſiccis menſibus, quumque ſeminum maturatio in pluvioſis incidat menſibus, hinc plerumque pereunt, atque inperfecta decidunt, quod etiam haud multum damni adfert, vis enim vegetativa in cunctis quoque detegitur ramis, quibus hæ propagantur ſpecies.

Nomen. Latine *Scutellaria ſecunda latifolia & anguſtifolia*, Malaice *Daun papeda pandjang*, & Daun Griſſik. Amboinice *Ayloun niwel*, ac magis proprie quam prima, quumdulce præbeat olus, inſtar ſurculi *Calappi.*

Locus. Extra Amboinam & Moluccas haud multum obcurrit, prope ædes plantatur circa ſepes.

Uſus. Utriusque ſpeciei tenera folia magno ſunt in uſu apud incolas, quæ cum Calappi lympha coquunt in olus, quod ipſis maxime placet, quidam hæc folia ſolebant cruda edere ad piſces & Bocaſſan, qui vero illa ſola maſticat, pruritum ſentiet levem in faucibus. Vetuſta folia in loreas ſcinduntur, parumque excoquuntur, atque in ſole exſiccantur, quibus mulierculæ capillitium inter lavandum mundant, ipſique bonum conciliant odorem, hiſce corpus contritum, inter ejus lavationem, liberatur ab ingrato odore, quem contrahit ex ſudoribus, quique multis hominibus magis obſtat illo hirci.

Mulieres quoque ſolebant capillitium comptum ac convolutum hujus arboris ramulis interponere, ut in majorem excreſceret longitudinem: atque in Java a mulierculis conſciſſa & cum Calappo conmixta adhibetur id capilloſnumdamdos. Ejus folia cum illis *Dillem* ſeu *Meliſſæ litoreæ* aquæ incocta & propinata, atque hac corpus & axillæ lotæ ſi fuerint, ipſarum ſudores fœtentes tollit. Comperiet etiam quis, ſi hiſce foliis in aqua parum ebullitis, corpus ac capillitium poſt lotionem fricet, cito illud exſiccari, bonumque ipſius conſervare odorem.

Huc pertinet *Dauläe*, quod mediocris eſt arbor, crus craſſa, cortice obducta tenui & albicante, ejusque folia cum illis *Scutellariæ anguſtifoliæ* conveniunt, atque tali modo per paria ſibi etiam ſunt obpoſita, inpari extremo, ſunt autem multo majora, inſtar illorum Canarii, octo, & novem pollices longa, tres quatuorque lata, ad oras dentata, ſeu in breves ſpinulas elevata, uti in reliquis *Scutellariis*: Flores fructusque huc usque ignoti ſunt: Ejus lignum eſt album, molle, & ſucoſum, cor gerens aquoſum, ex vulnerato autem cortice gummi exſudat molle ſed rarum, coloris & conſiſtentiæ *Opopanacis*, ex ruffo ſordidum, non ita amarum, ſed parum aromaticum, raro obcurrit, ac tantummodo in media regione Nusſalauta in monte *Tua*, unde & mulieres inſulam iſtam inhabitantes gummi iſtud deducere jubent, atque ſuffimigiis admiſcent, quæ carbonibus injiciunt odoris gratia, quum vero cum Opponace adeo conveniat, hinc ejus odor non ita gratus erit, tale gummi ſub amputatis truncis & ſtipitibus *Daun papedæ* etiam inveni, primo colorem habens & ſubſtantiam optimi *Opponacis*, ſi vero pluvia illud tangat, ſordidum eſt & nigricans cum quadam amaritie, unde concludo, ſi hæc planta in talibus creſceret regionibus, in quibus *Panax*, illam copioſius & conſtantius exhibituram eſſe *Gummi.*

Tabula Trigeſima Secunda

Ramum exhibet *Scutellariæ ſecundæ.*

OBSERVATIO.

Hæc cum ſubſequenti planta *Ferulæ Galbaniferæ* videntur eſſe ſpecies, cujus & binæ aliæ in Capite bonæ Spei obcurrunt, a *Commelino* deſcriptæ, una ſcilicet *Liguſtri* altera *Myrrhidis* folio, quæ ſub genere, *Bubon* hodie dicto comprehenduntur in *Hort. Cliffort. pag.* 96. & *Royen fl. Lugd. Bat. Prodr. pag.* 100.

Beyde zoorten zyn aan de ſteelen en ryskens met bruyne linien en graauwe plekjes geſpikkelt; de bladeren en ſchors gewreven hebben ook een Peterzely-agtige reuk, dog ſlapper, dan aan d'eerſte; het hout is ook harder, masſiver, en breekt zo ligt niet, zy brengen dikwils hare dollen voort, dog meeſt in de drogen Maanden, en vermits het rypen van 't Zaad in de regen Maanden valt, zo komt 't dat 't meeſt bederft, en onvolmaakt afvalt, daar aan ook niet veel gelegen is, want de Zaat-kragt ſteekt ook in alle de takken, waar mede men 't voortplant.

Naam. *In 't Lateyn* Scutellaria Secunda Latifolia *en* Anguſtifolia. *In 't Maleyts* Daun Papeda Pandjang. *en* Daun Griſſik. *Amboins* Ayloun Niwel, *en eygentlyker dan 't vorige, om dat het een zoet moes geeft, als Clappus Palmyt.*

Plaats. *Het is mede buyten Amboina en de Moluccas niet veel te vinden, wert ook geplant ontrent de huyzen by de heyningen.*

Gebruyk. *De jonge bladeren van beyde zoorten zyn in groot gebruyk by deeze Inwoonders, met Clappus-melk te koken tot moeskruyt, daarze groote ſmaak in hebben, sommige plegen de bladeren raauw te eten tot vis en bocaſſan, dog dieze alleen knouwt, zal daar van een klein jeuken in de keel gevoelen. De oude bladeren werden in riempjes geſneden, een weynig opgekookt, en werden in de Zon gedroogt, hier mede wryven de Vrouwtjes 't Hooft-hair onder 't waſſen, het welk zy zuyveren, en een goede reuk geven; met dezelfde 't lyf gewreven in 't waſſen, benemen den moeijelyken reuk, die van 't ſweten komt, en van veele Menſchen laſtiger is, dan van een bok.*

De Vrouwen plegen ook 't uitgekemde hair te zamen gerolt tuſſchen de takjes van deeze boom te ſteken, 't welk het hair zal doen lank waſſen, en onder geraſpte Calappus gemengt en geſneden, dient de vrouwen op Java om het hair te doen waſſen. De bladeren met die van Dillem of Meliſſa Litorea in water gekookt, en gedronken, ook het lyf en oxelen daar mede gewaſſen, verdryft het ſtinkent ſweet. Ook zal men ervaren, als men deeze bladeren een weynig in water opkookt, het lyf en hooftbair na 't waſſen daar mede wryft, dat men haaſtig droog zal werden, ook den goeden geur daar van behouden.

Hier toe behoort het Dauläe, *wordende een middelbaare boom, van een dije dik, en meer, met een witagtige dunne ſchors, de bladeren komen met de* Scutellaria Anguſtifolia *over een, ſtaan ook alzo met paren tegen malkander, en een voor uit alleen, dog veel groter, bykans als Canary-bladeren, agt en negen duymen lang, drie en vier breet, aan de kanten getant, of met korte ſpitsjes, als doorntjes, bezet, gelyk alle* Scutellaria. *Bloeyſel en vrugten zyn nog onbekent, het hout is wit, week, en zappig, met een wateragtig hart, uit den gequetſten ſtam druypt ſchaars een weeke Gom, van coleur en conſiſtentie het Opopanax gelyk, uit den roſſen vuyl, zo bitter niet, dog wat ſpeceryagtig, 't wert weynig gevonden, en ſchier alleen in 't midden van 't Eilant Nuſſa-laut op den Berg Tua, van waar de Vrouwtjes van 't zelve Eilant het Gummi laten halen, om onder haar reuk werk te mengen, en op koolen te rooken, dog dewyl het met den Opopanax zo over een komt, kan men wel denken, dat dien reuk zo lieflyk niet is, ik heb diergelyke Gom om de afgehouwe ſtronken van de* Daun papeda *mede gezien, eerſt van Coleur en Subſtantie, als de beſte Opopanax, maar als 'er de minſte regen op valt, zo wert het vuyl en ſwartagtig met weynige bitterheyt, waar uit ik giſſe, dat zo deeze plant in zodaanige Landen, als de* Panax, *voortquam, datze overvloediger druypen, en beſtendiger Gom uitgeven zoude.*

De Twee en Dertigſte Plaat

Vertoont een tak van de tweede *Scutel-ſtruik.*

AANMERKING.

Deeze en de volgende plant ſchynen zoorten te zyn van de *Ferula Galbanifera*, waar van ook twee zoorten aan de Caap de goede Hoop voortkomen, van de Hr. *Commelin* beſchreven, te weten een met het bladt van de *Liguſtrum*, het ander met het bladt van de *Myrrhis*, welke tot het geſlagt *Bubon* hedendaags genaamt, gebragt zyn in de *Hortus Cliffort. pag.* 96. en in de *Prodr. fl. Lugd. Batav.* van de Hr. van *Royen.*

CAPUT

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Scutellaria tertia. Gura bate.

SCutellaria tertia putaretur esse arbuscula peculiaris generis, tantopere ejus externa differt forma a binis præcedentibus speciebus, odor vero ejus ac sapor declarant satis ejusdem esse adfinitatis, plerumque autem est frutex viri altitudinem adtingens, ejusque truncus brachium crassus est, inque genicula divisus, qui superius sese explicat in raros rectos & geniculatos quoque ramos, qui fragiles & pingues sunt, atque superius dividuntur in multos herbaceos ramulos, virides, ac lineis fuscis distinctos. Ejus folia multum differunt ab illis priorum specierum, ac peculiarem gerunt formam, quam cum nulla melius comparare possum planta, nisi cum illis *Cardui-benedicti*, sunt enim fere solitariæ laciniæ, inter sese etiam diversæ, quarum plurimæ minimum digitum sunt longæ, binos latæ digitos, in quinque ac septem apices tanquam peculiares lacinias divisæ, quarum suprema semper maxima est, quæque juxta oras dentatæ, ac spinulis mollibus sunt obsessæ, hæc suprema sunt folia, atque post hæc aliæ longæ locatæ sunt laciniæ, quarum quædam simplices sunt, quædam in alias minores divisæ, ipsarumque petioli in ramulis directe sibi sunt obpositi, atque ibi geniculati, ita ut totus talis ramulus pro unico haberetur folio, in multas, magnas, ac parvas lacinias diviso, totaque hujus arbusculæ coma densa admodum est, ita tamen, ut ejus rami non inflectantur, inque ramorum extremo tenera folia adeo sunt incisa ac tenuiter divisa, ut Petroselini folia fere referant.

Ejus flores in umbellis proveniunt paulo minoribus illis secundæ speciei, ipsorumque capitula primo sunt viridia, in quinque fuscas lineas distincta, quæ sese aperiunt in flosculos illis Vitis simillimos, ex quinque parvis retroflexis petalis constantes, similibus staminibus & baccis præditos, quales in secunda descriptæ sunt specie, excepto quod hæ baccæ minores sint, magisque perfectæ quam præcedentis, atque quodammodo progerminent.

Totius fruticis sapor multo penetrantior est quam in ullis prioribus speciebus, magisque ad illum Petroselini adcedens, ita ut *Apium fruticans* posset haberi, uti prima species *Magudaris fruticescens* dici posset. Sapor autem gratissimus in ejus radice detegitur, quæ maxime etiam in usum vocatur. Hæc aliquando arbuscula in multos crassos ac geniculatos sese dividit ramos instar Sambuci, mense autem Aprili flores incipit proferre, ejusque umbellæ per totum pluviosorum mensium tractum observantur.

Tertia hæc species aliam insuper habet varietatem, quæ humillimum gerit truncum, foliolaque brevia ac elegantissima, superius latissima, & in multos apices divisa, *Apio* seu *Petroselino* quam simillima, sic quoque hujus aliam & miram observavi varietatem, ex prolapso semine ortam, quæ in arbusculam excrescebat, cujus folia erant illis primæ speciei secundæ simillima, sed quod maxime peculiare erat, ejus folia suprema erant rotunda, atque simul dentata & laciniata, infima nunc erant obtusa, nunc acuta, atque in varias divisa lacinias, ita ut peculiaris videretur esse species. Altera plantula folia producebat crispa, mox descripta, atque tali modo ambæ hæ proles a matrice degenerabant, ex quibus edoctus sum, ut, si hæc planta desideretur uniformis, per ramos sit propaganda, quæ enim ex seminibus propullulant, aliam adoptant formam.

Nomen. Latine *Scutellaria tertia & crispa.* Nostrates Belgice illam vocant *groote Peterselie-boom* seu *Petroselinum arboreum majus.* Malaice *Daun papeda papua*, verum ejus nomen Ternatense est *Gura bata*, quum ad hortorum areas & ad terrarum limites plantetur. Aliis dicitur *Tampu song.* Amboinice *Sarile balat*, & in Bonoa *Bibio maman*, h. e. cibus hircinus. Malabarice *Bombu.*

Locus. Hæc proprie est planta Ternatensis, unde in Amboinam delata est, ac diligenter in hortis colitur.

Usus.

XXXVIII. HOOFDSTUK.

De derde Schotel-struik.

SCutellaria Tertia *zoude men voor een boompje van een bezondere geslagt aanzien, zo veel verschilt zyn uiterlyke gedaante van de twee voorgaande zoorten, dog de smaak en reuk bewyst genoegzaam, dat het van dezelfde maagschap is, 't blyft gemeenlyk een struik van een man boog, de stam een arm dik, en in knien verdeelt, maar boven in weynige regte en mede geknopte takken, bros en vet, die hun aan 't opperste in veele kruytagtige stelen verdelen, groen, en met bruyne linien gespikkelt. De bladeren nu verschillen veel van alle de vorige, hebben een bezonder fatzoen, die ik schier met geen andere vergelyken kan, of 't most met die van* Carduus benedictus *zyn, want 't zyn bykans enkelde snibbelen, onder malkanderen zelfs verschillende, de meeste zyn een pink lang, twee vingers breet, in vyf á zeven spitzen, als bezondere snibbelen, verdeelt, waar van de voorste altyt de grootste is, langs de kanten nog getant, en met weeke doorntjes verzien, dit zyn de voorste bladeren, agter dezelve staan andere lange snibbelen, zommige enkelt, zommige wederom in andere verdeelt, en hare stelen staan aan de ryskens regt tegen malkander, en maken aldaar een knietje, zo dat men 't geheele rysken voor een blat zoude aanzien, in veele grote en kleine snibbelen verdeelt, en de gantsche kruyn van 't boompje staat digt, vol van dit loof, zo nogtans, dat de takken daar van niet buygen, en aan 't bovenste der takken zyn de jonge bladeren zo klein gesnibbelt, en gekrult, als Peterzely.*

Het bloeyzel komt mede voort aan dollen, die wat kleinder zyn, als aan de tweede zoort. De eerste knopjes zyn mede groen, met vyf bruyne linien onderscheyden, daar uyt werden kleine bloempjes 't Wyngaarts bloeyzel zeer gelyk, van vyf kleine bleeke agterwaarts gebogene blaadjes gemaakt, met zodanige draadjes en besien, als aan de tweede zoort, behalven dat deeze besien wat kleinder zyn, en meer tot perfectie komen, als de vorige, ook eenigzins voorttelen.

De smaak van 't geheele kruyt is sterker, dan aan alle voorgaande, merkelyker na de Peterzely trekkende, zo dat men het voor een Apium fruticans *zoude houden, gelyk de eerste zoort voor een* Magudaris fruticescens. *De liefelyke smaak is wel in de wortel, die men ook meest gebruykt; zomtyts is dit een boompje, als een Vlierboom, in veele dikke en gekniede takken zig verdelende. In de maant April begint het te bloeijen, en men ziet de dollen daar aan de geheele regen mousson over.*

De tweede zoorte heeft nog een verandering, die laag van struik blyft met zeer aardige korte blaadjes, voor breets, en in veele spitzen verdeelt, het Apium *of* Peterzely *naast komende, zo heb ik nog een andere en wonderlyke verandering aan deeze zoorte gemerkt, door 't afgevallene zaat voortkomende, waar van 't eene plantje een boompje voortbragt, met de bladeren de eerste zoort van* Secunda *meest gelyk, dog nog wat bezonders, want de voorste waren ront, niet te min getant en gesnibbelt, de agterste waren zommige stomp, zommige spits, ook met hare bezondere snibbelen, zo dat het scheen een zoorte op zig zelfs te maken. De tweede plant wast met korte gekrulde blaadjes, gelyk hier even verhaalt is, en zo waren geen van beyde deeze Kinders de Moeder stok gelyk, hier uit heb ik dan geleert, dat, zo men deeze plant van een fatzoen wil hebben, zo moet menze met de takken verplanten, want dat van 't Zaat komt, neemt een ander gedaante aan.*

Naam. *In 't Latyn* Scutellaria tertia & crispa. *Onze Duytzen noemen het* grote Peterzely-boom. *Maleyts* Daun papeda papua, *dog zyn eygen naam is de Ternataanze* Gura bata, *dat is, tuyn-kanten, om dat men het aan de kanten van de tuynen, en tot limiet-scheyding van Landerijen plant, by andere* Tampu song. *Amb.* Sarile halat, *en op Bonoa* biblo Maman, *dat is, bokkekost. Malabaars.* Bombu.

Plaats. *Het is eygentlyk een Ternataanze plant, van waar het hier in Amboina gebragt is, en neerstig in de boven onderhouden wert.*

Gebruik.

Pag. 79.

Tab. XXXIII.

Usus. Hæc planta non tantum hortorum ornamento inservit, sed præcipue in re Medica adhibetur, atque ab incolis tanquam *Petroselinum* seu *Apium* in usum vocatur, ejusque folia ac radix virtutem habent diureticam, multo efficaciorem binis præcedentibus speciebus; simulque vel hæc sola aquæ incoquitur & propinatur in Nephritide contra mictus dolorificos, uti contra Dysuriam, mictus cruentos, & Gonorrhæam, seu *Malumis*, Ternatensibus *Ualamu* dictam: Hujus recipe radicem, eamque coque in juniore nuce Calappa, cum capitulis quibusdam florum *Tsjampaccæ*, ac superioribus radicibus caricis *Lalan* dictæ, per noctem rori hæc expone atque epota, hocce decoctum omnem malignam ac purulentam expellet materiam, sique Gonorrhæa sit inveterata, hisce adde radices *Cyperi rotundi*, item comede apices *Siru boppar*, atque supremum radicis *Lalan* cum Pinanga, ac minge in candescens *Bia codoek*, quæ species est concharum crassarum & rotundarum.

Alii hanc radicem coquunt cum Pangaga, eodemque propinant modo: Simplex foliorum decoctum sæpius propinatum fuit in nosocomio hominibus Nephritide laborantibus, quibus urinam vehementer expellebat, hunc in finem radix hæc cruda cum Pinanga etiam masticatur, quæ grata est, saporem Dauci æmulans. Ternatenses ejus folia piscibus & gallinis adcoquunt instar *Sajor*. Decoctum istud tam radicis, quam foliorum a mulieribus etiam adhibetur ad menstrua provocanda.

Tabula Trigesima Tertia

Ramum exhibet *Scutellariæ tertiæ* cum *Corymbo seminum* separato.

Gebruik. *Deeze plant dient niet alleen tot cieraat van de tuynen, maar ook en voornamentlyk in de Medicyne, verstrekkende de Inlanders een* Peterzely *of* Apium, *bladeren en wortel zyn waterdryvende, en worden geagt sterker, dan beyde de voorgaande zoorten: Zy werden te zamen of ieder alleen in water gekookt, en gedronken, in 't graveel en allerhande pynlyke pissen, tegens de Dysuria, en bloetpissen, 't welk by d' Gonorrhæa is by 't gemeen* Malumis, *op Ternat.* Ualamu *genaamt, neemt de wortel hier van, kookt die in een jonge Clappus, met eenige knoppen van Tsiampacca bloemen, en de wortels met de scherpe spitzen van 't Sny-gras Lalan, laat het een nagt in de dauw staan, en drinkt het alzo, dit zal al de fenynige materie sterkelyk afzetten, en als de druyper te oud is, zo doet 'er de wortelen van Cyperus Rotundus by, en eet de spitzen van Siru boppar, en de spits van Lalans wortel, met Pinang, en watert op de gloeijende bia Codoek, een slag van dikke ronde schulpen.*

Andere nemen de voorsz. wortel, en kokenze op de bovenstaande manier met Pangaga, en drinkenze op dezelfde wyze. Het zimpele decoctum van de bladeren is dikwils in 't Ziekenhuys geprobeert aan gravelige Menschen, by welke het sterkelyk afdreef; tot dien eynde wort ook de wortel raauw met Pinang geknouwt, die liefelyk is, en na geele wortelen smaakt. De Ternatanen koken de bladeren by visch en hoenders, als ander Sajor. Het voornoemde decoctum van de wortel of bladeren gebruyken de Vrouwen ook, om de maant-stonden te verwekken.

De Drie en Dertigste Plaat

Vertoont een tak van de *derde Schotel-struik*, met een *vrugttrosje* daar by.

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Terminalis. Ngassi.

Terminalis frutex est tenuis, paucos & rectos emittens ramos, vix brachium crassus, octo & novem pedes altus, in breves divisus nodos uti in *Codiæo*, sed magis inregulares, distinguitur autem in binas species, albam & rubram, quarum prior in domesticam & silvestrem subdividitur.

Terminalis alba domestica paucos rectosque emittit ramos, quibus folia plerumque insident erecta, sed vetusta oblique post & circa ramos dependent, quæ longa & angusta sunt, illis Galangæ quodammodo similia, sed acutiora & angustiora, quæ cum petiolis sesquipedem longa sunt, quatuor digitos lata, ab utraque parte acuminata, ipsorumque petioli convoluti sunt, acsi foliorum segmenta essent, suntque porro glabra, firma, per longitudinem oblique & tenuiter dentata, quorum oræ deorsum sunt inflexæ, superne glauca, inferne ex purpureo & viridi variegata colore, ita tamen ut purpureus prævaleat color, quorundam oræ tantum rubent, reliquaque foliorum pars viret, contra tenera folia suave rubent.

Ex ramorum extremo racemus excrescit longus, qui albus est & striatus, ultra pedem longus, in laterales petiolos ample sese extendens, quibus calices insident oblongi & copiosi capitula *Hyacinthi* referentes, antequam sese aperiant. Illi sese aperiunt in flosculos albos, ex sex angustis petalis plerumque reflexis constantes, qui sex stamina exhibent alba, antheras luteas gerentia, in quorum medio septimum nudum adparet, quod inodorum & pistillum est, hosce insequuntur baccæ magnitudine semi completarum Uvarum, quarum quædam sunt sphæricæ, quædam ad latus compressæ, & umbilicatæ, quæ diu virent, ac flavescunt tandem, demumque eleganter splendent ac rubent instar Corallii, vel seminum Asparagi, in harum medio locantur bina ternave officula quadragona, medulla rubra obducta, quarum quædam semi lunæ formam exhibent, quædam cum Fagopyri semine quadrant, suntque dura, nigra, insipida, medulla vero ista rubra primum in ore dulcescit, sed dein linguam vellicat.

Ejus lignum est fragile, medulla aquosa repletum: radix albicat, ac perpendicularis est, ejusque pars inferior ad digiti longitudinem obtuse desinit ac dulcescit,

XXXIX. HOOFDSTUK.

De Limiet-struik.

Terminalis *is een dunne struik, met weynige en regte takken, qualyk een arm dik, agt en negen voeten hoog, in digte leden verdeelt gelyk aan 't* Codiho, *dog ordentlyker, verdeelt in twee zoorten, witte en rode, de witte is wederom tweederley, tamme en wilde.*

De tamme witte Terminalis *schiet met haar weynige takken regt op, daar aan de bladeren meest over eynd staan, alleen d'oude hangen dwers digt agter en rontom de stelen, de zelven zyn lang en smal, die van de* Galanga *eenigzints gelyk, dog spitzer en smalder, met steel en al een en half voet lang, vier vingers breed, agter en voren toegespits, zynde een t'zaam gerolde steel, als een gedeelte van 't blad. Voorts glad, styf, in de lengte en wat schuyns zynze gerібt, de kanten wat nederwaarts gebogen, boven ligt-zeegroen, van onderen uit den purperen en groenen gemengt, dog zodanig, dat t'purpere meester is, aan zommige ziet men slegts de kante rood, en 't ander na 't groene trekkende, daar en tegen de jonge bladeren zyn schoon ligt-root.*

Aan 't opperste der takken komt een lange tros uit, zynde een witte en gestreepte steel, meer dan een voet lang, in ettelyke zyde stelen zig wyt uitbreydende, rontom deeze stelen staan veele langwerpige knopen, gelyk de bloemen van Hyacinthus, *eerze open zyn, deeze openen haar in witte bloempjes, van ses smalle blaadjes gemaakt, meest agterwaarts gebogen, daar in ziet men ses witte draadjes met geele noppen, en t'zevende in 't midden bloot zonder reuk, hier op volgen ronde besien in de grote van halfwassene druyven, zommige regt-rond, zommige aan de zyde wat gedrukt, met een kroontje of naveltje boven op, lang groen en geelagtig, blyvende ten laatsten schoon blinkend rood, als gepolysde-coraal, of als de korls van Asparagus.*

Binnen ziet men twee en drie, en de meeste vierboekige korls leggen in een rood-merg, zommige als halve maanen, zommige als boekweit, hart, zwart, en zonder smaak, dit roode merg is eerst zoet in de mond, maar byt daar na op de tong.

Het hout is bros, met een wateragtig hert, de wortel wit, regt neergaande, en 't onderste eind omtrent een vinger lang, stomp toeloopende, is murf, zoet, en laat zig eten, als

ſcit, mollis eſt & edulis inſtar Zingiberis, quæ laterales emittit plurimas fibrillas longas, ac duriores, ſed inedules.

Anni tempus. Corymbus florifer menſe Novembri progerminat, atque baccæ per annum frutici inſident, antequam matureſcant.

Silveſtris alba ſpecies a præcedenti non differt, niſi quod ejus folia plerumque ſint glauca, vel aliquando pauco purpureo colore ad oras diſtincta: Radix ejus media ſeu genuina longior eſt, mollior, & albiſſima.

In anterioribus creſcit ſilvis, vallibus, atque umbroſis locis, unde in hortos ſæpe etiam transfertur ac transplantatur, ubi ejus folia magis rubent, quum ſoli ſint expoſita.

Secundo. *Terminalis rubra* forma ſua haud multum differt a præcedenti, excepto quod folia ſint paulo anguſtiora, ac tenera eleganter & læte rubeant, vetuſta autem ex fuſco rubent, ſeu parum vireſcunt ad oras inferiores: Corymbus autem florifer eodem progerminat modo.

Flores rubræ ſpeciei, ſeu *Terminalis rubræ* ſequenti excreſcunt modo, petioli flores ſuſtinentes per bina paria cruciatim ſibi ſunt obpoſita, floſculi vero ex quatuor petalis conſtant externis, quæ ad externam partem læte rubent, quatuor alia interna ex albo rubent, in ipſorum centro ſtaminula octo locantur alba, antheras albas gerentia, nonum vero nudum eſt.

Fructus ejuſdem ſunt formæ, qui demum rubent inſtar Ceraſorum, ſupra ipſorum coronulas ſex radii ſeſe erigunt, acſi baccæ in ſex partes dividerent, ſub externa rubra pellicula tenuis locatur medulla ſaporis dulcis, atque in hac bina quatuorque nigra & ſplendentia oſſicula, ſemi lunæ formam exhibentia, vel acſi ſegmenta eſſent lapidis Gagatis, ſaporis amaricantis, fructus iſti diu ex ſtipite quoque dependent, antequam matureſcant, uti priores; Omnes hæ ſpecies per ſemina vix vel raro propagari poſſunt, quod per ſtipites vel ramos abruptos facile fit, vel per ſurculos prope truncum ex radice propullulantes, quum in exſtirpatione & transplantatione corticis pars relinquatur.

Nomen. Latine *Terminalis alba & rubra*, quæ diſtinguenda tamen eſt ab *arbore finium regundorum*, de qua *Jul. Scalig. exercit.* 181. *diſt.* 3. ſcribit, quamque *Galugam* eſſe putamus ſupra libro ſecundo deſcriptam. Ternatice *Ngaſſi*, h. e. folium mendax, quum binos exhibeat colores; Javanice *Andong*, Bandice *Somboc*, Amboinice apud Mauritanos Hotœnſes *Welluag*, h. e. abjice, & regerminabit, in Leytimora *Werſingin* & *Weruſiſſin*, h. e. præcipitanda, quum ubique tam facile excreſcit, ubi modo projiciatur, licet eſſet ad montium declivia loca.

Locus. Binæ domeſticæ ſpecies in hortis plantantur ubique in Orientalibus hiſce inſulis, in Java & Baleya quoque obcurrit, ſed raro.

Uſus. In hortis plantatur ornamenti gratia & in nuptiis uſurpatur uti *Codiæum*, incolæ multum has plantant ad oras hortorum ſilveſtrium ad limites determinandos, uti ſupra de *Codiæo* & *Gurabate* fuit memoratum, unde & nomen ſuum Latinum obtinuit: Utriuſque ſpeciei radices in Medicina adhibentur contra omnes Diarrhæas, albæ nempe ſpeciei tam domeſticæ quam ſilveſtris. Segmenta inferiora & mollia contra vulgarem Diarrhæam ſeu albam, illæ vero ſpeciei rubræ contra Dyſenteriam, cruda editur hæc radix cum Pinanga alba, & pauxillo contritæ Zingiberis, Nucis moſchatæ, & Caryophylli, quorum ſuccus deglutitur, qui non admodum eſt adſtringens ſeu obſtipans ſed malignos corrigens humores & demulcens, e quibus Diarrhææ ortum ſuum habent, unde ſenſim illas curat. Silveſtris ſpecies ad hunc ſcopum præſtantiſſima eſt, quæ radices gerit longiſſimas & delicatiſſimas.

Folia contrita & ſupra ignem calefacta venenatis inponuntur ictibus piſcis *Jcan Swangi* dicti, quique ipſorum ſucco pedes & manus fricat, innoxie in aqua marina ambulare poteſt, & inmunis erit ab ictibus talium venenatorum piſcium, quidam Amboinenſes hæc ſecum portant, quum in bellum eant, ut felices ſint.

Verbum Ternatenſe *Ngaſſi* ſeu *Haſſi* ſimulare ſignificat, ſeu civiliter mentire, atque in Grammatica ſimbolica ſignificat, mendacem ſeu ſimulatorem infamare, quum tali mittantur hæcce folia.

als zuiker-wortel, van buiten eenigzins in leden verdeelt gelyk de Gember, ter zyde uitloopen veele en lange vazelingen, harder van ſubſtantie, en onbequaam te eten.

Sayzoen. *De bloeijende tros komt voort in November, en de beſien ſtaan wel een Jaar aan de ſtok, eerze ryp worden.*

Het Wilde witte geſlagt *verſchilt niet van 't voorgaande, behalven dat de bladeren doorgaans Zeegroen zyn, of zomtyds met een weynig purper langs de kanten, de regte of middel-wortel is ook langer, malser, en zeer wit.*

Het waſt in de voorſte boschagien, valeijen, en ſchaduwagtige Plaatzen, wordende van daar zomtyds ook in de boven overgebragt, daar de bladeren meerder roodigheyt aanneemen, om datze in de Zon ſtaan,

II. Terminalis rubra *verſchild van gedaante ook niet veel van 't vorige, behalven dat de bladeren wat ſmalder zyn, de jonge ſchoon ligt-rood, de oude meeſt bruynrood of met weynig groen gemengt, aan de agterſte kanten; de bloem-draagende tros komt op de zelfde manier voort.*

't Bloeyzel van de Terminalis rubra *of roode zoorte komt aldus voort, de ſtelen dewelke de bloempjes dragen, ſtaan twee en twee in 't kruys, de bloempjes hebben vier uitwendige blaatjes aan de buyten zyde ligt-rood, daar binnen vier andere witagtige met wat rood, in de midden agt witte draatjes met geele noppen, en 't neegenſte is blood.*

De vrugten zyn van dezelfde gedaante, werden ten laaſten bloet-rood als Kerſſen, rontom 't boovenſte kroontje ziet men ſes ſtraaltjes, als ofze de beſien in ſes wilden afdeelen, onder 't buytenſte roode velletje leyd het dunne merg zoet van ſmaak, en daar in twee à vier ſwarte en glimmende ſteentjes, als halve maantjes of gebrokene ſtukken van den ſteen Gagates, bitteragtig van ſmaak, zy hangen mede lang aan de ſtok, eerze rypen als t'vorige, alle deeze zoorten kan men met zaad niet of zelden voortplanten, maar zulks geſchiet met de afgebrokene takken, of met de ſcheutjes, die langs de ſtam by de wortel voortkomen, als men in 't afſnyden een ſtukje van de ſchors daar aan laat.

Naam. *In 't Latyn* Terminalis alba & rubra, *men moetze egter onderſcheyden van de* arbor finium regundorum, *waar van* Jul. Scalig. exercit. 181 diſt. 3. *ſchryft, en die wy voor de* Galuga *houden boven* Lib. 2. *beſchreven.* *Ternat.* Ngaſſi, *dat is, leugen-blad, om dat 't tweederley coleur vertoont, op Java* Andong. ban. Somboc, *Amb. by de Moren op hitu* Welluga, *dat is werpt weg, en 't zal weder groeijen, op Banda* Leytimor Werſingin *en* Weruſiſſi, *dat is werpt van de ſteylte af, om dat het overal, zo ligt beklyft, waar men het maar heen werpt, al was het tegen 't hangen van een berg.*

Plaats. *De twee tamme zoorten plant men in de boven, in alle deeze Ooſterſe Eilanden, op Java en Baly heeft men het ook, dog weynig.*

Gebruik. *Het word in de hove geplant tot cieraat, en op Bruyloften gebruykt, als* Codiho: *de Inlanders planten 't veel aan de kanten van haare boſchtuynen om de Limiten aan te merken, gelyk boven van* Codiho *en* Gurabate *vermelt is, en waar van 't ook den Latynſche naam heeft, de wortelen van beide zoorten zyn in de Medicyne gebruykelyk tegens allerhanden Buykloop, te weeten, de onderſte en malſe ſtukjes van de witte zoort, 't zy tam, of wild, tegens de gemeene of witte buykloop, die van de roode zoort tegens de Bloed-loop, men eetſe raauw met witte Pinang, en een weynig kleine Gember, Noten-muſcaaten, en een Naageltje, 't zap inſwelgende, daar is wel geen merkelyke ſtoppende of te zaamen trekkende kragt in, egter verbeetert het de quaade humeuren, en verſagtze, daar uit de lopen ontſtaan, en helpt van langer hand, de wilde zoort is wel de bequaamſte hier toe, als hebbende de langſte en ſmakelykſte wortelen.*

De bladeren wat gewreven, en over 't vuur warm gemaakt, legt men op de fenynige ſteken van den viſch Jcan ſwangi, *en die met het zap de beenen en handen beſtrykt, mag onbeſchroomt wandelen in Zeewater, en voor de ſtoeken van diergelyken viſſchen vry zyn. Sommige Amboinezen dragen 't by hun, als zy naar den oorlog gaan om gelukkig te zyn.*

Het Ternataans Ngaſſi *of* Haſſi *hiet veynſen of beleeft liegen, en in de Gramatica Symbolica wil het iemant een leugenaar of veynsaart ſchelden, die 't toegezonden werd.*

Fig. 1.
Fig. 2.

Ob foliorum formam quodammodo convenit cum figuris, quæ in herbariis inveniuntur, arboris *Sanguinis Draconis* dictæ, uti & Malayenses mihi indicarunt, arborem hanc in Burneo & Sumatra crescentem folia gerere longa & angusta instar Pandani, de quo supra *libro tertio Cap.* 40. mentionem fecimus, hic autem in Amboina nunquam rubrum detegere potui succum.

In Rumphii adpendice hæc adduntur.

Uti rubræ speciei folium a Ternatensibus habetur pro mendaci folio, sic alba seu silvestris species, quæ in Cerama *Sole* vocatur, apud Alphorenses signum est veritatis ac pacis, si enim cum alio pago pacem inire velint, cum quo antea inimicitiam exercuere, ramum albæ *Sole* sumunt, quem terræ inponunt juxta illum pagum, cum quo amicitiam contraxerunt, addita porcellana patina, tanquam signum certum, nullum odium unquam cum illo exerciturum esse, ad quod alter vicinus in suo pago idem perficere tenetur, nemini autem licet hosce extrahere ramos, sed illis in locis excrescere sinunt, quod facile hæ plantæ peragunt, si enim ista arbor non relinquatur, signum esset, pacem non accipi.

In Tabula Trigesima Quarta

Fig. 1. Ramum exhibet *Terminalis albæ*.
Fig. 2. Ramum sistit *Terminalis rubræ*.

Wegens de gedaante der bladeren heeft het eenige overeenkomst met de schilderije, die men in de kruydboeken vind van den boom Sanguis Draconis, *gelyk de Maleyers my ook berigt hebben, dat de boom op Borneo en Sumatra wassende, lange en smalle bladeren heeft gelyk het Pandang, daar van wy boven* Lib. 3. Cap. 40. *gesprooken hebben, dog ik heb hier in Amboina noyt eenig rood zap daar aan kunnen vinden.*

In het aanhangzel van Rumphius wert 'er dit bygedaan.

Gelyk het bladt van de roode zoort by de Ternatanen gehouden wert voor een leugenagtig blad, zo is de witte ofte wilde zoort, die op Ceram Sole *genaamt wert, by de Alphorezen een bewys van waarheid en vrede, want als zy met eenig dorp een vriendschap willen aangaan, met het welk zy van te vooren in vyantschap geweest zyn, zo nemen zy een tak van de witte* Sole, *welke zy in de aarde zetten nevens dat dorp, met welke zy de peis weder gemaakt hebben, een porceleine schotel daar by leggende tot een verzekering, datze geen vyandschap meer aan deeze willen plegen, waar op deeze Negery het zelve aan hare kant moet doen, en niemant mag deeze takken uittrekken, maar zy laten die op die plaatzen groeijen, 't welk deeze plant zeer ligt doet, want anders als deeze boom niet staan en blyft, zoude het een teken zyn, dat men de vreede niet aanneemt.*

De Vier en Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste *figuur* een tak van de *witte Limiet-struik.*
De tweede *figuur* wyst aan een tak van de *roode zoort.*

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Terminalis angustifolia. Caju suggi.

T*Erminalis angustifolia* silvestris penitus est naturæ, truncum gerens pedem crassum, qui non est firmus, sed concavus, putridus, & magna ex parte cariosus, cujus cortex exterior est cinereus & fissus, sub quo alter viridis & succosus reconditur. Ramos gerit raros, rectos, ac pollicem crassos, in articulos seu nodos divisos, qui deciduorum foliorum vestigia sunt, lignum vero ipsorum est album, medulla repletum ingenti & aquosa.

Folia in ramorum summo plura simul dependent deorsum inflexa, uti in *Codiæo* angustifolio, ex ramis sessilia, suntque longa, angusta, crassiuscula, sed flaccida, formam gerentia canalis plani, per longitudinem subtiliter venosa, atque inferius protuberantia, ubi & nervus medius extenditur, a septendecim ad viginti pollices longa, binos lata digitos, atque contrita elegantem viridemque succum fundentia.

Flores ex longis excrescunt corymbis, uti in præcedente, hi vero longiores sunt magisque extensi, circa hos flores Octobri progerminant, longis ex tubis constantes & albi, externe parum virides & angulosi, longiores prioribus; in sex angusta sese aperientes petala, quorum tria retroflexa sunt, illi autem in centro plurimis staminulis repleti sunt: Baccæ sunt uti prioris, sed majores, fere instar Cerasorum nigrorum, quarum quædam sunt rotundæ, aliæ parum compressæ, & binæ sibi adcumbentes, externe virides, ac diu flavescentes, dein vero rubentes: In rotundis durum reconditur ossiculum solitarium, in geminis bina sibi sunt adposita, dimidios panes referentia, fusca & splendentia.

Truncus aliquando cruris crassitiem obtinet, ac licet semi sit cariosus, undique tamen multi virides ac luxuriantes ex ipso excrescunt surculi, interna vero ipsius pars fungosa est & herbacea uti in arundine saccharifera: Ejus radices sunt longæ, sub terra prorepentes instar illarum Calappi, externe rubentes, interne albæ, lentæ, succosæ, saporis graminei, sed non acris.

Nomen. Latine *Terminalis angustifolia*, Malaice *Daun suggi*, Javanice *Seru*, Amboinice in Hitœa *Welluayt abbal*, Belgice *Wild Ngassi*, in Toehoeá *Mehu huæ* seu pilosum folium, & *Oebat rambu*, Javanice *Andon watu*, Ternatice *Ngassi cototidi.*

XL. HOOFDSTUK.

De smalbladige Limiet-struik.

D*E smalbladige* Terminalis *is gantsch wilt van aard, met een stam van een been dik, die niet massiev, maar hol, wan, en een gedeelte vermolsemt is. De buytenste schors graauw en gescheurt, en daar onder een groene sappige: De takken zyn weynige, regt, en een duym dik, in leden of trappen verdeelt, die de afgevallene bladeren maken met een week wit hout, en een groot wateragtig hert.*

De bladeren hangen aan 't opperste digt by malkander, meest nederwaarts gebogen, gelyk aan 't smalbladige Codiho, *zonder stelen den tak omgevende, zy zyn lang, smal, dikagtig, dog slap, gefatzoeneert, als een vlakke geut, in de lengte fyn geadert, met de rug na onderen ziende, alwaar de middel zenuwe een weynig uytbuylt, van seventien tot twintig duymen lang, twee vingers breet, gewreven een schoon groen zap uitgevende.*

De bloemen komen voort aan lange trossen, gelyk aan 't voorgaande, dog deeze zyn langer en meer uitgebreyt. Rontom dezelve ziet men in October *de bloemen voortkomen, die mede langhalsig en wit zyn, of van buyten wat groen en hoekig, langer dan 't voorgaande, mede in ses smalle blaadjes hun openende, waar van drie agterwaarts gebogen staan, in de midden met veele witte draadjes opgepropt; de besien zyn mede gelyk als aan 't vorige, dog groter, bykans als krieken, sommige ront, sommige wat gedrukt, en uit twee tegen malkander gezet, buyten groen, en langen tyd geel, ten laatsten wat rood wordende. In de ronde leyt een harde korl of steen, in de dubbelde twee tegen malkander als halve brootjes, bruyn en glad.*

De stam werd somtyds een dije dik, en al isse half verrot, zo schieten egter ter zyden veele groene, en jeudige scheutjes uit, het binnenste is meest voos en kruytagtig, als aan 't zuyker-riet. De wortelen zyn lang, onder de aarde kruypende, als Calappus wortelen, buyten roodagtig, binnen wit, taay, zappig, grasagtig van smaak, dog niet scherp.

Naam. *In 't Latyn* Terminalis angustifolia. *in 't Maleyts* Daun suggi. *in 't Javaans* Seru, *Amboinees op* Hitöe Welluaytabbal. *in 't Duits wild* Ngassi, *op Toehoe* Mehu huæ, *dat is hair-blad, en* Oebat rambu, *Javaans* Andon watu. *Ternaats.* Ngassi cototidi.

Locus. Plaats.

Locus. In humili crescit silva tam in litore quam in desertis hortis, estque nota in omnibus Amboinensibus insulis, uti quoque in Java.

Usus. Est arbor admodum luxuriosa & vegetativa, ad palos & fustes sæpe adhibetur in hortis, ubi facile progerminat, sed incurvos emittit ramos; Ejus folia contunduntur simul cum herba *Cassutha*, horumque succus expressus per noctem rori exponitur, quo caput lavatur depurandi gratia, quod bis repetitur, donec siccum fuerit. Mulieres ipsi admiscent aliquid rasæ Calappæ nucis, ut ipsarum capillitium sit longum & molle, unde & nomen obtinuit: Foliorum succus est eleganter viridis, cum quo & chartas delineare possumus.

Eadem quoque folia a quibusdam Javanis & Malayensibus adhibentur ad viride oleum ex iis conficiendum sive cum Calappo sive cum Djaraco, si nempe folia hæc conterantur, atque contritis admisceantur feminibus, ex quibus oleum excoquere volunt. Viridis cortex sub externo cinereo latens, abrasus, atque cum frusto flavi corticis *Jangbing* seu *Gelalæ Balicæ*, aquæ incoctus cum manipulo viridis Catjang, atque cum raso Calappo contritus in olla bene obturata, ita ut tertia aquæ pars consumatur, quod suffimigio inservit seu balneo vaporis illis, qui Paralysi seu Beriberi laborant, hi autem undique obteguntur erecti stantes, donec sudoribus fere diffluant, eadem quoque decoctio ipsis propinatur, & Catjang cibo illis conducit.

Amboinenses hæc sumumt folia, quæ tantummodo calefaciunt, iisque artus fricant Paralyticos; quovis autem folio hos fortiter fricant tanquam radula.

Albæ radices aquæ incoctæ in arundine cum *Pacutica* alba, quæ Filicis species est infra libro decimo descripta, Gonorrhæam curant, si per octo dies mane & vesperi jejuno & vacuo stomacho propinentur.

Tabula Trigesima Quinta

Ramum exhibet *Terminalis angustifolia.*

Plaats. *'t Wast in 't kreupel bos in de laagte, zo op strand, als in verlatene tuynen, en is bekent in alle Amboinse Eilanden, als mede op Java.*

Gebruik. *'t is een zeer weeldrig groey hout, 't wort zomtyts tot staken en palen gebruikt in de tuynen, daar het dan ligt uitschiet, maar kromme takken gewint; men neemt de bladeren en kneetze te zamen met het gewas* Cassutha, *en laat het uitgedrukte water een nagt in den douw staan, daar na smeert men 't hooft daar mede, en laat het een reys of twee drogen, eer men 't wascht. De Vrouwen mengen daar wat geraspte Calappus onder, om lange en weke hairen te maken, daar van het de naam heeft, 't zap van de bladeren is schoon groen, en men kan daar mede op papier verwen.*

De zelfde bladeren werden ook by zommige Javanen en Maleyers gebruykt, om groene oly te maken, 't zy van Calappus of Djarach, als men de bladeren wryft, en onder de geraspte of gewrevene zaden mengt, daar men een oly uitkookt.

De groene schors, die onder de buytenste graauwe leyt afgeschrapt, met een stuk geele schors van Janghing *in water gekookt, met een band vol groene Catjang, en met geraspte Calappus gewreven in een welgeslotene pot, dat men een derde waters verlieft, hier mede berookt men die gene, die aan de Beriberi vast zyn, over ent staande, en rontom toegedekt, tot datze wel sweten, en 't water van hun afloopt, 't zelve water geeft men hem te drinken, en de Catjang te eten.*

De Amboinezen nemen de bladeren, makenze slegts wat warm, en wryven daar mede de leden, daar de Beriberi zit, met ider blad dezelve sterkelyk strykende, als met een rasp.

De witte wortelen gekookt met de Pacuticos *('t welk een zoort van varen is, waar van hier na* Lib. 10.) *in een bamboes met water genezen de Gonorrhœam, agt dagen 's ogtens en tegens den avont in een lege maag daar van gedronken.*

De Vyf en Dertigste Plaat

Vertoont een tak van de *smalbladige Limiet-struik.*

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Cauda felis. Ekor cutsjing.

HIc frutex formam gerit Coryli humilis, quinque & sex pedes altus, variis adsurgens stipitibus, ad summum plerumque incurvis ob foliorum pondus, dividitur in domesticum & silvestrem.

Domesticæ folia quodammodo similia sunt illis Coryli, sed non cordiformia, & prope petiolum subito angustata, illisque Mori magis adcedentia, ad oras serrata, instar Urticarum, plerumque binas transversales palmas longa, sexque lata digitos, aliquando etiam tres palmas longa sunt, ac binas lata, intense viridia, subtusque venis rubentibus pertexta, atque inordinata ramis insident.

Ex quavis foliorum ala progerminat longa cauda, binos ac binos cum dimidio longa pedes, digitum crassa, quæ simillima est dependenti felis caudæ, multis cincta pilis, seu mollibus apicibus, quorum quidam semper conjuncti sunt, pusillis insidentes pallide virentibus capitulis, totamque caudam constituunt mollem seu ad tactum lanuginosam, coloris læte rubentis sanguinei seu carmosini, quod elegans præbet spectaculum inter viridem istam frondem.

Calicibus istis insidet cordiforme granulum, quod semen putaretur esse, quod tamen non fæcundum est nec progerminat, nec ullus alius in hoc stipite observatur fructus, si vero caudæ hæ diu ad ornamentum dependerunt, fumeum adquirunt colorem, & marcescunt.

Quum hic frutex in arenoso & sterili crescat solo, incomptus est, cuncti enim rami ac ramuli folia gerunt rara ac gracilia; quæ ab Erucis porro depascuntur, inter quæ multa brevia & albicantia dependent fila, radiculas mentientia, unde per ramos transplantandus est, quique in silvestribus sponte crescunt hortis,

XLI. HOOFDSTUK.

Katte-steert.

DEeze *struik heeft de gedaante van een lage Hazelaar, vyf en ses voeten hoog, met verscheyde takken opschietende, die aan 't bovenste meest krom staan, wegens de swaarte der bladeren, hy is verdeelt in tam en wilt.*

Aan 't tamme zyn de bladeren eenigzints die van Haselaar gelyk, dog niet hertformig, by den steel schielyk toesmallende, en het Moerbesien loof gelyker, aan de kanten gesaagt, als de Netelen, in 't gemeen twee dwars banden lang, en ses vingers breet, dog zy werden ook drie banden lang, en twee breet, hoog-groen, met roodagtige aderen beneden, en staan zonder ordre aan de takken.

Uit ieder schoot van de bladeren komt een lange steert voort, twee en derdehalf voeten lang, een vinger dik, een afhangende katten steert zeer gelyk, bezet met veele hairtjes of weeke spitzen, waar van altyd ettelyke by malkander staan op kleine bleek-groene knopjes, en maken den geheelen steert, zagt of wolagtig in 't aantasten, schoon levent bloet-root of Carmozyn van coleur, 't welk een aangenaam spectacul geeft onder dat groene loof.

In voornoemde kelkjes steekt een hartagtig korltje, dat men voor 't Zaad zoude aanzien, het welk egter niet voort-teelt, en daar komt ook geen andere vrugt aan deeze stok, maar als de steerten langen tyd gehangen hebben te pronken, zo werdenze rookverwig en verdorren.

Als deeze heester in een zandige en magere grond staat, zo wortze zeer ongedaan, want alle de takken en ryskens by haren oorspronk gewinnen weynige en magere bladeren, die de rupzen volgens afeten, en daar by veele korte en witagtige draden, als of 't worteltjes waren, daarom moet men het als dan met takken verplanten, 't geen

egter

Tab. XXXVI.

hortis, altiores ſunt & magis luxuriantes, nec adeo hoc laborant vitio, caudæ hæ nullum notabilem habent ſaporem vel qualitatem, unde & crudæ edules ſunt. Radix ſatis longa eſt, & transverſaliter prorepit, flores autem per totum annum in ſtipite conſpiciuntur.

Nomen. Latine *Cauda felis*, juxta Malayenſe *Ekor cutſing*, a florum forma: in Hitœa *Cupeſſa* & *Upeſſa*, cognomine rubri, quum albus ſeu ſilveſtris frutex in ſubſequenti deſcribitur Capite. Ternatice *Loſitti*, Javanice *Lunga tambang*.

Locus. In Amboina raro obcurrit, nec niſi in hortis & ſilveſtribus locis plantatus.

Uſus. Hi flores atque radices tanquam ſpecificum habentur remedium contra Hæmoptœm, ſi modo hæc non ſit excitata per toxicum corroſivum, hunc in finem crudi maſticantur flores cum Pinanga per totum diem, addito ſæpe pauxillo Zingiberis: Ejus radix in aqua conteritur, quæ propinatur, vel ſaccharatæ incoquitur aquæ in Syrupi conſiſtentiam, qui exhibetur, atque hoc ultimum remedium ſæpius inſtitutum eſt in Chirurgo quodam, qui viciſſim magnam puri ſanguinis quantitatem ejiciebat.

Natura hoc hominibus indicare voluit remedium per rubram horum florum formam, quæ ſanguineam refert ſputam, qualem Hæmoptoici emittunt, characteres enim ſeu plantarum ſigna neutiquam rejicienda ſunt, uti deriſores arcani naturæ id ſolent, inſcii, hunc eſſe vetuſtiſſimum modum ad naturales herbarum virtutes detegendas & noſcendas, quod per totam Orientis partem inſtituitur in hunc usque diem, hi enim homines, uti & noſtri proavi, Herbariis deſtituti fuerunt, atque hinc characteribus, ſeu externa plantarum figura, odore, ac ſapore ſenſim ad illarum notitiam pervenere, uti id in pluribus demonſtrare poſſum locis, ex hiſce vero ſignis bene dijudicare poſſe haud vilis nec ſpernenda eſt notitia ac ſcientia, quæ paucis verbis haud explicari poteſt, vel hic deſcribi, non autem magis æſtimanda eſt quam divinatio & exploratio, donec experimentis ſit ſtabilita & confirmata.

Æthiopes Hituenſes Lepram albam, *Noman puti* dictam, hiſce curare volunt, folia cum radicibus *Tsjonkor* conterentes in paſtam, qua ſcabiem quotidie inliniunt, hæc enim curabilis eſt, non autem Lepra nigra *Noman itam* dicta, quæ inſtar Herpetis totum obcupat corpus, atque homines nigro defœdat colore inſtar Dæmonum, quam Amboinenſes maxime metuunt, talesque ex ſocietate tanquam contagioſos excludunt: Eadem quoque folia adhibentur contra infantum aphthas, ſubſequens vero ſilveſtris ſpecies melius in hunc conducit finem.

Alii radices cum aqua conterunt, uti cum Sandalo fit, atque cum aqua Roſarum adſumunt contra Hæmoptoën, flores etiam crudi cum anatica ſacchari quantitate conmixti, & in conſervam ſubacti, inſtar Conſervæ Roſarum adhibentur. Alii radicem coquunt cum illa *Pule* ad digiti longitudinem, & cum tribus *Cyperi rotundi* radicibus in aqua, in olla bene obturata, vel crudos edunt flores cum teneris *Pule* foliis, ac pauxillo *Tsjonkor* cum Pinanga eosdem ad morbos.

Tabula Trigeſima Sexta

Ramum exhibet *Caudæ felis*, quæ eſt *Amaranti ſpecies*.

egter in de bostuynen opkomt, wert hoog en weeldrig, en zyn deeze qualen zo niet onderworpen, de kattekens zyn zonder merkelyke ſmaak en hoedanigheyt, daarom menze wel raauw kan eten, de wortel is redelyk lang, en dwers kruypende, en de bloemen ziet men 't geheele jaar door aan den ſtok.

Naam. *In 't Lateyn* Cauda felis, *na 't Maleyts* Ekor cutſing, *beyde na de gedaante der bloemen.* Op hitœ Cupeſſa *en* Upeſſa, *met de toenaam van root, om dat de witte of wilde in 't volgende Cap. zal beſchreven werden. Ternate* Loſitti. *Javaans* Lunga tambang.

Plaats. *Men vind het in Amboina weynig, en dat maar alleen in de hoven of bostuynen geplant.*

Gebruik. *Men houd deeze bloemen en wortelen voor een toegeeygent middel tegens 't bloed ſpouwen, als 't zelve maar door geen corоſief vergift is veroorzaakt, hier toe eet men de rauwe bloemen met witte Pinang al gaande over dag, zomtyds een weynig Gember daar by doende, de wortel wryft men ook in water, en geeft die te drinken, of men kooktze in gezuykert water, tot dat het als een zyroop wert, en drinkt dat, zynde het laatſte meermaals geprobeert aan een Duytſch Chirurgyn, die met beurten dikwils klaar bloed in menigte uitſpoog.*

De natuur heeft dit de menſchen te kennen gegeven door de ſchynbare gedaante van deeze bloem, dewelke het bloedig quyl gelykt, zo als de bloedſpouwers uitwerpen, wane de zignaturen der planten zyn geenzins te veragten, gelyk de beſpotters van de natuurlyke geheymeniſſen doen, niet wetende, dat dit d'oudſte manier is, om de natuurlyke kragten der kruyden te kennen, gelyk men nog door geheel Orienten bevint, want deeze menſchen, gelyk onze eerſte voorvaders, hebben geen Kruyd-boeken gehad, en zyn dierhalven enkelt door kentekens, dat is, door de uiterlyke gedaante, ſmaak, en reuk allenkskens tot de kenniſſe gebragt, gelyk ik op meer plaatzen kan betonen, dog uit de ſignaturen wel te kunnen oordelen, en is geen geringe wetenſchap, en met weinige woorden niet wel aan te wyzen, of hier te beſchryven, immers men moetze niet hoger houden, dan giſſing en aanleiding, tot dat men de experimenten daar by krygt.

De Hitueſe *Moren willen de* witte melaasheit, Noman puti *genaamt, hier mede ook genezen, de bladeren met de wortelen van* Tisjonkor *wryvende tot een deeg, waar mede zy het ſchurft dagelyks beſtryken, want deeze is geneeſlyk, maar niet 't* Nonam itam, *dewelke als een* herpes *'t geheele ligbaam beſlaat, en de menſchen ſwart maakt, als duyvels, voor de welke d'Amboinezen zeer bang zyn, en ſcheidenze als beſmettelyke van 't gezelſchap der menſchen af. Dezelfde bladeren werden ook gebruikt tegens de ſprouw der kinderen, dog de volgende wilde zoort is daar bequamer toe.*

Andere wryven de wortel met water, zo dik als zandel, en nemen ze in met Roſewater tegens het bloedſpouwen, of de rauwe bloemen gewreven met even veel poeijer-zuyker gemengt, als een Conſerva Roſarum. Andere koken de wortel met de wortel van Pule, *een vinger lang, en drie wortelen van* Cyperus Rotundus *in water wel toegeſtopt, of eten de rauwe bloem met de jonge bladeren van* Pule, *en een weinig* Tsjonkor *met* Pinang *tegens dezelve gebreken.*

De Ses en Dertigſte Plaat

Vertoont een tak van de *Katte ſtaart*, welke is een zoort van *Amarantus*.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Cauda felis agreſtis. Ekor cutsjing utan.

CAuda felis agreſtis binas habet ſpecies, rubram & albam.

Primo. *Cauda felis agreſtis rubra* fruticem format altiorem illo domeſticæ, inſtar Coryli nempe: Ejus folia longis inſident petiolis, qui ſunt lanuginoſi & fuſci. Folia vero ſunt anguſtiora & acutiora, magisque cordiformia quam præcedentis, coloris pallide virentis, quinque & ſex pollices longa, quatuor lata, undique ſerrata, ac pluribus pertexta coſtis, in quibus nulla conſpicitur rubedo, ad petiolorum ortum ſemper bina foliola locata ſunt, atque ex ipſorum alis caudæ progerminant, breviores & laxiores quam prioris, quæ tamen decem pollicum longitudinem adtingunt, atque ex viridibus compoſitæ ſunt capitulis, Siriboam referentes, quæ primo dependent, ſed dein ſeſe erigunt, craſſeſcunt, atque capitula formant trigona, viridibus calicibus inpoſita, cuivis autem capitulo ſtaminula quædam rubra inſident, inſtar Serici ſplendentia & laxa, unde non ita rubra ac compacta ſunt quam in domeſtica: In capitulis tres adparent cellulæ, totidemque fuſca granula inſtar ſeminum Sinapios, vel paulo minora & acutiora, quæ progerminant.

Ejus lignum eſt ſiccum & fragile, illi Coryli ſimillimum: Foliorum ſapor eſt ſiccus, adſtringens, ac ſimul detergens.

Secundo. *Cauda felis agreſtis alba* ſimilem profert fruticem, ejus vero rami ſupremi ſunt magis lanuginoſi, uti & petioli longi, quibus folia inſident ſolitaria, & vaga, in quibus nil rubri vel fuſci adparet, tam in petiolis quam in foliis, quæ ſimul ſex pollices longa ſunt, atque ejusdem fere latitudinis, quodammodo cordiforma, in medio latiſſima, ubi tres nervi concurrunt, ad oras autem ſubtiliter ſerrata ſunt, ſubtus mollia & lanuginoſa: Ejus caudæ ſunt inſtar junioris Siriboæ, dein in ſpithamæ longitudinem excreſcunt, & ad caudæ felis craſſitiem, quæ ex ſimplicibus conſtant pallide virentibus ſquamulis ſeu foliolis cum multis pilis ſeu ſtaminulis intermediis, inter quæ latent capitula trigona, in quibus locantur tria puſilla fuſca granula: Totus frutex cum foliis, floribus, ſeminibusque adſtringentis eſt & exſiccantis virtutis.

Nomen. Latine *Cauda felis agreſtis*, Malaice *Ekor cutsjing utang*, Ternatice *Loſitti ſalu ubi*, Amboinice *Cupeſſa* & *Upeſſa abbal.*

Locus. In humilibus creſcit ſilvis, in locis ſterilibus & ſaxoſis, ſoli bene expoſitis, item in ventoſis collibus, potiſſimum vero in hortis ſilveſtribus, & deſertis, qui in Amboina & Moluccis noti ſunt: In meo etiam progerminavit horto ſua ſponte ex terra, quam ex ſilvis juſſeram petere: Frequenter obcurrit in ſaxoſis montibus poſt Hitulammam, ubi in arbuſculas excreſcit.

Uſus. Ejus folia magno in uſu ſunt contra aphthas, ſi obliniantur ſucco *Limonelli aurei*, illaque alii involvuntur folio, quod ſupra ignem calefaciunt, ipſorumque exprimitur ſuccus, cujus portionem puerorum faucibus infundunt. Alii medium ſumunt trunci corticem, quem in aqua modo conterunt, qua os eluunt, quod boni fuit ſucceſſus, ubi alia remedia fruſtra fuerunt adhibita: Quum vero pueri copioſo laborent alvi fluxu, quod Ternatenſes *Giſſa* vocant, ipſis folia & flores contritos cum cibis exhibent: Levia vulnera cum hisce foliis contritis & inpoſitis facile curantur.

Corticis decoctum cum Nucis Moſchatæ portiuncula præparatum in aqua, ac propinatum album mulierum fluxum curat, cui ſuperbibitur decoctum corticis *Halecæ terreſtris*, teneraque folia cum Pinanga maſticantur.

Tam domeſtica quam agreſtis *Cauda felis* quoad folia & flores magnam habent convenientiam cum Moro, ita ut *Chamæmorus Indica* haberi poſſet, participantes aliquid, uti dictum fuit de *Corylo.*

Cupeſſa ſaxatilis inſuper obcurrit in Hitœa, *Upeſſa batu* dicta, quæ maxime a præcedentibus differt, ejus enim folia non ſunt ſerrata, inferius anguſtata, in

XLII. HOOFDSTUK.

De wilde Katte-ſtaart.

DE wilde Cauda felis *heeft twee zoorten, rode en witte.*

1. Rode wilde Katte-ſtaart, *deezen ſtruik ſchiet hoger op, dan de tamme, te weten als een Hazelaar, de bladeren ſtaan op lange en wolagtige ſtelen, die bruinagtig zyn, de bladeren zelfs ſmaller en ſpitzer, hertformiger dan de vorige, van coleur ligter-groen, vyf en ſes duimen lang, vier breet, rontom gezaagt, en met meerder ribben doortogen, daar aan niets roots is, by den oorſpronk der ſteel ſtaan 't elkens twee kleine blaatjes, en uit derzelver ſchoot komen de kattekens voort, veel korter en idelder, dan aan 't vorige, dog nog al tien duimen lang, van groene knopjes gemaakt, de Siriboa gelykende, en voor eerſt afhangende, daar na regtenze haar op, worden dikker, en gewinnen drie hoekige knopjes, in groene kelkjes ſtaande, en op ider knopje ſtaan eenige ligt-rode draadjes, als zynde glimmende, nog al idel, en dierhalven zo root en digt niet als aan 't tamme. Binnen de knopjes zyn drie elletjes, en zo veel bruine korls als moſtaart zaden of wat kleinder en ſpitzer, die voort teelen.*

Het hout is droog en bros, den Haſelaar zeer gelyk, de ſmaak der bladeren droog, en adſtrigerent, en met eenen afvagende.

2. *Witte wilde* Katte-ſtaart *is een diergelyke heeſter, dog de bovenſte takken zyn wat wolagtiger, als mede de lange ſtelen, daar op de bladeren ſtaan, enkelt, en wyt van malkander, en men ziet niets bruyns of roots, nog aan ſtelen, nog aan bladeren, de bladeren zo wel, als hare ſtelen zyn ſes duimen lang, en ook ſchier zo breet, eenigzins hertformig, dog in de midden breeder, drie zenuwen ſtoten agter te zamen, aan de kanten zyn ze gezaagt, van onderen zagt en wolagtig, de ſteerten zyn eerſt als een jonge* Siriboa, *daar na werdenze een ſpan lang, en zo dik als een katte-ſteert, van enkelde ligt-groene ſchubbetjes of blaatjes gemaakt, met veele hairtjes of draatjes in de midden, daar tuſſchen ſchuilen kleine drieboekige knopjes, en in dezelve drie kleine bruine zadekens. Het geheele gewas met bladeren, bloemen en zaden is mede adſtringerend en opdrogende.*

Naam. *In 't Lateyn* Cauda felis agreſtis. *In 't Malyts* Ekor cutjing utang. *Op Ternaats* Loſitti ſalu uhi. *Amboins* Cupeſſa *en* Upeſſa abbal.

Plaats. *Het waſt in 't kreupel boſch op magere en ſteenagtige Plaatzen, die wel ter zonne ſtaan, op lugtige heuvelen, dog meeſt in boſchtuinen, die verlaten zyn, bekent in Amboina en de Molucos; het is ook in mynen tuin opgekomen van zelfs uit aarde, die ik uit het boſch hadde laten halen. Men vint het veel in ſtenige gebergte agter* Hitulamma, *'t ſpeldewerk genaamt, alwaar het tot boompjes wert.*

Gebruik. *De bladeren zyn in groot gebruik tegens de ſprou, als men dezelve beſtrykt met het zap van* Limonellus Aureus, *in een ander bladwint, over 't vuur warm maakt, en het zap uitdrukt, waar van zy de kinders in de mond gieten. Andere nemen de middel-ſchorſſe van dien ſtam, wryven die ſlegts met water, en ſpoelen de mond daar mede, het welk geholpen heeft, daar andere middelen vergeefs waren gebruikt, als de kinders ſterk aan den afgang zyn, 't welk de Ternatanen* Giſſa *noemen, zo gevenze hun de bladeren en bloemen gewreven met de koſt in. Ligte wonden genezenze ook met de gewrevene bladeren daar opgelegt.*

Uit de ſchorſſe met een ſtukje van een Nootemuſcaat in water een decoctum gemaakt, en gedronken, geneeſt de witte vloet der Vrouwen, waar op men dan gebruikt het decoctum van Halcky Terreſtris *ſchorſſe, en knouwt de jonge bladeren met Pinang.*

Zo wel de tamme, als wilde Cauda felis *hebben aan bladeren en bloemen groote gelykeniſſe met den Moerbeſienboom, zo dat menze voor een* Chamæmorus Indica *mogte houden, mededelende als gezegt iets van den Hazelaar.*

Daar is nog een Cupeſſa Saxatilis *op Hitu* Upeſſa hatu *genaamt, merkelyk van de voorgaande verſchillende, want de bladeren zyn ongezaagt, agter ſmal, in de midden*

Fig. 2.

Fig. 1.

in medio ac summo latissima: Ejus fructus solitarius dependet magnitudine aquosæ Jambosæ, vel paulo minor, formam gerens obliqui cordis, ad oras parum compressus & sulcatus, superne leviter umbilicatus ac squamosus, hujus binas observavi formas, quarum una major erat coloris pomorum, angulosa, sulcata, ac facile putrescens, altera minor, angulosa magis, & crassior, superne excavata, & umbilicata: Ambo fructus magno insident pedunculo, plani sunt, & in alas quasi distincti, quibus medulla fungosa firmissime adhæret, si vero in litus projiciantur, atque ab aqua marina adspergantur, hac depurantur & nigrescunt instar abortus Nucis Moschatæ: in saxosis crescit montibus, ejusque usus nondum innotuit.

In Rumphii auctuario hæc adduntur.

Hoc in Capite alba ejus describitur species, quæ loca amat saxosa, atque a quibusdam Malayensibus vocatur *Linke*, a Ceramæ australis populis *Ubitta.* Hujus & præstans mihi innotuit usus, ad quasvis nempe ulcerationes & scabies manuum ac pedum, quas ejus folia curant, si fuerint contrita ipsisque inlinita, unde exsiccantur, depurantur, ac cito consolidantur: Alter insuper usus apud Ceramenses invaluit, quem tamen nondum bene comprehendere possum, sumunt autem hujus arbusculæ ramulos, quos supra ignem torrent, & incidunt majoribus suis cultris, ex vulgari ferro constructis. Hinc ad fissuram ita induresecunt, ac ipsum ferrum, quæ res mihi ignota est, lignum nempe ferreum quasi posse componi.

Tabula Trigesima Septima

Fig. 1. *Caudæ felis agrestis rubræ* ramum.

Fig. 2. *Caudæ felis agrestis albæ* ramum exhibet.

den en vooren breeder, de vrugt hangt enkelt in de grote van een water Jambocs *of kleinder, in gedaante van een scheef hert, aan de zyden wat gedrukt en gevoornt, met een klein schubagtig naveltje, waar van ik wederom twee fatzoenen gevonden heb, d'eene groter, van coleur als een appel, hoekig, gevoornt, en ligt verrottende, d'andere kleinder, hoekiger, en dikker, aan 't voorste met een kuiltje, en daar in een naveltje. Beide hebben een grooten steel, wat plat, en in vlerkjes verdeelt, daar aan 't voze merg zeer vast hangt, maar als zy op het strant komen, en door 't zeewater bespoelt werden, zynze zuiver swart, als een misgewas van een Notemuscaat; het wast in stenige gebergte, en zyn gebruik is nog onbekent.*

In de vermeerdering van Rumphius wert 'er dit bygedaan.

In dit Hooftstuk staat een witte zoort van Catte-staart *beschreven, dewelke gaarn op steenagtige plaatzen groeit. Deeze noemen sommige Maleijers* Linke, *die van Zuidceram* Ubitta. *Hier van is my nog een goed gebruik bekend geworden, te weten tot alderhande zweeren en schurftheden aan de handen en voeten, dewelke deeze bladeren gewreven en daar op gesmeert sterkelyk opdrogen, zuiveren, en genezen. Nog een ander gebruik is by de Cerammers, het welk ik nog niet begrypen kan, namentlyk zy nemen de takjes van dit boompje, braden dezelve over het vuur, en snyden dan daar in met hare Parrangs, ofte houw-messen, die gemeenlyk van slegt yzer gemaakt zyn. Hier door zullen ze aan de snee zo hard werden, als of ze gestaalt waren, een zaak my onbekend, dat men een houd yzer harden kan.*

De Seven en Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste figuur een tak van de *roode wilde Katte staart.*

De tweede figuur wyst aan een tak van de *witte wilde Katte-staart.*

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Flos convolutus. Bonga gulong tsjutsju.

FRutex hic florifer oblique admodum & irregulariter positus est, ejusque truncus inferior pedem crassus est, atque ad trium quatuorve pedum altitudinem divisus est in tres ramos, quorum quilibet in totidem sese dispergunt, atque sic porro in triangulo locantur, qui cortice obducuntur glabro & cinereo, qui admodum fragilis est, pinguis, & resolubilis, lignum interne fungoso magnoque corde repletum est. Rami hi in summo herbacei fere sunt, ac nihilominus digitum crassi, quibus folia insident magna, illis *Mangæ bravæ* similia, seu magis adcedentia ad illa *Soulami pobon* libr. 2. descripti, duodecim & quatuordecim pollices longa, quatuor lata, crassa, firma, & glabra, multis parallelis ac regularibus costis pertexta, quæ in aliam conliguntur venam, oris adcedentem, ipsisque parallelam, superne sunt glauca, inferne pallida, longis insidentia petiolis sine ordine circa ramos: Costarum interstitia subtilia sunt & instar retis venosa.

In summo obtuso apice umbella provenit, ex crassis petiolis composita, atque ex ipsius medio alter crassus pedunculus, qui aliam minorem format umbellam: Hi fusci petioli producunt longa, acuminata, fusca, & gummosa quasi capita, quorum petala instar fili contorta sunt, ex quibus flos excrescit.

Flos formam habet Narcissi, ex longo collo porrectus, & ex quinque concavis petalis constans, quorum unum dimidia sua parte aliud complectitur, atque sic exhibet quinque oblongas quasi conchas, ad oras albas, interne luteas, nulla filamenta hic flos vel cavitatem in centro suo habet, qui odoris est grati sed gravis, atque per aliquot dies percipitur, quum demum, nullo subsequente fructu, decidunt, saltem hisce in terris huc usque sterilis fuit frutex, in Sina autem intellexi fructus producere, qualis unus adparuit anno 1681, in Amboina in frutice annuo, in quo post florum lapsum ex eodem petiolo excrevit oblonga

XLIII. HOOFDSTUK.

De zamengerolde Bloem.

D*Eeze bloem-dragende struik staat zeer scheef, en ongeschikt, de onderste stam is een been dik, drie of vier voeten boven de gront verdeelt hy zig in drie takken, ieder der zelver weder in drie andere, en zo voorts altyt in een triangul staande, bekleet met een effene, ligt-grauwe schorsse, zeer bros, vet, en breekzaam, binnen met een groot voos hert. Aan 't opperste zynze bykans kruitagtig, en niet te min een vinger dik, daar aan grote bladeren staan, die van de* Manga brava *gelyk, of nog eigentlyker die van* Soulamu Pohon Lib. 2. *beschreven, twaalf en veertien duimen lang, vier breet, dik, styf, en glad, met veele paralele ribben ordentelyk doorregen, die hun verzamelen in een andere ader, die digt en met de kanten paraleel loopt, boven blaauw-groen, van onderen bleek, op lange stelen, zonder ordre rontom de takken staande. De tusschenplaatzen, tusschen de ribben zyn fyn en nets geweis geadert.*

Aan 't opperste stompe ent komt een dolle voort, van dikke stelen gemaakt, en uit de midden van dezelve een ander dikke steel, die nog een ander kleine dol maakt, deeze bruine stelen brengen voort lange, spitze, bruine, en als gegomde knoppen, daar aan men de blaatjes gedraait ziet als aan een touw, en waar uit de bloem wert.

De bloem is in de gedaante van een Narcissus, *dog met een langer hals gemaakt, van vyf holle blaatjes, waar van 't eene met zyn helft 't ander bevat, en zo vertonenze vyf langwerpige schulpjes, aan de kanten wit, binnen hoog-geel, zonder holligheit of draatjes in de midden, liefl yk dog geil van reuk. Zy blyven eenige dagen na malkander in hare geur, en vallen ten laatsten af zonder vrugt, immers in deeze landen is het tot nog toe onvrugtbaar geweest, dog in Sina versta ik, dat het vrugten draagt, gelyk 'er een gezien is Anno* 1681. *in Amboina aan een jonge en jarige stok, waar aan na 't afvallen van de bloemen aan dezelfde steel uitgekomen is een*

oblonga & rotunda siliqua, sex pollices longa, ultra digitum crassa, rotunda, & subtus sulco notata, atque punctulis quibusdam variegata, primo viridis, dein fusca: Matura vero in binas dehiscit partes, atque in binis ordinibus plurima exhibet semina oblique sibi obposita, squamas tenues referentia, superne crassiuscula, inferne in tenuem membranulam desinentia, qua siliquæ connectuntur, suntque digiti articulum longa, unguem lata, qualia squamosa semina sibi adcumbentia in lactescente planta, atque præ cæteris in arbore *Pule* observantur: Totus hic frutex ubique repletus est albissimo lacte, quod ubique copiose exfluit, ubi sauciatur.

Nomen. Latine *Flos convolutus*, quum ejus petala sibi incumbant, & quasi convoluta sint. Malaice *Bonga gulong tsjutsju*, quod idem denotat, atque Ternatenses pronunciant *Culong tsjutsju*, & *Culu tsjutsju*, alii illum vocant *Bonga cambodja*, ob subsequentem rationem. Javanice *Sambodja*.

Locus. Videtur primum ex Cambodja fuisse deductus, unde & nomen obtinuit, ac forte primum in Ternatam per Sinenses mercatores, unde ante paucos quosdam annos in Amboinam delatus est, in Java tamen aliisque locis itidem obcurrit. Alii dicunt in Manilhis quoque reperiri, atque inde cum subsequenti flore in Ternatam fuisse deductum.

Usus ejus hisce in insulis huc usque ignotus est, ornamento autem hortorum inservit, ubi plantatur ut & ad oras arearum, licet ibi aliquando non bene locetur ob ample extensos ramos, quibus propagatur pluvioso tempore, si autem pluvia sit nimis copiosa, facile putrescunt. Flores in coronis adhibentur, atque a Sinensibus Bataviam inhabitantibus, aliquando sacchаro condiuntur.

Malabarenses testantur ejus radicem in patria sua lethalem esse, ejusque tres conmemorant species, quarum prima est magna alba *Pedalery* ipsis dicta, secunda parva rubra *Pualery*, tertia parva alba *Bellalery*. Mihique artem docebant Peraense stannum tam clarum & album reddendi, acsi argentum esset, in quem finem adhibebant horum florum capita, primæ nempe speciei, antequam sese aperiant, alii autem dicunt minoris albæ speciei capita esse eligenda, cum lacte porcino, & fimo gallinaceo mixta, alii calcem insuper addunt, stannum liquescunt, cui adfundunt lac istud ac fimum, ac demum flores addunt, stannum instar argenti albescet, dubito autem, an justam me docuerint artem: dicitur enim Bataviæ fuisse exploratum, sed haud magno cum effectu.

Tabula Trigesima Octava

Ramum exhibet fruticis, qui *flos Convolutus Rumphii* dicitur.

een langwerpige ronde houwe, ses duimen lang, ruim een vinger dik, ront, van onderen met een naat, en eenige pukeltjes, eerst-groen, daar naar bruinagtig: de rype berst in twee en vertoont in twee rijen vele zaden schuins tegen malkander gestapelt, als dunne schubben, voor dikagtig, en agter in een dun velleken eindigende, waar mede zy aan de houwen vast hangen, een lid van een vinger lang, en een nagel breet, diergelyke schubagtige zaden tegen malkander gestapelt, men in meer melkagtige planten ziet, onder andere aan den boom Pule. *De geheele plant is vol sneeuw witte melk, die over al rykelyk uitloopt, daar menze quest.*

Naam. *In 't Latyn* Flos Convolutus, *dat is, te zamengerolde bloem, om dat de bladeren in malkanderen steken, en de bloem half te zamen gerolt schynt. In 't Maleyts* Bonga Gulong Tsjutsju *met de zelfde beduidenisse, 't welk de Ternatanen uitspreken* Culong Tsjutsju, *en* Culu Tsjutsju, *andere noemenze* Bonga Cambodja *om volgende reden. Javaans* Sambodja.

Plaats. *Het schynt, datze eerst uit Cambodja is gebragt, waar van zy ook de naam heeft, en misschien eerstelyk in Ternaten door de Chineze Cooplieden, van waarze voor eenige weinige Jaren in Amboina gekomen is, dog men vintze ook op Java, en andere Eilanden. Andere zeggen, datze in de* Manilhas *te vinden is, en van daar nevens de volgende bloem, in Ternaten gebragt zy.*

Gebruik. *Haar gebruik is in deeze plaatzen nog onbekent, men plantze tot cieraat van de tuinen, en aan de kanten van de erven, hoewelze aldaar zomtyts moejelyk valt te dulden, wegens hare wytuitgebreide takken, met dezelve verplant menze ook, en dat by matige regen, want by veel regen verrottenze ligt. De bloemen werden tot kransen gebruikt, en van de Chinezen op Batavia wonende, zomtyts met zuiker geconfyt.*

De Malabaren zeggen, dat de wortel daar van in haar land doodlyk zy, en geven drie zoorten op in haar land, te weten; de eerste grote witte noemenze Pedalery, *de kleine rode* Pualery, *de kleine witte* Bellalery. *Zy leerden myn ook een konstje, het Peraas thin zo zuiver en wit te maken, als zilver, nemende daar toe de knoppen der bloemen van 't eerste geslagt, eerze ten vollen open gaan, (andere zeggen van de kleine witte zoort) met verkens-melk, hoenderdrek (andere doen kalk daar by) laat het thin smelten, giet daar de melk en hoenderdrek op, ten laatsten de bloem, zo zal het thin wit worden, als zilver, dog ik twyffele, of zy my de regte handgreep geleert hebben, en men zegt, dat het op Batavia wel geprobeert is, dog van geen zonderling effect bevonden.*

De Agt en Dertigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, welke by *Rumphius de zamengerolde bloem* genaamt wert.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Flos manilhanus. Mandac kacki.

Hic humilis est frutex, quatuor & quinque pedes altus, in paucos gracilesque sese dividens ramos: Folia cum illis Persicæ conveniunt, sed minora sunt, quinque pollices longa, sesqui pollicem lata, bina sibi obposita, crassiuscula, intense viridia, & glabra, raris & obliquis costis pertexta.

Flos formam & magnitudinem habet *Caryophylli* hortensis, seu paulo major est, sed viridi isto calice destitutus, niveus, atque crassiusculis completus petalis, quæ adeo crispa sunt, ut incisa videantur, cæterum plenum quoque refert Narcissum. Ipsius odor gratus est, sed debilis, quodammodo ad illum Caryophylli hortensis adcedens, matutino tantum tempore, per diem enim, sique a sole tangatur, totus hic odor disparet, uti plerumque fit in albis & crassiusculis florum petalis: Alba autem florum capita, si fuerint abrupta, neutiquam sese aperiunt, sed marcescunt, nisi aquæ inponantur, ex tota planta lac quoque album ac spissum exfluit, sed non ita copiosum quam ex præcedenti, floresque sine fructibus pereunt, unde per ramulos propagandus est hic frutex.

Nomen. Latine *Flos manilhanus*, Malaice *Bonga manilha*, sed magis proprie *Bonga soussong*, atque Bataviæ *Bonga raja puti* sed male: Javanice *Mandackacki* & *Bonga wari*, quidam illum quoque vocant *Catsju piri utan*, Baleyice *Bongac njingin*, Ternatice *Alligurua banga*.

Locus. Ante annum 1665, in Amboina penitus fuit ignotus, ac tum demum ex Ternata introductus, ubi & etiam exoticus est frutex, atque à Portugallis ex Manilha deductus, in Java & Borneo etiam crescit.

Usus. In Amboina tantum ornamento hortorum inservit, quique ob odorem ejus flores desiderat, matutino hos tempore decerpat, ejus virtutes hic ignotæ sunt, immo vulgus noxium esse putat florem ob ejus lac, cui tamen nullus fervor junctus est, Malayenses vero medicinalem esse putant, ac præsertim ejus radicem contra adsumptum venenum, uti & contra Nephritidem, lumborumque dolores, hunc in finem *Soulamu pohon* sumunt in insula Tampelana crescentem, ubique dictum *Lampu* seu *Lampaan*, cujus binas sumunt partes, radices *Manda kacki* & *Klitsu*, ana unam partem, quæ simul in aqua coquunt & propinant, de *Soulamu* hoc, qui *Rex amaroris* dicitur, vide supra *Libr.* 2. *Cap.* 49.

Malabarenses huic radici refrigerantem adtribuunt virtutem in febribus, sive ejus decoctum propinetur, sive cum Pinanga masticetur.

Nandi ervatam in Horti Malab. tom. 2. *fig.* 54. idem cum hoc videtur esse, uti subsequens figura istius Horti Javanorum *Catsjupiri* refert, ipsorum autem medicinales usus ibidem explicantur.

Tabula Trigesima Nona

Ramum exhibet fruticis, qui *Flos manilhanus* Rumphio dicitur.

OBSERVATIO.

Hic frutex idem est, qui Jasminum Zeylanicum, folio oblongo, flore albo pleno, odoratissimo in *Thes. Zeyl. pag.* 129. *Tab.* 59. vocatur, estque Syringa Malabarica, lactescens, flore pleno, niveo, odoratissimo in notis ad *H. Malab. tom.* 2. *pag.* 106. & *Amm. Char. pl. pag.* 483. quod & Mougri Indorum, seu Jasminum Arabicum, folio Mali Aurantiæ, flore pleno maximo, *Nandi ervatam H. Malab.* ibidem vocatur *pag.* 497. forte & est Jasminum arborescens, Lauri folio, flore albo odoratissimo *Plum. Cat. pl. Amer. pag.* 17.

XLIV. HOOFDSTUK.

Manillhaas-bloem.

Dit is een lage struik van vier a vyf voeten hoog, met weinige en ranke takken, de bladeren zyn als die van den Persikboom, dog kleinder, vyf duimen lank, anderhalf voet breet, twee tegen malkanderen, dikagtig, boog-groen, en glad, met weinige schuinze aderen.

De bloem is in de gedaante en groote van een Angelier, *of wat groter, zonder groene kelk, spier wit, met dikagtige blaadjes uitgevult, die zo gekrult zyn, datze gesnibbelt schynen, anderzints gelykende een gevulde Narcisse. Haren reuk is lieflyk, dog slap, eenigzints na de Angelieren trekkende, en dat in de morgenstonden, want over dag, en als ze de Zon raakt, vergaat de reuk heel en al, gelyk gemeenlyk geschiet met witte en dikbladige bloemen. De witte afgebrokene knoppen gaan geenzints open als menze afbreekt, maar verderven, ten ware dat menze in water stelt, uit de geheele plant vloeit mede een dikke en witte melk, dog zo veel niet als uit het voorgaande, en de bloemen vergaan, zonder vrugten, daarom men het met takjes moet voortplanten.*

Naam. *In 't Latyn* Flos manillanus, *in 't Maleits* Bonga manilha, *dog eigentlyker* Bonga Souffong, *en op Batavia* Bonga Raja Puti, *dog abusivelyk, op 't Javaans* Mandackacki *en* Bonga Wari, *zommige noemenze ook* Catsju piri Utan. *Op Baleyts* Bongac Njingin. *op Ternate* Alligurua banga.

Plaats. *Voor het jaar 1665. is ze in Amboina onbekent geweest, maar doen eerst uit Ternaten gebragt, daarze ook een vreemdeling is, en door de Castilianen uit Manilha overgebragt, zy wast ook op Java en Borneo.*

Gebruik. *In Amboina dientze maar tot cieraat van de tuinen, en dieze om den reuk zoekt, moetze in de morgenstonden afbrekn, hare kragten zyn hier onbekent, ja de gemene man houtze voor schadelyk wegens de melk, daar egter geen hitte by is, ter contrarie houdenze de Maleijers voor medicinaal, inzonderheyt de wortel tegen ingenomen venyn, als mede tegen graveel en lendepyn, tot den zelven einde nemenze* Soulanun pohon *op 't Eiland Tampelan wassende, en aldaar genaamt* Lampu *of* Lampaan *twee deelen, de wortel van* Manda kacki *en* klitsy *'t zamen een deel, kokende dat in water en drinken het, van dit* Soulamu *of* Rex amaroris *ziet boven* Lib. 2. Cap. 49.

De Malabaren schryven deeze wortel een verkoelende kragt toe in de koortzen, 't zy gedronken of met Pinang geknouwt.

Nandi ervatam *in* Hort. Malab. tom. 2. fig. 54. *beschreven, schynt 't zelfde met het voorgaande te zyn, gelyk de volgende figuur in den zelven hortus het Javaanse* Catsju piri *wil zyn, den medicinalen gebruik ziet aldaar.*

De Negen en Dertigste Plaat

Vertoont een tak van de struik, welke de *Flos manilhanus* van Rumphius genaamt wert.

AANMERKING.

Deeze struik is dezelve, welke in de *Thes. Zeyl. pag.* 129. *Tab.* 59. genaamt wert Ceylonsche Jasmyn-boom met een langwerpig bladt, en een witte dubbelde zeer sterk riekende bloem, welke in de aantekening op het tweede deel van de *Hortus Malab. pag.* 106. genaamt wert Malabaarsche Syringe, melk gevende, met een dubbelde witte en zeer riekende bloem, als mede by *Amman Char. pl. pag.* 483. het welk de Mougri van de Indianen, ofte de Arabische Jasmyn-boom met het bladt van de Abricoosboom, met een dubbelde groote bloem, Nandi Ervatam in de Hortus Malabaric. aldaar genaamt wert op *pag.* 479. Mogelyk is het ook de boomagtige Jasmyn met een Laurier-bladt, en een witte welriekende bloem, van *Plumier* in zyn *Catalogs van de Americaansche* gewassen, *pag.* 17.

CAPUT

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Ligularia. Daun susu sudu.

MOnstrosus hic ac mirus frutex magnam habet similitudinem cum *Euphorbii* figura, quoad folia autem cum *Anteuphorbio* convenit, quale in Herbariis depictum obcurrit. Truncus ejus est incurvus, pedem crassus, qui in binos tresve dividitur ramos rotundos, glabro & cinereo cortice obductos, in ramis vero quinque ordines elevatarum quasi verrucarum sibi adcumbentium adparent, cuivis autem binæ ac duræ insident spinulæ, quæ totam plantam terribilem & intractabilem constituunt, hi ordines non recti ac regulares juxta ramos locantur, sed obliqui & intorti, instar rudentis, semper in gyrum decurrentes, si ante hos quis steterit, unde & rami pentagoni sunt, horumque supremum herbaceum est, & ex nigro virens, in obtusum desinens apicem.

Plerumque foliis orbati sunt rami, unde & totus frutex Corallinam refert, infimaque trunci pars spinas plerumque jam perdidit, atque rotunda est, ita tamen, ut ordinum istorum vestigia etiam supersint: in summa herbacea parte foliola quædam adparent pauca, verrucis istis insidentia paulo supra spinulas sursum erecta, illis Portulacæ similia sed multo majora, vel qualia hisce in terris cochlearia formantur, antiquis enim temporibus hæc non erant rotunda sed oblonga instar linguæ, inferne angustata, superne rotunda, qualia Latini *Ligulas* vocant, suntque quatuor, quinque, & sex pollices longa, binos lata digitos, crassa, pinguia, succosa, intense viridia, venis fere destituta, saltem paucis gaudentia, quæ sub pellicula propullulare videntur, nervus vero medius ab inferiore parte maxime protuberat dorso acuto.

Tota planta referta est copioso niveo lacte ubique exstillante, ubi leviter modo vulneratur, quod in lingua viscosum est & adstringens, primo nullum notabilem exhibens saporem, dein vero sensibilem faucium ardorem excitans: Licet autem hujus plantæ folia, uti dictum est, copiosum effundant lac, peculiari tamen suo viridi turgent succo, uti & totius fruticis cortex, qui mollis est, crassus, atque hoc succo refertus.

Rami lignum gerunt molle & album, non ultra binos culmos crassum, reliqua pars est medulla admodum aquosa & fungosa, vetustorum vero truncorum lignum copiosius est & solidius: Calidis mensibus sua profert folia, pluviosis vero totus nudus est frutex, ita ut quum prima vice ipsum adspicerem, mortuam putarem esse arbusculam.

Flores fructusque raro profert nec nisi diuturno tempore sicco, quumque soli bene sit expositus hic frutex, tum prope & paulo supra spinulosas verrucas & folia, pentagona adparent capitula, quæ in medio tuberculum gerunt ex viridi flavescens, circa quod læte rubentia & brevia adparent quædam staminula, usque ad oram externam extensa, quæ porro gaudent quinque petalis scutellatis flosculi formam constituentibus, colore convenit hic flosculus cum illo *Titbymali*, quem tamen nullus subsequitur notabilis fructus, compertum tamen est, hæcce capitula in terram prolapsa plantulas produxisse.

Sudu sudu tikos hujus species est, in Java crescens, ramosque gerens tenuiores & flexiles, non erectos, sed procumbentes & flagellosos, quique sese proximis aliquando circumvolvunt palis, folia gerentes paucissima præcedenti similia, sed dimidio minora, ac facile & cito decidua, unde magna ex parte foliis orbati sunt, spinulæ vero eodem locantur modo sed multo arctiores & longiores, ubique etiam hæc planta lacte turget isto.

Nomen. Latine *Ligularia*, juxta Malayense & Javanense *Sudu sudu* & *Suru*, seu *Daun sudu sudu*, quod folium cochleare denotat, juxta formam nempe talium cochlearium, quæ veteres *Ligulas* vocabant. In Amboina a quibusdam vocatur *Ubat dingin*, h. e. folium frigidum, licet erronèe, quum nullum in ipso observatur frigus nisi externum. In Javæ parte Orientali *Sosubu* vocatur, Amboinice in Hitœa *Aybuaa*,

h. e.

XLV. HOOFDSTUK.

Lepelblads-struik.

DEeze afzienlyke en wonderlyke struik heeft grote gelykenisse met de figuur van Euphorbium, *dog aangaande de bladeren met het* Anteuphorbium, *gelyk menze in de kruideboeken geschildert vind. Hy heeft een kromme stam, in de dikte van een been, die zig in twee of drie takken verdeelt, eigentlyk ront, met een evene ligtgraauwe schorsse, maar aan de takken ziet men vyf reijen van verhevene wratten schier aan malkander hangende, en op ider staan twee korte en harde doorntjes, die de gehele plant vervaarlyk en onaantastelyk maken, deeze reijen gaan niet regt of langs de takken, maar schuins en gedraait, als een dik scheeps-touw, altyd slinks omlopende, als men daar voor staat, waar door de takken vyf zydig worden, en 't bovenste van dezelfde is kruitagtig, en swart-groen, in een eynt toelopende.*

Zy staan meest blood zonder bladeren, waar door de gehele struik een groote Coraal-boom gelykt, de onderste stam heeft de doornen meest verloren, en is ront, zo nogtans, dat men de voetstappen van de reijen nog bekennen kan. Aan 't opperste kruitagtige deel staan eenige weinige bladeren, alle op voorsz. wratten, even boven de voornoemde doorntjes, en opwaarts ziende, die van Portulaca gelyk, dog veel groter, of gelyk de lepels hier te landen zyn, en in oude tyden waren die niet ront maar lankwerpig, gelyk een tong, agter smal, en voor ront, diergelyke de Latynen Ligulas *noemen, vier vyf en ses duymen lang, twee vingers breet, dik, vet, zappig, hoog-groen, schier zonder aderen, of met weinige, die onder 't vellken schynen uit te builen, dog de middelzenuwe steekt beneden merkelyk uit met een scherpe rug.*

De gehele plant is vervult met veel spier witte melk, over al uitlopende, daar menze in 't minste quetst, op de tong wat kleverig en zamentrekkent, eerstelyk zonder merkelyke smaak, maar daar na een gevoelige brand in de keel veroorzakende. Hoewel nu, als gezegt, de bladeren veel melk geven, zo hebbenze nogtans mede haar eigen groen zap, daar en tegen de schorsse over de gehele plant, die week, dik, en zagt is, steekt daar vol van.

De takken hebben een week ende wit hout, niet boven twee stroohalmen dik, de rest is een zeer wateragtig, voos merg, maar aan de oude stammen is meer een vaster hout. In de hete maanden brengt hy zyne bladeren voort, maar in de regen mousson heeft hy 'er weinig, en staat zomtyds zo kaal, dat, als ik hem eerst zag, voor een verdorde plant aanzag.

Bloeizel en vrugten brengt hy zelden voort, en dat alleen by lange droogte, en daar hy wel ter Zonne staat, als dan ziet men naast boven de gedoornte wratten en bladeren vyfhoekige knoppen voortkomen, in de midden een groen-geel heuveltje hebbende, en daar rontom eenige ligtrode korte draadjes, en voorts buiten om de kant, als een schoteltje van vyf blaadjes gemaakt, te zamen de gedaante van een bloempje uitmakende, aan coleur die van Tythymalus *gelyk, gene merkelyke vrugten volgen daar op, egter is bevonden, dat de knopjes op der aarde vallende, nieuwe plantjes voortbrengen.*

Sudu Sudu Tikos *is een zoort hier van op Java wassende, met dunder en buigzamer takken, niet over eind staande, maar leggende of kruipende, en zig zomtyds om de naaste palen omslingerende, met zeer weinige bladeren, de vorige gelyk, dog wel de helft kleinder, en haast afvallende, waar door het merendeels bladeloos staat, de doornen staan op dezelfde manier, dog veel digter, en wat langer, over al ook vol melk.*

Naam. *In 't Latyn* Ligularia, *geformeert na 't Maleytze en Javaanze* Sudu Sudu, *en* Suru *of* Daun Sudu Sudu, *'t welk lepel-blad beduit, te weten, na zodanige lepelen, als de oude* Ligulas *noemden, op Amboina noemen het zommige* Ubat dingin, *dat is, kout blad, hoewel abuzivelyk, want daar geen koude in is, als van buiten.* Op *d'oostkant van Java hiet het* Sosuhu, *in Ambon op* Hitu Ayhuaa, *dat is, Kaymansbout, na de ruige*

schors,

h. e. Crocodili lignum, ob rugosum corticem, cur a quibusdam vocetur *Lida boyaya*, h. e. *Crocodili lingua*, me latet, quum Crocodili lingua sint destituti, sed ejus loco crassum obtusumque gerunt conum, cum cujus forma hæc forte folia comparant, atque denominatio orta est. Sinice *Quebaân*, Bandice *Carambau dinar*, Ternatice *Tsuggilida*, Baleyice *Baladong* & *Bladong* major, minor species *Baladong lengis*, Malabarice *Tsjederecali*.

Locus. Notus est hic frutex in cunctis fere aquosæ Indiæ insulis, præsertim in Java & Baleya, crassissimus vero & maximus obcurrit in regnis *Tonquing*, *Cantchi* seu *Cochin*, *Cina*, *Coinama*, & *Siama*. Parvifolia species tantum in Java & Baleya crescit.

Usus ejus in Amboina multo minor est quam in ullis aliis locis, ad oras enim hortorum tantum plantatur, ac sæpe per magnum totumque ordinem sepis loco, per abruptos enim ramos facillime transplantari & propagari potest, si solum modo sit pingue satis & argillosum: Intra anni enim spatium satis alte excrescit, cujus rami molliter ac leviter flectendi sunt, atque sibi invicem inmiscendi, qui sepem constituunt non admodum densam, sed quæ non facile permeari potest ob copiosas spinulas, hæc ars potissimum instituitur in Java & Solora, præsertim cum parva specie, quæ natura sua prorepit & flagellosa est.

Sinicæ historiæ narrant, antiquis temporibus plurima loca *Cautschi* Sinæ vicina & adcumbentia munita esse crassa sepe hujus fruticis, per quam inperator *Mamban* a Cæsare suo missus ad regionem istam sub inperio redigendam, penetrare non poterat, nec tormentis bellicis aperturam facere, artem autem excogitabat, atque ferebat Sorgi speciem quandam *Bangsi* dictam, in ista sepe, subsequenti rediens anno, quum planta ista crassos emiserat culmos, & semi jam emarcidos, quos flamma deflagrabat præcoci, qua totus *Quebaan* murus devastabatur, atque facilis sibi via aperiebatur.

Idem modus formandi sepes, sed alia ex planta, mihi obvenit in Zephyrea Portugalliæ plaga *Algarbia* dicta, intellexi autem a Portugallis, ipsos hoc edoctos fuisse a Brasilianis.

Hæc erat planta ista, quæ crassum istud ac lactescens profert folium, quam hortulani nostri Ficos Indicos, alii *Opuntias* vocant, quæ tam dense & intricate plantata erat, ut sepem quatuor pedes altam formaret, quæ satis terribilis est talibus hominibus, qui nil nisi nudas habeant manus, milites vero nostrates acinacibus januam sibi aperire poterant, illas detruncantes plantas, acsi butyrum esset. Brasiliani ex iis plantis magnas formant sepes, puto autem hanc veterum *Opuntiam* non potuisse esse.

Anteuphorbii icon apud *Dodonæum* invenitur eodem in capite, quo *Euphorbium*, *Libr.* 12. *Cap.* 21. ubi & dicit utrasque hasce plantas per folia ex Africa deducta exortas fuisse in horto quodam Bruxellæ anno 1570, *Anteuphorbium* nempe folia gerit illis Portulacæ similia, quorum æquales & virides petioli ubique lacte turgent albo, neutiquam ardente, sed potius refrigerante; nos itaque dicimus nostrum *Sude sude* forma convenire cum isto *Anteuphorbio*, viribus autem magis adcedere ad *Euphorbium*, magnus enim error est vulgi Amboinensis, quod frigidum esse putat, atque *Ubat dingin* vocat, quod nomen deleri oportet, ne quis ulterius in errorem hunc deducatur, lac enim ejus solum adsumptum vehementem caussat faucium ardorem, ita tamen, ut gradum debiliorem habeam Euphorbio, atque aliis mixtum rebus adsumi potest: adhibetur autem ad purgationes vehementiores in corporibus pinguibus & phlegmaticis, in gracilibus enim & calidis non bene operatur: Hunc in finem eligitur lactescens crassorum truncorum cortex, qui spinis jam sunt orbati, seu radicum pellicula exterior cinerea abraditur, cujus frustulum digitum longum, ac binos transversales digitos latum, seu rasuræ cyathus in Calappi lympha miscetur, transcolatur, & ebibitur.

Æthiopes Hitœnses tota ejus sumunt folia, quæ pulti admiscent, simulque comedunt contra abdominis obstructiones, Colicam, ventriculique vitia ex pituita viscosa orta, quam hoc lac facile resolvit & evacuat, atque hoc lac oculos tangens, illos quam maxime inflammat & tumidos reddit, robusti autem hi

schors, waarom het zommige Lida boyaya, *dat is*, Kaymanstong *noemen, is myn onbekent, want de Kaymans geen tong hebben, behalven een dikke stomp, waar na ze misschien deeze dikke bladeren vergelyken.* Op *Sinees* Quehaan, *op Banda* Carambau dinar, *op Ternate* Tsuggilida. *Baleyts* Baladong *en* Bladong *het grote, 't kleine* Baladong lengis, *op Malbaar* Tsjderecali.

Plaats. *Zy is bekent meest in alle Eilanden van water-Indien, inzonderheit op Java en Baly; het dikste en grootste wert gevonden in de Koninkryken van* Tonquing, Cantchi, *of* Cochin, Cina, Coinam, *en* Siam. *Het kleinbladig wast alleen op Java en Baly.*

Gebruik. *Hier in Amboina heeft het veel minder gebruik, dan op andere plaatzen, men plant het slegts aan de kanten van de tuinen, en zomtyts een gehele reije, in plaats van een beining of pagger, want 't laat zig zeer ligt verplanten met afgebrokene takken, als de gront maar wat vet en kleyig is. Binnen 't jaar schiet het redelyk hoog op, de takjes moet men als dan zagjes buigen, en door malkanderen vlegten, dewelke wel geen digte hegge uitmaken, maar die zorgelyk te passeren is, wegens de veele doorntjes. Deeze konst wert meest gepractiseert op Java en Solor, inzonderheyt met de kleine zoorte, die van natuur kruipende is.*

De Sineze historien verhalen, dat in oude tyden de meeste plaatzen van Cautchi, *aan* Sina *palende, gefortificeert waren met een dikke beining van dit gewas, waar door den Veltoverste* Mamban *van zyn Keizer gezonden, om 't zelve land te conquesteren, niet konde passeren, nog met zyn geschut een bresse daar door maken, dog hy bedagt een list, zaijende een zoort van zorg-zaat,* Bangsi *genaamt, in die heggen, en quam 't volgende jaar weder, doen was het zaad opgeschoten met dikke halmen, en alrede half verrot, daar in hy doen den brandstak, die zeer schielyk voortvloog, en zo den gehele muur van* Quehaan *verbrande, dat hy een gemakkelyke weg daar door kreeg.*

De zelfde manier van beiningen, dog van een ander gewas heb ik gezien in 't Zuiderdeel van Portugaal, dat men Algarbia *noemt, en verstont van de Portugezen, datze het geleert hadden van de Brasilianen.*

Dit was 't dikke en melkagtige blad, het welke onze Hoveniers Indische vygen, zommige Opuntia *noemen, 't welk zo digt in malkander geplant en verwert was, dat het een hegge van vier voeten hoog maakte, ontzaggelyk genoeg voor die gene, die niet dan blote handen had, maar onze Duitsche Soldaten wisten door hare houwers een deur daar in te maken, daar door kappende, als of het boter was. De Brasilianen maken groote heggen daar van, en ik houde, dat 't de* Opuntia *der ouden niet zyn kan.*

De schildery van het Anteuphorbium *by* Dodonæus *vint men in 't zelfde Capittel van* Euphorbium Lib. 12. Cap. 21. *Alwaar hy ook zegt, dat die beide planten van bladeren uit Africa gebragt, gewassen zyn in zeker hoff tot* Brussel *Anno* 1570. *te weten het* Antheuphorbium, *met bladeren, als porcelyn, welker effene en groene stelen, over al vol witte melk is, die geenzins brandende, maar eer verkoelende was. Wy zeggen dan, dat ons* Sude sude *over een komt in gedaante met 't zelve* Anteuphorbium, *maar in kragten het* Euphorbium *naderzy, want het is een groot abuis by de gemene man in Amboina, die het voor kout houden, en* Ubat dingin *noemen, welke naam men behoorde uit te roeijen, om niemant verders te abuzeren, want de melk alleen ingenomen, brand geweldig in de keel, zo nogtans, dat ik ze voor een graat slapper houde, als 't* Euphorbium, *en met andere dingen gemengt, is het verdragelyk om in te nemen. Het wert gebruikt tot sterke purgatien, by vette en* Phlegmatique *Menschen, want by magere en hete wil het niet wel werken. Hier toe moet men nemen de melkagtige schors van de dikke stammen, daar de doornen al afgevallen zyn, of van de wortel het buitenste graauwe Huideken afgeschrapt zynde, een stukje een vinger lang, en twee dwersvingeren breet, of van 't schrapzel een klein Theekopje vol, 't zelve in Calappus melk kneden, doorklenzen, en zo in drinken.*

De Moren op Hitu nemen de gehele bladeren, mengen die in een rystbry, en eten het zo te zamen op tegens verstopping des ingewants, Colyk, en maagdrukken uit taaije slym veroorzaakt, dewelke deeze melk eigentlyk uitvoert. Deeze melk in de oogen komende, doet dezelve zeer ontsteken en opswellen, waar tegen die grove menschen al

hi homines mirum contra hoc malum adhibent remedium, puram sumentes terram, quam in pulverem conterunt, oculisque inflant, qui cum hoc lacte mixtus, dein cum lachrymis simul absorbetur & rejicitur, qui itaque oculos suos tractant, acsi fœdatum depurarent specillum.

Ternatenses hac multum utuntur purgatione, dicuntque, si nimis fortiter operetur, manus ac faciem lavandas esse aqua frigida, quod ejus operationem sistit: semel in familia mea ancillæ exhibui, pugillum circiter subacti corticis cum lympha, quod purgans per totum diem satis fortiter operabatur, licet sese aqua lavaret frigida, sub vesperam vero cessabat: Ancilla ista erat lienosa, ac quartana laborabat, quæ per aliquot tamen illam vexabat septimanas, ac dein liberata erat: Alii Macassarensi gracili ancillæ, quodammodo etiam lienosæ eadem dosi exhibitum fuit purgans, sed abdominis tormina caussabat, unde concludendum est, hoc lac non operari nisi in peculiares humores: Folia cum oleo seu Calappi lympha inlinita, ac supra ignem calefacta, donec penitus mollescant, exprimuntur, ipsorumque succus instillatur auribus ulceratis vel Catharris laborantibus, quæ inde titillant, ac curantur, quod sæpius in familia mea cum successu fuit institutum.

In regionibus *Cautschi* & *Siamæ* hæ arbores multo magis crascescunt quam hisce in terris, immo in tantam sæpe excrescunt crassitiem, ut homo vix has ulnis complecti possit, in talibus vetustis truncis incolæ istarum regionum frusta quædam fusca invenire norunt, quorum quædam fuscis & albis venis sunt variegata, duriora, ac pinguiora reliquo ligno, quæ pro Calambaco seu Kilam vendunt, gratum satis spirant odorem, a vero tamen Calambaco multum differunt, uti & ipsorum substantia multo mollior est, ut hæc inveniant frusta, totum exstirpare debent truncum & investigare, non enim certum obcupant locum. In Java hi trunci viri crassitiem etiam obtinent, atque in ipsis frusta quædam obcurrunt pallide fusca, & eleganter venosa, quæ Incolæ non habent pro Calambaco, sed ex illis telorum Krissen dictorum manubria formant pro magnatibus, quum rarissime inveniantur: Sic itaque odoratum hocce lignum in *Sudu sudu* crescit, uti Agallochum spurium in *Arbore excoecante*, *Libr.* 3. *Cap.* 37. quæ ambæ sunt arbores lactescentes, lignum gerentes album ac molle, quarum pinguissimæ partes per senectutem in talia fusca degenerant frusta.

Hitœnses quidam in pagis suis, præsertim *Nau* & *Lebalehu* arbores hasce plantaverunt in vetustorum suorum pagorum montibus, quarum crassæ quædam ac senescentes supersunt arbores, quod ex superstitione fecerant, dicentes nullum dæmonem ædes posse infestare, circa quas hæ arbores forma sepium locatæ erant.

Mauritanos vidi hæc folia parum supra ignem flaccida reddere, ipsorum exprimentes succum, quem atramento admiscebant, ut melius adhæreat & splendeat. Malayenses curatrices radices exhibent in stomacho pituitoso, ut a pituita depuretur, quas conterunt simul cum *Galanga majore* & *minore*, ac illa *Bangle*, inliniuntque illis artus Paralyticos seu Beriberi laborantes, dicitur etiam, folia hæc cuivis carni adcocta, inde mollescere.

Cum hoc *Sudu sudu* videtur convenire, seu adfinis esse planta ista spinosa, quam *Nicol. Monard.* Seviliæ vidit, ex Peruana regione adductam, atque *Cap.* 67. describit sub nomine *Cardui peregrini*, licet sit octogena ac spinis obsita, ipsique vulneraria dicta herba, quam *Carol. Clusius* anno 1581, in Anglia quoque vidit.

In Baleya minor species adhibetur ad sepes, quum magis sit spinosa, ac melius flecti & duci possit, hinc inde stipitem majoris speciei interponentes, quæ fulcro ipsi inservit, atque per minorem ab hircis præservatur, qui ejus folia amant depascere, ibi quoque tenera ac recentia folia miscent inter *Sambal*, minutim conscissa, qui piscium cibus est, ex Allio, herbis recentibus, & Catjang præparatus, quæ simul ipsis admiscent & comedunt, ad frigidos calefaciendos ventriculos, foliorum enim calor ipsis modicus censetur, quem in ore facile possunt ferre, duorum enim triumve foliorum apices tantum sumunt, hosque *Ulang* admiscent.

Sepes

al weder een wonderlyke remedie gebruiken, nemende zuivere aarde, die zy tot stof maken, en in de oogen blazen, 't welk zig met die melk vereenigt, en daar na te zamen met de tranen uitloopt, dus met de oogen bandelende, als ofze een besmeert brilleglas schoon maakten.

De Ternatanen gebruiken deeze purgatien veel, en zeggen, als het te sterk werkt, dat men maar de handen en het aangezigt zal wasschen wet kout water, zo zoude de werking stutten. Ik heb het eens in myn huys een meit laten ingeven, omtrent een hant vol van de geknede schorsse met Calappus-melk, 't welk den gehele dag vry sterk opereerde, niettegenstaande wy ze met kout water wiesschen, dog tegen den avont hielt het van zelfs op. De meit was miltzugtig, en met de derdendaagse koortse beladen, die haar nog eenige weeken by bleef, en daar naar verliet. Aan een andere Macassaarze magere meit ook eenigzints miltzugtig in dezelfde quantiteyt ingegeven, wilde het niet werken, maar veroorzaakte krimping in 't lyf, waar uit men besluiten mag, dat deeze melk niet werkt, dan op haar toegeeigende humeuren, de bladeren met oly of Calappus-melk gesmeert, over 't vuur geslenst, tot datze geheel week werden, en uitgeperst, druipt men in de zwerende oren, of die met Catharren beladen zyn, en tintelen, dewelke daar van genezen zyn, zo als in myn familie meermaals geprobeert is.

In de landen van Cautschi *en* Siam *werden deeze bomen veel dikker dan hier te land, ja zo dik, datze pas een man omvamende kan, in zodanige oude stammen weten de Inwoonders dier landen eenige bruine stukjes te vinden, zommige geheel bruin, zommige met bruine en witte aderen gespikkelt, harder en vetter, dan het ander hout, dewelke zy voor Calambacq of Kilam verkopen, 't heeft wel een goede reuk, egter van 't regten Calamback nog al verschillende, gelyk het ook weker van substantie is, om deeze stukken te vinden, moetenze den gehele stam omkappen en doorzoeken, want zy geen zekere plaats hebben: op Java werden deeze stammen ook wel een man dik, en gewinnen in de stammen, ligt-bruine, en mooygeaderde stukken, die de Inlanders voor geen Calambak houden, maar gebruikenze, om kritsheften daar van te maken voor grote heeren, om datze zelden gevonden werden, zo wast dan dit welriekent hout aan de* Sudu sudu, *gelykt 't bastert agelhout aan den* Arbor excœcans Lib. 3. Cap. 37. *vermelt, zynde beide melkbomen, van een zagt wit hout, wiens vetste delen door ouderdom in zodanigen bruine stukken veranderen.*

Zommige Hitoeze negoryen, als Nau *en* Lebalehu, *hadden deeze bomen geplant in haar oude negoryen in 't gebergte, waar van men nog dikke, en oude bomen vint, dit dedenze uit een bygeloof, zeggende, dat geen* Saytan *of quade geest de huizen konden beschadigen, daar deeze bomen in forme van een pagger staan.*

De Moren heb ik gezien deeze bladeren over 't vuur wat slenzen, 't zap uitperzen, en in d'inkt doen, om dezelve kleverig, en glinsterent te maken. De Maleize Meesteressen geven de wortelen in tegen een bedorve maag, om denzelve van den slym te zuiveren, dezelfde met de wortelen van Galanga major *en* Minor, *en die van* Bangle *te zamen gewreven, smerenze op de leden, die de* Beriberi *hebben, ook zegt men, dat de bladeren met alderhande vleesch gekookt 't zelve murw maken.*

Met dit Sudu sudu *schynt gemeenschap te hebben dat doornagtig gewas, 't welk* Nic. Monard. *te Sevilien gezien heeft uit* Peru *gebragt, en 't zelve* Cap. 67. *beschryft, onder de naam van* Carduus Peregrinus, *hoewel agtkantig, mede met doornen bezet, en hem voor een wont-kruit aangewezen, gelyk 't ook* Carolus Clusius *Anno* 1581. *in Engelant gezien heeft.*

Op Baly gebruikt men de kleine zoort tot heggen, om datze doornagtiger en beter te leiden is, hier en daar een stokje van de grote zoort daar tusschen plantende, die tot een steun dient, en door de kleine voor de bokken bewaart wert, die zyn bladeren gaarn eeten, zy Lieden gebruyken ook de versche jonge bladeren onder Sambal, *klein gesneden, zynde een kost van visschen, ajuyn, groene kruiden, en Catjang door malkanderen gekapt, en eeten 't zo te zamen, om de verkouwde menschen te verwarmen van binnen, want zy houden de hitte van de bladeren voor matig, en zy konnenze ligt verdragen in de mond, want zy nemen maar d'einden van twee a drie bladeren, en mengen ze onder haar* Ulang.

De

Sepes ex minori exstructæ specie potissimum inserviunt ad apros ex hortis arcendos, qui rostris suis spinas tangentes subito recedunt.

Bontius Libr. 6. Cap. 57. hanc vocat *Esulam* seu *Lathyridem Indicam*, sed nunquam vidi arboribus circumflecti, ac trigonos genere stipites, ex lacteo ejus succo Extractum composuit, quo usus fuit contra Cachexiam, Hydropem, Paralysin, similesque frigidos morbos, qui debili remedio propelli nequeunt, cujus dosis erat a decem ad viginti grana: Putat quoque *Guttam cambodjam* ex planta conligi, huic simili, a qua tamen opinione alii autores, qui in Zeylana etiam habitarunt, ac Sinenses alieni sunt.

Qui in Timora crescit, in vetustis suis truncis odoratum quoque gerit istud fuscum lignum; ibidemque lactis quædam guttæ sumuntur, quas Oryzæ pastæ admiscent, ex qua placentæ pinsuntur, quas calide edunt, atque superbibunt cyathum aquæ calidæ pro vulgari purgante, contra abdomina tumida quoque valet, & pueorum vermes, qui anno majores sunt.

Folia ejus calefacta tumentibus adligantur brachiis & pedibus, per tres dies, continuo partibus aqua tepida ablutis: si purgationes nimis fortiter operentur, aqua saccharata bibitur, in qua *Kellor* folia fuere cocta, ad nimiam purgantis vim sedandam.

Javani tenera ejus sumunt folia, ante meridiem decerpta, quum saporem habent acidulum, crudaque edunt instar reliqui *Ulang ulang*, vel Catjang adcoquunt, post meridiem vero saporem habent fatuum, sic quoque tenerrimum superiorum ramulorum caput eligi potest, cujus viridis abraditur cortex, quod porro fricatur & editur, nulla enim hujus plantæ pars nocet nisi ejus lac. In Java tres obcurrunt plantæ, quas *Suru* vocant, quarum prima vulgaris est arbor, ac forte eadem cum Baleyensium *Sasuru*, secunda hæc media *Ligularia*, quæ ipsis dicitur *Suru madjangan*, tertia minor repens, seu *Sudu sudu tikos*.

In *Hort. Malab. tom.* 2. *fig.* 43. hæc species describitur sub nomine *Ela calli*, Bracmanis *Nivuli*, licet superior planta *Tsjedre calli* cum prima specie *Scadida calli fig.* 42. melius conveniat. Hac in re autem parum differunt, quod Amboinensis truncus sit pentagonus, & contortus instar fili, sæpius etiam flores profert, sed rarius fructus. Confiteor hasce plantas maxime convenire cum *Euphorbio*, atque etiam *Euphorbia Indica* posse vocari: Mihi vero non constat vel notum est, Indos quoddam gummi ex illis conligere, sic quoque ipsarum lac non adeo acre & fervens est quam veri *Euphorbii*. *Doct. Commelino* notum erit, an cum' *Euphorbio atlantico* conveniat, cujus dicit, sese vidisse ramulum. Intellexi Cochini & Malaccæ ex hoc trunco carbones exuri, qui adhibentur ad conficiendum pulverem pyrium: Minor *Sudu sudu tikos* meo judicio in *Horto isto fig.* 44. delineata est sub nomine *Tiru calli*.

De beggen van de kleine zoort gemaakt, dienen inzonderheid om de wilde Zwynen van de tuinen af te bouden, dewelke met hare snuiten aan de doornen rakende, baastig daar van weg keeren.

Bontius Libr. 6. Cap. 57. *noemt het* Esulam *of* Lathyridem Indicam, *hoewel ik noyt gezien heb, dat het de bomen oploopt, en driekantige stelen heeft, uit het melkagtig zap heeft hy een extract gemaakt, dien hy gebruikt heeft tegens* Cachexiam, *waterzugt, lammigheyt, en diergelyke koude zugten, die voor geen slap middel wyken, nemende tot een dosis van tien tot twintig grynen. Hy meent ook, dat de* Gutta cambodja *of geele Gom uit een plant komt, de voorgaande gantsch gelyk, waar van andere Schryvers op Ceylon gewoont hebbende, en de Chineezen zelfs verschillen.*

Het gene op Timor wast, heeft aan de oude stammen ook 't welriekende bruine hout. Aldaar nemenze van de melk eenige droppen, bakkenze met rys-meel tot koekskens, die zy warm eten, en een kopje warm water opdrinken, tot een gemene purgatie, het dient ook tegen geswolle buiken, en wormen der kinders, die overjarig zyn.

De bladeren warm gemaakt bind men aan geswolle armen en beenen, drie dagen na malkanderen, 't elkens met warm water afwasschende. Als deeze purgatien te sterk werken, zo drinkt Candje-water, *daar in* Kellor *bladeren gekookt zyn, om dezelve te stuiten.*

De Javanen nemen de jonge bladeren voor de middag geplukt, wanneer zy rynsch van smak zyn, etenze raauw, als andere Ulang ulang, *of kokenze by* Catjang, *maar na de middag zynze laf van smaak. Zo kan men ook het hert of palmyt uit de bovenste kruitagtige toppen nemen, de groene schille afschrappen, een weinig braden, en zo eten, want geen andere schadelykheyt in deeze plant steekt, dan in de melk. Op Java hebbenze drie planten, dieze* Suru *noemen, 't eerste is een redelyke boom, misschien dezelve met het* Balische Sasuru, *het tweede deeze middelzoort* Ligularia, *die zy* Suru madjangan *noemen, het derde de kleine kruipende of* Sudu sudu tikos.

In de Hortus Malabaar tom. 2. fig 43. *wert deeze zoorte beschreven onder den Malabaarzen naam* Ela calli, *Braminees* Nivuli, *hoewel 't bovenstaande* Tsjedre calli *met d'eerste zoorte* Schadida calli fig. 42. *beter over een komt. Hier in verschillenze wat, dat den stam aan de Amboinsche vyfkantig is en gedraayt, als een touw; hy brengt ook wel dikwils zyne bloemen voort, dog zelden vrugten. Ik bekenne, dat deeze plante groote gelykenisse heeft met het* Euphorbium, *en ook wel Oostindische* Euphorbium *mogte genaamt werden. Het is my egter niet bekent, dat de Indianen eenig Gom daar uit vergaderen, zo is ook zyn melk zo scherp en heet niet, als het regte* Euphorbium. Doctor Commelinus *moet 't weten, of 't met* Euphorbium atlanticum *over een komt, waar van hy zegt een takje gezien te hebben. Ik versta, dat men te Cochim en Malacca deeze stam tot kolen brand, dewelke men gebruikt tot 't maken van Buskruit. De kleine* Sudu sudu tikos *wert in denzelven* Hortus fig. 44. *myns oordeels afgeschildert door* Tiru Calli.

Tabula Quadragesima

Fruticem exhibet, qui *Ligularia lactea Rumphio*, & *Daun sudu sudu* incolis vocatur.

De Veertigste Plaat

Vertoont een struik, welke de *Ligularia lactea van Rumphius*, en *Daun sudu sudu* by de Inlanders genaamt wert.

OBSERVATIO.

Hæc est illa planta, quæ *Euphorbio-tithymalus* spinosus, caule rotundo & anguloso, foliis Nerii latioribus & angustioribus mihi dicitur in *Thes. Zeyl. pag.* 95. estque Tithymalus Zeylanicus, spinosus, arborescens. *Herm. Par. Bat. pr. pag.* 381. & *Plukn. Phyt. Tab.* 230. *fig.* 4. & Tithymalus Indicus, arborescens spinosus, Nerii folio, Ela calli *Hort. Amst. pag.* 1. *fig.* 13. & Tithymalus arbor Indica, spinosa foliis latis, linguæ caninæ facie *Mus. Zeyl. pag.* 54. atque Euphorbia aculeata, seminuda, angulis oblique tuberculatis. *H. Cliff. pag.* 196. ubi vide reliqua, ut & in *Thes. Zeyl. loc. cit.*

AANMERKING.

Dit is die plant, die de doornagtige *Euphorbio-tithymalus* met een ronde en hoekige stronk, met breder en naauwer bladeren aan het *Nerium* gelyk, van my genaamt wert in de *Thes. Zeyl. pag.* 95; en is de Ceylonsche doornagtige en boomagtige Tithymalus, van *Herm.* in de *Par. Bat. pr. pag.* 381. en *Plukn. Phyt. Tab.* 230. *fig.* 4. en de Indische boomagtige en doornagtige Tithymalus met het bladt van het Nerium, de Ela calli, in de *Hortus Amst. pag.* 1. *fig.* 13. en de boom Tithymalus van Indie met doornen, en brede bladen in de gedaante van de Lingua canina, by *Herm.* in het *Mus. Zeyl. pag.* 54. en de doornagtige halfnaakte Euphorbia met hoeken, die schuins verheven zyn, in de *Hortus Cliffort. pag.* 196. alwaar het overige ziet, als mede in de *Thes. Zeylan.* op de aangehaalde plaats.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Ricinus albus. Daun djarack.

CUm venia Europæorum Botanicorum hæc planta ſcriptis meis inmiſcenda eſt, licet ab ipſis fere tota ſit deſcripta, ne in libris meis deficiat talis planta, quæ in tota Aſia & aquoſa India adeo vulgaris eſt, Lector porro judicet, quænam addiderim: Ac primum dico, *Ricinum* multo altiorem hic creſcere quam in Europa, immo arbuſcula eſt perennis inſtar Sambuci, quæ in paucos ſed ample extenſos dividitur ramos, lignum gerens molle & inutile, intus medulla repletum fungoſa, magisque aquoſa quam in Sambuco, ejus vero rami ſupremi ſunt herbacei, intus concavi, extus ex fuſco rubentes, craſſiores in articulos diviſi ſunt, qui ſeptis mediis ſunt diſtincti, reliqua differunt ac diſtinguuntur in binas ſpecies, quas hiſce in inſulis obſervavimus, albam nempe & rubram, cuique autem ſingulare tribuemus Caput.

Ricinus albus dividitur in domeſticum & ſilveſtrem, domeſticus ramos gerit herbaceos, externe partim vel penitus etiam fuſcos, quorum quidam viridem habent colorem admixtum, omnes vero conſperſi ſunt polline tenui, unde glauci adparent: Ejus folia ſunt ampla, illiſque Ficus quodammodo ſimilia, inſtar extenſæ palmæ formata, quorum quodvis longo, concavo, & rotundo inſidet petiolo, qui inferne folio inplantatur, quod ſesquipedem longum & latum eſt, atque ad dimidium dividitur in ſeptem, potiſſimum vero in novem vel decem lacinias, ultra ipſius dimidium ſeſe extendentes, ad oras ubique ſerratum, ſuperne quam maxime viride & glabrum, ad oras vero parum rugoſum, inferne parum ſcabrum, ob copioſas venas, quæ in quibusdam pallide virent, in aliis parum fuſcæ ſunt, ac plerumque hæc folia flaccida ſunt, præcipue ſi modo abrupta fuerint.

Flores fructusque progerminant longis in racemis, palmam circiter longis & erectis, in hiſce primo adparent capitula glauca, Lini capitulis quodammodo ſimilia, quæ ſeſe aperientia floſculos exhibent pallide luteos & muſcoſos, illis *Gallii* ſimiles, quos inſequuntur baccæ copioſæ, ſeu fructus, ex rotundo trigoni, ſeu in tres ſulcos diviſi, undique pedunculis inſidentes inſtar Uvarum, magnitudine capitulorum Bardanæ, externe glauci, brevibusque, mollibus, & vagis ſpinulis, inermibusque obſiti, ſuperius filamenta conſpiciuntur tria, ſanguinea, in triangulo extenſa, in ſummo bifida inſtar linguæ Lacertæ, quæ baccis inſident ad ultimum finem, maturi terrei ſunt coloris, ſeu nigricantes, ſique a ſole tangantur, dehiſcunt ſonitum edentes in binas tresve partes, ac vi ſemina ejiciunt, idem obſervatur in racemis abruptis, quum ad ſolem exſiccantur, ſique ſeſe non aperiant, inmaturi cenſentur: In ampla matta fructus hi ſunt exſiccandi, quum ipſorum officula longe lateque diſſiliant, intus vero in tres cameras ſunt diſtincti, in quibus totidem reconduntur ſemina, quorum forma ſatis nota eſt, magnitudine nempe ac forma convenientia cum ſordidis iſtis inſectis, quæ canium pediculi vocantur, unde hæc planta in plurimis Europæorum linguis denominata eſt, hæc vero officula elegantius ſunt variegata, quæ in fundo ſunt gilva & argentea quaſi, multis nigris lineis ac punctulis diſtincta, glabra, & ſplendentia, intus vero repleta ſunt medulla alba & oleoſa, ſaporis dulcis, ſed ventriculo nauſeoſa: Foliorum odor gravis eſt, ad illum Sambuci adcedens. Ejus radix nunquam extenſa eſt, ſed multis ex fibris conſtat.

Ricinus agreſtis domeſtico ſimilis eſt, ſed ejus petioli & folia nil fuſci habent, ejus enim petioli pallide virent ſeu albicant, ac porro medulla iſta alba conſperſi, ejusque folia paulo breviora ſunt, in pauciores lacinias diſtincta, nec ita profundas, ipſius odor non adeo gravis eſt quam domeſtici, cæterum ipſi ſimilis.

Omnes *Ricini* ſpecies ſubito excreſcunt, atque intra tres menſes fructus producunt, atque ex deciduis ſeminibus adeo multiplicantur, ut, ſi ſuæ committerentur naturæ, intra breve temporis ſpatium totum obcuparent campum, non autem in hortis facile toleran-

tur,

XLVI. HOOFDSTUK.

De witte Wonderboom.

MEt verlof van de Europiſche kruitbeſchryvers moet ik deeze plant in myne ſchriften in voegen, hoewel van hun luiden ten naaſten by volkomen beſchreven, op dat in myne boeken niet manquere zodanig een plant, die in geheel Azien, en ons water Indien zo gemeen is, en den Lezer mag oordelen van 't geen ik daar by doe. Voor eerſt zegge ik dan, dat de Ricinus *veel hoger waſt, dan in Europa, hy werd een boompje, met een overblyvende ſtam gelyk de Vlier-boom, verdeelt in weinige, dog wyt uitgebreide takken, van een zagt en ondeugent hout, binnen vervult met een voos merg, wateriger dan aan de Vlier, maar de bovenſte takken zyn kruidagtig, van binnen hol en van buiten bruin-rood, die dikker zyn en in leden verdeelt, die met bodemtjes onderſcheiden zyn, de reſt verſchilt na de twee zoorten, die wy in deeze Eilanden aangemerkt hebben, te weten, witte en rode, die wy ider een byzonder Capittel geven.*

De witte Ricinus *verdeelt zig wederom in tamme en wilde, de tamme heeft kruitagtige ſtelen of takken, van buiten bruynagtig, zommige geheel bruyn, zommige met groen gemengt, en alle beſtrooit met een fyn meel, waar doorze blaauw-groen ſchynen; de bladeren zyn groot, en de Vygen-bladeren eenigzins gelyk, of als een uitgebreide hand, jeder op een lange holle en ronde ſteel, die van onderen in 't blad gelaten werd, het blad is anderhalf voet lang en breed, verdeelt ten minſten in zeven, dog meeſt in negen en tien lappen tot over de helft van 't blad ingekeept, en al aan de kanten gezaagd, aan de bovenſte zyde hoog-groen en glad, dog omtrent de kanten wat ruig, beneden wat rimpelig, wegens de veele aderen, die aan zommige ligt-groen, aan zommige wat bruin zyn, voorts doorgaans ſlap, en de afgebrokene ſtraks ſlenzende.*

Bloemen en vrugten komen voort aan lange troſſen, ontrent een hand lang en opgeregt, hier aan ziet men eerſtelyk blauwe-groene knoppen, de Vlasdodden gelyk, die hun openende, vertoonen bleek-geele en moſchagtige bloempjes, die van het Gallium *gelyk, waar op volgen veele bezien of vrugten, uit den ronden drie hoekig, of met drie voorns afgedeelt rontom den ſteel als een druiv ſtaande, in de grote van kliſſen, van buiten blauw-groen, met korte, weke, en idele doornetjes bezet, die niet ſteken, boven op ziet men drie bloed-roode draadjes, in een triangel uitgebreyd, en aan haar eind in twee gedeelt, als een ſlangetonksken, dewelke de bezien tot het laatſte toe byblyven. De rypen werden aardvervig of ſwartagtig, en als zy van de Zon geraakt werden, ſplyten ze al krakende in twee of drie deelen open, en werpen 't zaad met gewelt uit, het zelve doen de afgebrokene troſſen ook, als menze in de Zonne droogt, en zonder dit berſten agt menze niet voor ryp. Men moet ze op een breede mat drogen, om dat de korls wyt en zyt ſpringen, binnen ziet men drie Camertjes, daar in drie zaden leggen, van gedaante wel bekend, te weten van groote en fatzoen t'eenemaal gelyk dat vuyle beeſtje, dat men teken of hondsluyzen noemt, waar van deeze plant in de meeſt Europiſche talen haar naam heeft, dog deeze korls zyn moijer geſchildert, op een vale en zilvere verwige grond, met veele ſwarte linien en ſtreepjes, glad, ende glimmende, binnen zyn ze vervult met een wit olyagtig merg, zoet van ſmaak, dog in de maag walgende. De reuk van de bladeren is ſwaar na Vlier trekkende. De wortel is nooyt uitgeſpreyd, dog met veele vazelingen behangen.*

Ricinus Agreſtis *is de tamme gelyk, dog aan de ſtelen en bladeren ziet men niets bruins, want de ſtelen zyn ligtgroen of witagtig, voorts mede met dat witte meel behangen, de bladeren zyn wat korter, in weiniger ſnibbelen of lappen verdeelt, en hare keepen gaan zo diep niet in, de reuk is zo ſterk niet als aan de tamme, anders 't zelve gelyk.*

Alle zoorten van Ricinus *ſchieten haaſtig op, dragen in de derde maant vrugten, en vermenigvuldigen haar zo zeer van de afgevallen zaden, dat ze, als menze begaan laat, in 't kort een groot velt zouden beſlaan, dog men leid ze niet gaern in de tuinen, want zy mageren het land zeer uit, hier*

om

tur, quum terram maxime exhauriant, atque hinc, si bis eodem in loco *Ricini* ferantur, posteriores plantæ multo minores & graciliores excrescent prioribus, sique plures sibi adstant plantæ, truncum gerunt simplicem ac gracilem, si vero una tantum locetur, crassescit, atque in arbusculam excrescit.

Anni tempus. Ubique mensibus siccis florent, fructus vero mensibus pluviosis maturescentes, steriles plerumque sunt ac cariosi.

Nomen. Latine *Ricinus*, & in Pharmacopæis *Palma christi*, & *Cataputia major*, reliqua Europæorum nomina omittimus, excepto quod in veteri Græca & Ægyptia lingua vocetur *Kiki*, ac Latine *Cici*, quod derivatur ab Hæbreorum *Kikajon*, de quo infra. *Herodotus libr.* 2. ejus fructus vocat *Sillicypriam*, ibidemque ejus antiquum narrat usum apud Ægyptios. Arabice *Kerva*, Malaice & Javanice *Daun djarak*, ac tantummodo *Jarack*, Ternatice *Palatsgayt*, quod subitaneum denotat. Bandanice *Caju loluy*, Amboinice *Camiri*, quod nomen ipsi commune est cum arbore Camirio, forte quum ex utrisque multum exprimatur oleum. Portugalli in India illum vocant *Folho ô figo de inferno*; h. e. Ficus infernalis, ob molestiam ac dolores, quos ejus officula in stomacho excitant, atque hoc potiore jure, quam Pharmacopæi arrogantes illum vocent *Palmam christi*, qui nominis abusus delendus esset. In India occidentali idem Portugalli illum vocant *Nos carpata* ob similitudinem cum canis pediculo seu Ricino, ac Belgicum nomen est *Wonder-boom*, seu miraculosa arbor. Italis *Girasole*, h. e. Solisequus, unde vero hæc denominatio, non facile quis divinare potest; Solisequa enim ejus natura obscure admodum in hac detegi potest planta, saltem hic in India, excepto in rubra specie, cujus folia tenera superficie sua ad solis ortum & occasum sese inclinantia observavi, nunquam vero detexi per noctem sese convertere: si quis eam velit denominare arborem miraculosam, quum summi numinis jussu Ninivæ intra unam noctem in perfectam excreverit arborem, ad Prophetæ Jonæ umbraculo inserviendam, *Jon. Cap.* 4. *vers* 10. per me licet, si modo hoc nomen non ipsi sit datum iis temporibus, in quibus Biblia parum ac raro legebantur. Sinice *Tankschi*, in Cormandela *Amelikaan*. Baleyice *Djarack*.

Locus. Per totam Indiam Orientalem crescit, in aquosa autem India copiose obcurrit, potissimum in Java, ubi magnos obcupat campos, ex cujus seminibus quotannis tanta olei copia exprimitur, ut ejus magnæ ampullæ per totam transferantur Indiam *Minjack djarack* dictæ. In Amboina hinc inde plantatur circa ædes atque in arvis, magis ad medicinalem ejus usum, quam ad oleum exprimendum: Agrestis species in desertis crescit hortis, estque sine dubio degeneratio domesticæ. In Java tales eliguntur campi ad hunc fruticem serendum, qui aliis arboribus inutiles nec commodi sunt, hæc enim arbor solum adeo sterile reddit, seu ut proprie dicam, sibi ita adtrahit, ut nullas alias proferre velit plantas, unde & non toleratur circa areas, in quibus Oryza, Saccharum, talesque plantantur fructus reditum suum dantes, sed magis in remota terra, ac præsertim Mattaræ, ubi ingentes hujus plantæ obcurrunt campi.

Usus. Plurimum usum præbent hujus plantæ semina, ex quibus vel oleum exprimitur vel excoquitur, uti a *Dioscorid. Libr.* 1. *Cap.* 33. hæc jam adnotata sunt, ubi dicit, fructus ejus maturos tam diu ad solem esse exsiccandos, donec cuncta ipsorum putamina cum pelliculis dissiliant: Hæc itaque depurata officula in ligneo mortario pinsuntur in pastam, quæ in aheno stanneo cum pauca aqua sed fortiori igni excoquuntur, donec omnis oleosus liquor sit extractus, & in aqua supernatet, qui conchis tollitur: alter autem mos est, quum depurata & pista officula supra ignem in sartagine parum torreantur, quæ panno crassiore vel tenuiore corbiculo inponuntur, atque pondere quodam vel crassis asserculis exprimuntur, quo modo Javani potissimum sua præparant olea.

Hoc est *Oleum cicinum* antiquorum apud Ægyptios usitatum, Europæis autem fere ignotum & quasi exoletum, quod crassiusculum est, parum viscosum, atque odorem fundit gravem, estque ingratum & nauseosum, si ingeratur, ad Lampada autem conducit, quum tamen æque graviter olet quam pinguedo Balenarum.

Ex

om ook, zo men tweemaal een en dezefde plaats in de tuinen met Ricinus *bezaayt, zullen de laatste planten veel kleinder en magerder werden dan de eerste, als 'er veele by malkander staan, zo schietenze met een enkelde en ranke stam op, maar zo 'er een alleen op komt, die wert dik, en tot een boompje.*

Sayzoen. *Zy bloeijen overal in de droge maanden, maar de vrugten, die in de regen maanden rypen, werden meest idel en wormsteekig.*

Naam. *In 't Latyn* Ricinus, *in de Apotheken* Palma Christi *en* Cataputia major, *dan deeze Europische naamen slaan wy over, behalve dat het in 't oud Grieks en Egyptisch* Kiki *genaamt wert, of in 't Latyn* Cici, *afkomstig van het Hebreuws woord* Kikajon, *waar van hier na.* Herodotus Lib. 2. *noemt de vrugten* Sillicypria, *en verhaalt aldaar wytlopig zyn oud gebruik by de Egyptenaren. Arab.* Kerva, *op Maleyts en Javaans* Daun djarak *en slegts* Jarak, *op Ternaten* Palatsgayt, *het welke haastig beduit. Op Bandanees* Caju loluy, *op Amboinees* Camiri, *een naam gemeen met de boom Camiri, missebien om dat men uit beide veel oly perst. De Portugezen en Indianen noemen hem* Folho o figo de inferno, *dat is helsche vygen, wegens de moeyelykheyt en pyn, die de korls in de maag maken, ende dat met beter reden, als de vermetele Apotbekers tot haar* Palma christi *gehad hebben, welk misbruik van dien Heyligen naam men behoorde uit te roeijen. In West-Indien noemen hem dezelve Portugeeze* Nos carpata, *na de gedaante van de* Ricinus *of hondsluyzen, maar den Duitzen naam is* Wonderboom, *en den Italiaanze* Girasole, *dat is, zonnewende, waar van dan dat komt, kan men niet wel raden, want de Zonne volgende Eigenschap is zeer donker daar aan te merken, immers hier in Indie, behalven aan 't Rode-geslagt, waar aan ik de jonge blaaderen met haar vlakte zig een weinig na d'op en ondergang der Zonne draijende bemerkt, maar nooyt bevonden heb, datze haar snagts omkeeren, wil men hem Wonderboom noemen, om dat hy op Gods bevel eens tot Ninive in een nagt tot een volkomen boom opgeschoten is, om den Propheet Jonas te dekken,* Jon. cap. 4. vers 10. *dat mag ik wel lyden, zo maar de naam Wonderboom niet opgekomen is in de tyden, doen men weynig de Bybel las. Chinees* Tankschi, *in Cormandel* Amelikaan. *Baleits* Djarack.

Plaats. *Hy wast door geheel Oost-Indien, aangaande water Indien vind men hem veel, meest op Java en aldaar met groote velden vol, uit wiens zaden men jaarlyks zulk een menigte van olie perst, waar van men groote potten vol door geheel India verzent,* Minjack djarack *genaamt. In Amboina plant men hem maar hier en daar omtrent de huyzen, en in de negoryen, meer tot medicynaal gebruik dan om olije daar uit te perssen, de wilde zoort wast in verlatene tuinen, en is buiten twyfel een ontaardig van de tamme, op Java neemt men zodanige velden tot dit gewas, die tot andere Plantagie ongelegen en onbequaam zyn, want deeze boom de grond zo zeer uitmagert, of om eygentlyk te zeggen aan zig gewent, dat hy anders niet draagen wil, weshalven, men hem ook niet gedoogt omtrent Negoryen, en zo verre men Ryst, Suiker, en diergelyke vrugten planten kan, maar wel Landwaard in, en inzonderheyt tot Mattaram, daar men groote velden vol vint van deeze plant.*

Gebruik. *Het meest gebruik van deeze plant is, om oly uit de zaden te krygen, het welk op tweederley manier geschied, of door koken of door perssen, beide van* Dioscorides *aangeteykent* Lib. I. Cap. 33. *daar hy zegt, dat men de rype vrugten zo lang in de heete Zon zal droogen, tot dat alle de holsters met de schellen, die ze om geeft, afspringen. De gezuiverde korls stampt men in houte blokken tot een deeg, die men als dan in een vertinde ketel doet, daar weynig water in is, daar onder een wakker vuur stookt, tot dat alle de olyagtige vogtigheyt daar uit gekookt zy, en boven op 't water dryft, die men dan met schulpen afschept, de andere manier is als men de gezuiverde en gestampte korls over 't vuur een weinig in een pan roost, de zelven in een dikke doek of fyn mandeken doet, en met eenig gewigt of dikke planken uitperst, op welke laatste manier de Javanen haar meeste oly maken.*

Dit is het Oleum cicinum, *van al oude tyden af by de Egyptenaren gebruikelyk, dog in Europa meest onbekent, en in vergetenheyt geraakt, het is dikagtig, wat kleverig, en sterk van reuk, gants onliefelyk en walgelyk om in te nemen, maar tot de lamp bequamer, daar het nog alzo sterk riekt als traan.*

Uit

Ex *Dioscoride* docemur, hoc oleum valere contra proserpentem scabiem, & capitis exulcerationes, contra ani inflammationem, contra obstructam, & distortam matricem, lenticulas quoque cunctas dissipat, verrucas, tumores, ac sordidas cicatrices: Si pauca ejus adsumatur quantitas, cunctas aquosas expellit humiditates e corpore: Antiquis temporibus triginta ejus officula contrita, atque cum pauco liquore adsumpta vulgare exhibebant purgans, ad cunctos aquosos & biliosos humores e corpore eliminandos, quum vero ventriculum vehementer commovebat, in dissuetudinem abiit. Sex tamen septemve ejus officula innoxie adsumi possunt, si vero dosis sit tanta, ut nausea adcedat, difficilis supervenit vomitus, ac prostratus adpetitus per tres circiter dies, quum hoc oleum ventriculum & intestina adeo obducat, ut vix detergeri iterum possit, externe abdomini inlinitum, tormina pellit, Colicam, flatulentiam ventriculi, & aliquando in pueris etiam vermes. Eodem itidem modo conducit Lienosis & Hydropicis, singula autem dosi binæ tantum ejus guttæ cum jure gallinaceo sunt propinandæ: Artibus quoque Podagricorum vel Chiragricorum, inlinitur ad ipsorum dolores mitigandos, hunc in finem adhibita vidi recentia folia parum supra ignem flaccida reddita, dolentibus partibus adplicata, quod sæpius repetendum est.

Pulticula ex recentibus enucleatis & contritis officulis præparata faciei lenticulis inlinitur, ut & capitis temporibus contra Cæphalalgiam, alii volunt cum jure galli gallinacei vetustioris adsumendas esse binas ejus guttas ad tales evacuandos humores, qui Lumbaginem & Arthritidem excitant, cum sero lactis, vel lacte recenti caprino, oleum vel contusa officula propinanda sunt ad humores aquosos expellendos, sic quoque pueris exhiberi potest ad vermes enecandos cum lacte quodam: Folia ejus contrita, & inflammatis inposita oculis ardorem extrahunt uti & in Erysipelate, præsertim si pauxillum aceti cum hordeo vel farina Oryzæ ipsis addatur, recentia penitus folia Erysipelati, inflammatis artibus, & contra omnem solis exustionem adplicantur, sed continuo renovanda sunt, quum tam cito pereant.

Indorum puerperæ recentia hæc sumunt folia cum illis Lagondi, quæ leniter mammis inponunt, ex copioso lacte turgidis, quædam in fumo suspendunt, intra tres dies lac in mammis exsiccabitur, uti in Europa fit cum iisdem foliis dorso inpositis. Opium Indicum non melius adservatur quam in albæ speciei foliis, in quibus diu molle est ac bonæ notæ, ambæ autem hæ res odore gravi optime inter sese conveniunt.

Plurima hujus olei pars a Javanis & Malayensibus adhibetur ad naves suas, tam majores quam minores (quarum illæ, quæ *Jonken* vocantur, maximæ sunt) loco picis obliniendas, quod sequenti peragitur modo.

Calcem non exstinctam sumunt, quæ in Java potissimum ex montium lapidibus exuritur, atque per cribram subtilem filtratur, hujus tres partes adhibentur, una pars Minjack Djarack, calx autem ligneis crateribus vel machinis inponitur, sensimque oleum ipsi adfunditur, quod circumagunt & admiscent, cum ligneis pistillis tam diu ac tam fortiter, donec lentescat, & duci seu extendi possit instar Ceræ, ex hac pasta loramenta formant tenuia ac longa, quæ externe navibus inpingunt, ad ipsarum vero suturas paulo crassior inponitur pars quam in aliis locis, licet & ibi sit pasta mollior, quæ conquiritur, si major olei quantitas addatur, qui vero pastam hanc desiderant solidiorem, funes adhibent conmolitos, seu in partes dissectos, & instar lanæ explicatos, quos isti admiscent calci, quod etiam efficit, ut liquida ejus pars tenacius adhæreat superficiei ligni: qui vero politiores esse student, navium partes cum ista calce non ulterius obliniunt, quam quæ aqua submersæ sunt, & semper hinc albæ sunt, nisi admixtæ fuerint funium partes, unde ruffescunt, reliquas navium partes uti & antennas nigro inliniunt colore, imitantes quasi nostras naves pice obductas: In hunc finem vetusta sumunt navium fila ex tenui Javanica Rottanga constructa, quæ in fovea quadam in carbones exurunt, quos supra porphyritim in subtilem terunt pollinem, cumque isto oleo in pultem tenuem subigunt, cum qua superiores navium partes obliniunt: In aliis autem Javanorum regionibus, in quibus hoc oleum ac lapidea calx non ita est copiosa, Dammer Zelau, subtiliter contritum & cum Calappi lympha conmixtum ejus loco adhibetur. Cali-

Uit Dioscorides *leren wy, dat deezen olie dient tegens 't loopent schurft en ulceratien des hoofts, tegen de ontsteking van de endeldarm, tegens de verstopte en verdrayde Lyfmoeder, ook dat ze verdryft allerley sproeten, wratten, wennen, en lelyke lidtekenen. Een weinig ingenomen, jaagt alle wateragtige slymerigheyt uit het lyf, in oude tyden waren dertig korls gewreven en met eenige warme vogt ingenomen een ordinarie purgatie, om alle wateragtige en galagtige vogtigheyt uit het lyf te voeren, maar dewyl zulks de maag geweldig ontstelde, is het in onbruik gekomen, ses of zeven kan men onbekommert innemen, maar als de quantiteyt zo groot is, dat men walgen gevoelt, zo volgt 'er een moeyelyk braken op, en de etenslust wel drie dagen veragtert, om dat deeze olie de maag en darmen zo glad maakt, dat men 't zelve bezwaarlyk wederom kan afvegen, van buiten op de Buik gesmeert, verdryft het krimpen, Colyk, windigheyt, des maags en zomtyds by de kinderen ook de wormen. Op dezefde manier is het ook goet by lever of waterzugtige, maar men moet telkens een paar droppels daar van innemen met hoenderzop, men smeert het ook op de leden, die van de Chiragra of Podagra pyn lyden, om dezelve te verzagten, tot deezen eynde heb ick gezien, datze de versche bladeren een weynig over 't vuur geslenst opleyden, en dikwils verwisselden.*

Een papie uit de versch gepelde en gewreeven corls gemaakt, smeert men op de sproeten des aangezigts en aan de slaap van 't hooft tegens de hoofdpyn, andere willen, dat men met wat zop van een oude haan een paar droppels zal innemen, om zodanigen humeuren uit te voeren, die de heupe jigt, en flerezyn veroorzaken, maar met wey of versche geyte-melk zal men, of de olie, of de gekneusde korls innemen, om de waterzugtige humeuren uit te voeren, zo kan men het ook de kinders met allerley melk ingeven, om de wormen uit te dryven; de bladeren gewreven en opgebonden, trekken de brand uit de ontsteken oogen als mede uit de roos, inzonderheyt als men wat azyn met gerst of rystmeel daar onder mengt, de geheele versche bladeren bindenze op de roos, ontsteken leden, en alle zonne-brand, maar verwisselenze staag aan, om datze zo baast verderven.

De Indiaansche Vroet-vrouwen nemen dezelve versch met die van Lagondi, beslaan daar mede zagjes de borsten, die van overvloedige melk geswollen zyn, hangenze daar na in de rook, zo zal de melk binnen drie dagen in de borsten verdrogen, gelyk ze in Europa doen, alzo dezelfde bladeren de Vrouwen op de rug binden, 't Indische Opium *of* Amphioen *werd niet beter bewaart als in de bladeren van de witte zoort, daar in het lang goet en week blyft, komende die beide met hare starke reuk wel overeen.*

Het meeste deel van deeze olie werd verbeezigt by de Javanen, en Malleyers om hare vaartuigen, zo groot als klein (waar van Jonken *de grootste zyn) te pekken, in plaats van pik, 't welk men in India meest heeft, en geschied aldus, zy nemen ongebluste kalk, die men op Java meest van bergsteenen brand, door een zeef zeer fyn gezift, drie deelen, minjak djarak een deel, de kalk doenze in houte uitgeholde bakken of blokken, en gieten de oly allenskens daar over, roeren, en werken het met houte stampers zo lang en sterkelyk door malkander, dat het taay werd, en men het trekken kan als was, uit dit deeg makenze dunne en lange riemen, die zy van buiten op de vaartuigen plakken, op de naaden wat dikker, dan op andere deelen, daar aan het terstondt vast kleeft, en zo hard werd, als glas, maar op andere plaatzen mag het wel wat weeker zyn, 't welk geschiet als ze 'er wat meerder oly by gieten, die deeze pap wat vaster willen maken, zien eenige oude en versletene touwen te krygen, die ze dan in kleine stukjes of vlokken snyden, en onder de voornoemde kalk mengen, 't welk ook 't zap veel vaster aan de boorden hout, die curieuzer willen zyn, bestryken hare vaartuigen met voornoemde kalk niet verder, als onder water, daar ze altyd wit blyven, of zo de gekapte touwen daar aan komen ros, maar de rest boven water, en den overloop willenze swart hebben, quanswys onze geteerde scheepen na apende, hier toe nemen ze oude scheepstouwen, van dunne Javaanse rotting gemaakt, branden die in een kuyl tot koolen, die ze op een steen tot fyn poejer wryven, met de voornoemde oly tot een dun pap vermengen, en daar mede de opperste deelen des vaartuygs bestryken, de andere Maleitze Landen, die deeze oly en steen-kalk zo overvloedig niet hebben als op Java, gebruyken 't Dammer Zelau, fyn gesloten, en met Calappus-melk gemengt.*

By

Calidioribus diebus, quum tenuis cadat pluvia, in hac planta generantur Erucæ copiosæ nigræ, quæ ejus folia tam sæpe ac subito per unam depascunt noctem, ut nudæ tantum ipsorum supersint costæ, quod sæpius cum admiratione conspexi, acsi imitaretur vetustum illum Ninivæ interitum; *Kikajon* enim Hebræorum nihil aliud esse quam *Ricinum*, non tantum testatur Hebrææ vocis ortus, quæ derivatur a *Kibraking*, quod, uti dictum est, significat excitare, sed Ægyptiorum quoque vox *Kiki*, quæ in hunc usque diem adhibetur. *David Kimchi* in suis adnotationibus in istum Jonæ locum profitetur quoque, *Kikajon* speciem esse Zelulibæ, quid autem denotet, me latet, sed Arabes illud *Cherua* seu *Kerva* vocant.

Kerva autem recte in Arabico textu scribi debet *Cherwa*, quod descendit a *Cheraa* languidus, flaccidus fuit, quia hujus plantæ folia semper flaccida adparent: Vulgata editio interpretatur hanc vocem Latine Hæderam, & Doctor Lutherus in Germanica editione Cucurbitam, quæ utraque cum originali Hebraica voce non respondent.

Aliquis mihi objicere posset, tali modo summi Numinis miracula diminui, si naturales caussas investigare velimus talibus in rebus, quæ absolute miracula censentur ab antistibus, respondeo, hoc modo Deum comprobari, esse unicum ac verum auctorem & creatorem naturæ, quam tali modo adhibet, ut aliquando ejus leges & ordinem sequatur, aliquando eas excedat & augeat, ac ordinarium tempus acceleret, tali modo per Eurum, qui est calidus & exsiccans, aquas freti rubri separavit, ejusque solum exsiccavit *Exod. Cap.* 14. *vers* 21. sic & Moisi lignum ostendit, quod amaras & acidas Maræ aquas dulces redderet, *Exod.* 15. *vers* 25. Aäronis virgam, quæ Amygdali erat, floriferam fecit, quæ arbor in Arabica lingua nomen sortita est ab acceleratione *Num. Cap.* 17. *vers* 8. sic & excitavit per siderum influxum vehementem istam tempestatem, quæ Siseræ exercitum terrefecit, quum cum Israëlitico certaret *Jud.* 5. *vers* 20. perque farinæ manipulum Colocinthidis malignitatem sustilit 2 *Reg. Cap.* 4. *vers* 41. pluraque talia prostant exempla. Uti itaque inperator ob urgentes caussas milites suos jubet insolitum & acceleratum iter instituere, ut aliquam notabilem exequantur rem, sic e contra independentem suam ostendit auctoritatem & potentiam, quum aliquid jubeat contra leges & cursum naturæ, quod summo Numini tam facile est peractu, acsi inperator cohortibus suis contrarium inperaret iter absolvere: sic enim jubebat solem morari & quiescere contra perpetuum ejus ac velocem naturæ motum *Josua Cap.* 10. *vers* 13. Ferrum aquæ innatare jussu Prophetæ *Elisæ* 2 *Reg.* 6. *vers* 6. flammamque in ardenti furno contra ejus naturam refrigerio esse tribus istis juvenibus *Daniel* 3. *vers* 27.

Contrarium obtinent miracula magica, quæ Satana per ministros suos quasi exequitur, quum sagæ ex sicco ligno velint elicere lac, sanguinem, ac aquam, quæ exempla sunt, in quibus semper aliquid absurdi notatur, aliquis autem forte objiciet, cur talia memorantur in Herbario, respondeo, tenemur ubique, data occasione, summi Numinis præclara opera ac laudes, veritatemque celebrare, eoque magis, quum de plantis agamus, quarum quælibet vegetatione ac florescentia creatorem suum laudat & ostendit.

Præsentemque Deum quælibet herba docet.

Præter vulgarem Ricinum, qui in Brasilia, India Occidentali, & insulis Caribæis crescit, & cujus folia ibidem pedum ulcerationibus inponuntur, ut illas claudant, peculiaris quidam obcurrit *Ricinus Americanus*, a *Clusio* sic cognominatus, & in *Dodonæi adpendice* descriptus, Indisque *Curcas* dictus, cujus arbor ipsi ignota erat, ejus vero fructus ac semina ipsi transmissa multo majora erant illis vulgaris *Ricini*, cujus externa trigona pellicula, in qua semina reconduntur, non erat rugosa vel inæqualibus tuberculis obsessa, sed æqualis & glabra, coloris cinerei. Ipsum vero semen est instar vulgaris, sed nigrum, nec maculatum, adeoque forte, ut dimidia pars unius seminis corpus ano & cato conmoveat, in isto autem adpendice plures conmemorantur *Olei cicini* virtutes, quod

By warme dagen, als 'er een slofregen valt, komen aan deeze plant veele zwarte Rupsen, die de bladeren zo dikwils en schielyk op eenen nagt opeten, dat de bloote ribben blyven staan, 't welk ik meermaals met verwondering gezien heb, even als of by nog navolgde de oude verganklykheid, die by tot Ninive bad, want dat het Hebreeusche Kikajon *anders niet zy dan* Ricinus *of Wonderboom, getuigt niet alleen de oorspronk van 't Hebreeuse woort, 't welk afkomstig is van* Kibraking, *'t welk, als gezegt, deeze korls verwekken, maar ook de Egiptische naam* Kiki, *die tot heden duurt. Rabbi* Davidi Kimchi *bekent ook in zyn aantekening over de voornoemde plaats van Jonas, dat* Kikajon *zy een zoort van Zeluliba, wat by hier mede meent is my onbekent, 't welk de Arabiers* Cherua *of* Kerva *noemen.*

Het woort Kerva *wert in de Arabische text wel geschreven* Cherwa, *het welk afstamt van* Cheraa, *dat is flesch of slap, om dat de bladen van deeze plant altoos slap bangen: De Vulgata zet het over in 't Latyn* Hedera, *en Doctor Lutherus in de Hoogduitse Bybel* Kawoerde, *dog welke beide namen met het originele Hebreeuwse woort niet overeenkomen.*

Men mogt my hier voorwerpen, dat men zo doende Gods wonderwerken verkleint, als men natuurlyke oorzaken wil zoeken in dingen, die de Kerk absoluut voor miraculen houd, ik antwoord, dat even hier door God de Heer betoont, dat hy de regte Autheur en Schepper van de natuur zy, gebruikende dezelve zodanig, dat hy zomtyts de order derzelver volgt, de kragten extraordinair vermeerderende, en verbogende, en de gewonelyke tyd verbaastende; op zulke manier heeft hy door een Ooste wint, 't welk een heete en droge wint is, de wateren van het rode Meir geklooft, en deszelfs grond gedroogt, Exod. Cap. 14. vers 21. *Zo heeft hy Moses een hout getoont, 't welk de bittere of brakke wateren van Mara zoet maakte,* Exod. 15. vers 25. *De roede van Aaron, zynde van Amandel-hout, schielyk doen bloeyen, welke boom in 't Hebreeusch zyn naam heeft van 't verbaasten,* Num. Cap. 17. vers 8. *zo verwekte hy door influentie der sterren dat geweldige onweer, 't welk het heir van Sisera overviel, toen hy streed met Israël,* Jud. 5. vers 20. *door een hand vol meel de Coloquinten hare schadelykheid benomen,* 2 Reg. Cap. 4. vers 41. *en andere meer. Gelyk een Veltoverste om gewigtige redenen zomtyts zyn volk een ongewone haastige marsch doet doen, om iets notabel uit te rigten, daar en tegen zomtyts betoont hy zyn absolute en ongebonde magt, iets gebiedende tegens de loop en vermogen der natuur, 't welk hy hem zo ligt is, als of een Veltoverste dede zyn volk den Contramarsch doen, zo dede hy de zon tegens haar levende en altyd-bewegende natuur stille staan,* Josua Cap. 10. vers 13. *'t Yzer op 't water dryven op het gebodt van den Propheet Eliza* 2 Reg. 6. vers 6. *De vlamme in den vurigen oven tegen haar natuur de drie jongelingen verkoelen,* Daniel 3. vers 27.

Geheel anders is het met de spook-mirakulen, die de Satan door zyn dienaars na den schyn doet, als de hexsen uit een droog hout willen melk, bloed, en water tappen, enz. daar by men altyt eenige absurditeit bespeurt, iederom mogt iemand voorleggen, wat doen deeze dingen in een Kruidboek; ik antwoort, wy zyn gebouden over al Gods lof, en de waarheid zyner werken te vermelden, daar het te pas komt, te meer alhier, daar wy van planten handelen, waar van een yder met haar wasdom en bloeisel haar Schepper pryst: Zo dat,

Wat hoeft men 't hooft om hoog te slaan,
Elk kruitje wyst de Godheid aan.

Behalven de gemeene Ricinus, die in Brasil, West-indien, en de Canarische Eilanden wast, en wiens bladeren zy aldaar op de ulceratien aan de beenen leggen, om die te zamen te trekken, vind men nog een byzondere Ricinus Americanus, *zo genaamt van* Clusius; *en in de* Appendix *van* Dodonæus *beschreven; en op 't Indiaansch* Curcas *geheten, wiens boom hem onbekent was, maar de vrugten en zaden aan hem gezonden, waren grooter dan de gemene* Ricinus, *wiens buitenste drieboekige schil, daar 't zaat in schuilde, niet ruw was, of met oneffene pukkeltjes bedekt, maar effen en glad, aschgraauw van verwe. 't Zaat zelfs is als 't gemene, dog zwart, zonder plekken; zo kragtig, dat de helft van een van die zaden de buik van onderen en van boven sterkelyk los maken kan. In gemelde Appendix vint men nog meer kragten van 't* Oleum

quod ex Provincia quadam novæ Hispaniæ, Gelisco dicta, adductum erat, ac potissimum conveniens cum viribus a Dioscoride conmemoratis, sic quoque idem testatur *Clusius*, sese in Hispania vidisse Ricinum vulgaris arboris magnitudinem habentem, qualem & Bellonius in Candia observavit, addo insuper, quod oleum hocce clysteribus admixtum quam maxime conducat ad induratas fæces resolvendas, immo suppositoriis admixtum & adplicatum inferne, irritatione sua statim alvum conmovet & aperit, quod præsens ac commodum est remedium illis, qui constipato obnoxii sunt alvo, ac continuo purgationibus defatigantur.

Oleum hoc in India insuper adhibetur cum calce mixtum ad lateres tectorum obliniendos & firmandos, uti & aliis in rebus, quæ nudo exponuntur cœlo, uti & ad cisternas, crateres, & ad quasvis res, in quibus ejus loco sementum adhibetur, mox enim instar lapidis indurescit.

In *Hort. Malab. tom.* 2. *fig.* 32. hæc planta Malabarice vocatur *Avanacu*, Bracmanis *Erando*, mirandum vero est hujus arbusculæ per totam Indiam obviæ ipsis ignotum fuisse Latinum nomen *Ricini*, ac Portugallicum *Figo* seu *Folba de inferno*, ubi multæ adnotantur curiositates ad rem ipsam non pertinentes, aliasque notabiles qualitates seu adtributa negligunt, exempli gratia cur folia dicunt & adcusant esse amara, ipsorumque gravem odorem omittunt, sic ne verbum loquuntur de magna convenientia ossiculorum cum canino pediculo Ricino dicto, sic neque verum est in officulis notabilem deprehendi amaritiem, sunt enim plerumque insipida & viscosa, pueris saltem dulcia adparent, qui sæpe inprudenter illa conmedunt, quod ipsis tam male cedit ac canibus graminis comestio. Sic quoque addere debuissent magnum Olei usum, tam ad lampada, quam ad naves obliniendas cum tenui calce conmixti & in pultem subacti.

Oleum cicinum, *uit een Provintie van nieuw Spanjen, Gelisco genaamt, gebragt, meest met de kragten van Dioscorides vermelt, overeenkomende; zo getuigt dezelfste* Clusius *ook, dat hy in Spanjen gezien heeft een Ricinus zo groot als een volwasse boom, gelyk hem mede Bellonius in Candia gezien heeft. Ik doe 'er dit nog by, dat deeze olie in de klisteren gedaan, zonderling goed is om hartlyvigheid te openen, zelfs aan de steekpillen gestreeken, en van onderen bygebragt, prikkelt terstont tot stoelgang, een gemakkelyke remedie voor hartlyvige menschen, die anders t'elkens purgatie innemen.*

Nog werd deeze olie in Indien gebruikt met kalk gemengt, om de tiggelsteenen aan het dak daar mede te bestryken, en andere plaveisels, die onder de blaauwe hemel staan, als mede van Cisternen, Waterbakken, en aan alle, waar toe wy het Cement gebruiken, want werd straks naar 't werken steenhart.

In de Hortus Malabaar tom. 2. fig. 32. *hiet deeze plante in 't Malabaars* Avanacu, *in 't Braminees* Erando; *zynde te verwonderen, dat van een zulk door den geheele Orient bekent boompje, hunlieden onbekent is geweest den Latynsche naam* Ricinus, *en der Portugeesen* Figo *of* Folha de inferno, *beschryvende veele curieusiteiten, die tot de zaken niet veel doen, en andere merkwaardige eigenschappen uitlatende: by exempel, waarom beschuldigen zy de bladeren van bitterheid, en laten haren sterken reuk uit; ook reppen zy niet een woord van de groote gelykenisse der korls, met den bontsteken Ricinus: zo is 't ook niet waar, dat in de korls een merkelyke bitterheid is, want zy zyn meest zonder smaak, en smerig, immers de kinderen komen ze zoet voor, dewelke ze dikwils onvoorzigtig eten, het welk hun zo qualyk bekomt, als den bont het gras eten. Zo hadden ze ook behooren daar by te voegen, het groot gebruik van den olie, zo tot de lampen als tot het pekken van vaartuigen, met fyn gezifte kalk gemengt, en tot een pap gemaakt.*

Rumphius in adpendice hæc addidit.

Dapperus in Persiæ descriptione *pag.* 84. *Ricino* hæc Arabica tribuit nomina, *Kikajon*, *Santjone*, *Alkaroa*, & *Kerva*, Persis *Kuntzut*, ejusque brevis descriptio quodammodo cum nostra convenit; de ejus usu autem aliquid addit, in quo, ut opinor, deceptus fuit, rusticos nempe ex ejus semine dulce & gratum exprimere oleum *Schirbache* dictum, quod in cibis adhibent, ut & tota ejus officula, quæ cum uvis Corinthiacis & Cicere conmixta edunt forma conditi: Hoc enim a nulla alia intellexi natione, ac proinde credo, hoc intelligendum esse de alio quodam semine.

Rumphius doet dit in zyn Adpendix daar by.

Dapper *in zyn beschryving van Persien*, pag. 84. *geeft den* Ricinus *deeze Arabische namen*, Kikajon, Santjone, Alkaroa, *en* Kerva, *in 't Persiaans* Kuntzut, *en zyne korte beschryving komt ten naasten by met de bovenstaande overeen. Maar in het gebruik heeft hy iets, waar in ik gisse dat hy geabuseert is, te weten dat de Boeren uit het zaat een zoete en lieffelyke oly slaan*, Schirbache *genaamt, en over de spyze gebruiken, als mede de geheele zaatkorls, welke zyn met Corenten en Zizers vermengt, en in plaats van Confituren eten. Want ik zulks van geen andere Natie gehoort hebbe, en dierhalve geloove, dat het van een ander zaat moet verstaan werden.*

OBSERVATIO.

Huic Capiti nullam adjectam inveni figuram, sed hujus plantæ elegans icon invenitur in *Hort. Malab. tom.* 2. *fig.* 32. sub nomine *Avanacu*, estque Ricinus Americanus major, caule virescente. *H. Reg. Parif. pag.* 156. & *Plukn. Almag. pag.* 319. uti & *Sloan. Catal. pl. Jam. pag.* 39. ubi plurimi de hac planta laudantur auctores, uti & in *H. Cliffort. pag.* 450. ubi vocatur Ricinus foliis peltatis, palmatis, serratis; petiolis glanduliferis.

AANMERKING.

By dit Hoofdstuk heb ik geen figuur gevonden, dog een schoone afbeelding deezes struiks komt voor in het tweede deel van de *Hortus Malab. fig.* 32. onder de naam van *Avanacu*, en is de Americaanse grooter Ricinus met een groene steel, in de *Hort. Reg. Parif. pag.* 156. en in *Plukn. Almag. pag.* 319. als mede in *Sloane Cataloge* van de *Jamaische gewassen pag.* 39. alwaar zeer veel Schryvers over deeze plant aangehaalt werden, en in de *Hortus Cliffort. pag.* 450. wert het genaamt Ricinus met ingelate, gesnede en hartvormige bladen, en ekeldragende steeltjes.

CAPUT


b
a

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Ricinus ruber, Djarak mera.

RIcinus ruber paulo altiorem & rectiorem gerit truncum, non autem adeo crassum quam albi, dividiturque in breves articulos intus concavos, atque tenuibus pelliculis seu septis distinctos: Rami vero repleti sunt medulla aquosa, reliqui autem petioli intus concavi sunt. Trunci cortex externe cinereus est, interne ex purpureo rubet colore usque ad ipsum lignum, juniorum vero ramorum fuscus est, intermixto viridi colore, atque farina quasi conspersus, unde glauci videntur esse.

Folia ejus multo majora sunt illis præcedentis speciei, in novem vel decem lacinias quoque distincta, triginta duo pollices longa, ac triginta sex lata, ac sæpe adeo ingentia, ut palleolum referant, juniorum fruticum sunt ex viridi fusca, adultorum folia tenera ex fusco rubent, vetusta vero in superiore parte obscure rubent, in inferiore pallide fusca sunt, cunctæ autem foliorum venæ & costæ eleganter ex purpuro rubent, superne pilis vagis obsitæ & hirtæ.

Eodem modo flores producit ac alba species, in eleganti nempe, erecto, & spithamam longo corymbo, quumque fructus progerminant, eum magis ornant, ejus enim baccæ eleganter ac suaviter rubent, quibus tria insident ramosa filamenta sanguinea, quales & petioli sunt, quævis autem bacca obsessa est densioribus, longioribus, ac mollibus spinulis, ex rotundo trigona ac trisulcata: Maturæ vero nigrescunt, intusque in tres cellulas divisæ sunt, quarum quævis binis valvulis est distincta ac sese aperit, semina exhibet tria, quæ duplo majora sunt illis prioris, variegata quoque sed magis nigricantia, si fructus hi maturi per solem tangantur, vi ac sonitu sese aperiunt ac semina prosiliunt.

Folia eundem Sambucinum spirant odorem sed non adeo gravem, quam albæ speciei, atque solisequa qualitas in his notabilior est, tenera enim folia superficiem suam extendunt juxta Solis ortum & occasum, vetusta vero sese non movent; Hæc species raro obcurrit, ac tantum in hortis colitur, ubi & sæpe perit, quum per minimum ventum facile disrumpatur, ac totus fere foliis nudus aliquando orbetur.

Hujus species videtur esse *Ricinus Syriacus* a *Camerario* descriptus, cujus semina dicit duplo majora esse vulgari, nec ita glauca, forte vult indicare, magis esse nigricantia.

Nomen. Latine *Ricinus ruber*, Malaice *Djarak Malacca* & *Mera*, ac sic porro in aliis linguis eadem gerit nomina ac albus additione rubri.

Ricinus ruber in *Hort. Malab. tom. 2. Cap. 32.* sub finem vocatur *Pandi avanacu*, Malabarice, Bracmanis *Vollo erando*, h. e. magna erando, atque ibidem dicitur istis in regionibus raro itidem obcurrere, albo seu vulgari cæterum similem, excepto quod ejus truncus, folia, ac fructus majores sint.

Locus. Ex quodam Asiæ loco, uti Siama vel Sina, in has deductus est insulas, ac proinde tam rarus.

Usus. Folia ejus contrita & calefacta inponuntur artibus disruptis, contusis, & tumentibus, quorum tumores minuunt, ipsosque curant; Sinenses hunc in finem potui Arak illa incoquunt, atque ipsis inponunt, uti & abdomini contra ejus tormina & Colicam. Sinenses hanc plantam magni æstimant, ac contra multos adhibent morbos, quod nobiscum communicare norunt, credo autem nobis æque notas esse ipsius virtutes ac illis, atque illud modo ex ipsorum natura feminea & invidiosa peregrinis detegere nolle, ut viderentur obcultas quasi possidere scientias: Eidem quoque Sinenses pulticulam præparant ex depuratis ejus officulis, quam temporibus inponunt, ut humores extrahant, ex quibus Cephalalgia oritur. Incolæ hæc folia Erysipelati inponunt, ipsis *Hismu* dictæ, h. e. incantato morbo, folia hæc plantis pedum adplicantur puerperarum, quibus & insistere debent, ut lochia extrahantur.

Tabula Quadragesima Prima

Ramum exhibet *Ricini rubri*, cum ejus *flore a* & *fructu b* separato.

XLVII. HOOFDSTUK.

De roode Wonder-boom.

DE rode Ricinus *wert wat hoger en regter van stam, dog zo dik niet als de witte, mede verdeelt in korte leden, die binnen hol zyn, en onderscheiden met dunne vellen of bodemtjes, maar de takken zyn vervult met een wateragtig merg, de resterende stelen zyn binnen hol. De schorsse des stams is van buiten ligt-graauw, binnen purper-rood tot op het hout, maar aan de jonge takken is het bruinagtig, met groen gemengt, en met weinig meel bestrooit, waar door zy blaauw-groen schynen.*

De bladeren zyn veel grooter dan aan 't voorgaande, mede in negen à tien lappen verdeelt, twee en dertig duimen lang, ses en dertig breet, zomtyts zo groot, dat ze een manteltje schynen: aan de jonge struiken zyn ze bruin met groen gemengt, aan de volwassene zyn de jonge bruin-root, de oude aan de bovenste zyde donker-groen, aan de onderste ligt-bruin, dog alle de aderen en ribben aan alle de bladeren zyn schoon purper-root, ook aan de bovenste zyde met ydele hairtjes bezet, en daar door ruig.

Het bloeit op dezelfste manier als 't witte, aan een cierlyken, opgeregten, een span langen tros, de vrugten voortkomende, vercieren hem nog meer, want de besien zyn schoon roose-root, en daar op drie getakte touwkens, bloet-root, gelyk ook de stelen zyn: Ieder bezie is bezet met digter, langer, dog mede weeke doorntjes, uit den ronden drieboekig, door drie voorns. De rype werden zwartagtig, hebben van binnen drie kamertjes, waar van yder met twee deurtjes zig opent, en onder in leggen drie zaden, tweemaal grooter dan aan 't vorige, mede zo gespikkelt, of wel zo zwart, als de rype door de zon geraakt werden, bersten ze mede met kraken, en schieten de zaden uit.

De bladeren hebben dezelfste vlieragtigen reuk, dog zo zwaar niet als 't witte, en de zonne volgende eigenschap is aan hun merkelyker, want de jonge bladeren draaijen haar vlakte een weinig na de op en ondergaande zon; maar de oude bewegen haar niet. Deeze zoort vint men weinig, en wort maar in de boven geplant, daar ze nog al dikwils uitgaat, werdende door de minste wint gebroken, en om dat ze te dikwils van hun bladeren berooft wert.

Hier van schynt een medezoort te zyn den Ricinus Syriacus, *van* Camerarius *beschreven, wiens zaden hy zegt tweemaal zo groot te wezen als de gemene, ook zo blaauwagtig niet, hy wil misschien zeggen, dat het meer zwart heeft.*

Naam. *In 't Latyn* Ricinus ruber, *op 't Maleits* Djarak Malacca *en* Mera, *en zo voorts in andere talen met dezelfste namen, als de witte met byvoeging van root.*

De Ricinus ruber *wert in de* Hortus Malab. tom. 2. Cap. 32. *aan 't einde van 't Capittel genaamt* Pandi avanacu, *in 't Malabaars en Braminees* Vollo erando, *dat is, groote Erando, en aldaar getuigt, dat hy in die landen ook zelden te vinden zy, den gemenen of witten anderzints gelyk, behalven dat hy aan stam, bladeren, en vrugten grooter zy.*

Plaats. *Hy is ergens uit de vaste landen van Asien, als China of Siam, in deeze Eilanden gebragt, en daarom zo zelden te vinden.*

Gebruik. *De bladeren gewreven, en warm gemaakt, op de gebrokene, verstuitte, en gezwollene leden geslagen, slensen de zwelling, en genezen de leden. De Chineesen koken ze tot dien einde in Arak, en slaan ze over, als mede op de buik tegens het krimpsel en Colyk. De Chineesen houden deeze plant in groote eere, en pryzen ze tegens veele gebreken, die zy ons niet willen openbaren, dog ik geloof, dat wy het zo wel weten als zylieden, en dat zy maar volgens haar aart en wyfagtige nydigheid zulks voor de vreemdelingen verbergen willen, op dat zylieden verborgene wetenschappen schynen zouden te hebben. Dezelfste Chineesen maken ook een papje uit de schoongemaakte korls, en plakken het op de slaap van het hooft, om de humeuren uit te trekken, waar van de hooftpyn komt. De Inlanders leggen deeze bladeren op de roos, by hunlieden* Hismu *genaamt, dat is, het gezegende of betoverde, de bladeren werden de barende vrouwen onder de voetsolen gebonden, of zy moeten daar op staan, om de nageboorte uit te trekken.*

De Een en Veertigste Plaat

Vertoont een tak van de *roode Wonderboom*, met dezelfs *bloem a*, en de *vrugt b* afzonderlyk.

CAPUT

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Granum moluccum. *Bori.*

ARbuscula hæc truncum gerit gracilem & inregularem, brachium vel pedem crassum, in paucos divisum ramos, quorum multi nudi sunt, in ipsorum enim summo folia adunata sunt, inregulari ordine posita, quorum quodvis longo insidet petiolo, inferiora vero maxima sunt, ac sensim decrescentia pyramidem quasi formant, sunt autem illis Urticæ similia, sed multo majora, quatuor & quinque pollices longa, tres quatuorque digitos lata, rotunda, serrata, non autem ita regulariter ac profunde illis Urticæ, inferiora vero sunt glauca, & suprema seu tenera pallide fusca; quæ in trunco marcescunt ac decidunt, pyrea sunt, viridia vero decerpta & in libro deposita, viridem servant colorem.

In summo semper pyramidis hujus foliosæ racemus progerminat florifer, flores sustinens parvos, muscosos, & flavescentes, ex quinque petalis constantes, ac calici stellato insidentes.

Fructus sunt nuces parvæ instar illarum Coryli, sed breviores, & crassiores, trigonæ, & trisulcatæ, quodvis vero latus itidem sulcatum est; tenui autem ac pallide viridi putamine obductæ sunt, quod fragile est, intus tres observantur cameræ, in quavis continetur officulum, ex rotundo oblongum, cameram non replens, seminibus Ricini quoad formam simillimum, non variegatum, sed ex rufo nigricans: Officula hæc obtecta sunt pellicula tenui, ac repleta medulla alba instar Nucis Avellanæ, in quorum centro cavitas observatur septo bifida.

In tota planta, ac potissimum in ejus foliis vehemens detegitur fervor, ipsum superans Piper, reliquasque calidas plantas, os, labia, ac fauces adeo inflammans, ut intumescant, qui vix tolerabilis est, atque usque in tertium persentitur diem, sique quædam ejus pars ingeratur, usque ad anum ejus ardor percipitur, unde nulla hujus plantæ pars adsumenda est, nisi mucosis rebus admixta, folia ejus tamen externe cutim non urunt: Ejus radices sunt longæ, in multos longos quasi vermes divisæ, nigricantes, rugosæ, & lentæ, in quibus ardor per gradum debilior est quam officulorum.

Nomen. Latine *Granum moluccum*, vulgo *Bori* dictum, quod omnes denotat fructus, quibus pisces & aves inficiuntur & enecantur; Ternatice autem proprie vocatur *Jets*, quod vomitum excitat, peculiariter vocatur *Tsjamarkyen*, & Belgice *Schytnootjes.* Portugallice *Grant. de molucca*, Ternatice *Boruro*, Amboinice in Leytimora *Ayoccor*, in Hitoea *Ayoccoli*, in Luhua *Uparim*, in Zeylana *Baja pala*, Botanici nostrates illud vocant *Nucleos pineos moluccos*, Canariensibus *Gepalu*, Macassarensibus *Kamandre.*

Locus. Notum est in cunctis Moluccæ & Amboinæ insulis, ac crescit in frigidis saxosisque locis, præsertimque copiose obcurrit in antiquis pagorum areis, Leytimoræ, Soyæ, ac montis Saturnini, ubi ædes locatæ sunt in & inter ingentes scopulos, circa quas hæ arbusculæ obcurrunt, atque inde per totos valles fluvii Waytomi: Ex testimonio D. *Pauli Hermanni*, Botanici quondam Zeylanensis ibi quoque crescit, uti & in Malabara, olim tantummodo ex Moluccis deducebantur ejus grana, unde & nomen *Grain de Mollucco* seu *Molucco* sortitum est, Portugalli enim scribunt *Maluco.* Nucleos pinos vocaverunt a Nucleorum forma, h. e. officula Pini.

Usus. Olim hæc grana magno in usu erant per totam Indiam Orientalem, ex quibus fortiores componebantur purgationes præsertim pro Hydropicis, subducunt enim cunctos pituitosos & aquosos humores e corpore, ita ut specificum habeatur remedium contra Hydropem & Cacochymiam: Potissimum per inferiora evacuant & per urinas, si vero stomachus sit defœdatus, etiam per superiora; Pro fortiori homine bina ejus granula sumuntur, pro vulgari unum vel unum cum dimidio, quæ conteruntur, & cum jusculo gallinaceo tenuiore adsumuntur, vel cum tosta Musa, tum paucissimus faucium ardor persentitur: qui Lumbagini & Arthritidi obnoxii sunt, solamen

XLVIII. HOOFDSTUK.

Het Molucce-zaadt.

Dit boompje schiet op met een magere oneffene stam, een arm of een been dik, verdeelt in weinige takken, die meest bloot zyn, want aan 't opperste derzelver staan de bladeren gedrongen by malkander, en zonder order, ieder op een lang steeltje, zynde de agterste de grootste, en vervolgens al kleinder te zamen een piramide uitmakende: De bladeren gelyken die van de Netelen, dog zyn veel grooter, vier en vyf duimen lang, drie en vier vingeren breet, rond gezaagt, dog zo ordentelyk en diep niet als de Netel-bladeren; de agterste zyn hoog zee-groen, en de bovenste of jongste ligt-bruin, die aan de stam oud werden en afvallen, worden vuur-rood, maar de groene afgebrokene in een boek gelegt, behouden hare groene couleur.

Altyd aan 't opperste van deeze geblade piramide komt een trosje voort, daar aan 't bloeisel hangt, het welk zyn kleine moschagtige en bleek-geele bloempjes, uit vyf blaatjes gemaakt, en op een gesternt voetje staande.

De vrugten zyn kleine nootjes, als Haselnoten, dog korter en dikker, driehoekig, en met drie kloven afgedeelt, ook heeft yder ronde rug nog een byzondere voorn, uit een dunne en bleek-groene schaal gemaakt, die men ligt kan breeken: binnen vint men drie kamertjes, en in yder een ronde en langwerpige boon of zaatkorl, die zyn huisje niet vervult, de zaden van de Ricinus zeer gelyk aan fatsoen, niet geschildert, maar uit de rosse zwartagtig: deeze korls zyn bedekt met een dunne schel, en binnen gevult met een wit merg, als de Haselnoten, en in de midden een holligheid door een vlieskén in twee gedeelt.

In de geheele plant dog meest in de bladeren, steekt een geweldige brant, boven Peper, en alle hete gewassen, de mond, lippen, en keel zodanig ontstekende, dat ze daar van zwellen, en men het naauwelyks verdragen kan, durende het gevoelen daar van tot in den derden dag, ook als men iets daar van inneemt, zo gevoelt men de brand tot in 't fondament, daarom men niets van deeze plant innemen moet, dan met slymerige dingen vermengt, evenwel branden de bladeren van buiten op de huid niet met al: De wortelen zyn lang, in veele lange wormen verdeelt, zwartagtig, rimpelig en taai, daar in de brand wel een graad slapper is dan in de korls.

Naam. *In 't Latyn* Granum moluccum; *in 't gemeen geheten* Bori, *'t welk allerlei vrugten beduit, waar mede men visschen en vogelen vergeeft. Dog eigentlyk hiet het in 't Ternataans* Jets, *dat braken maakt, in 't byzonder hiet 't* Tsjamarkyen, *en op 't Duits* Schytnootjes. *Op 't Portugees* Grant. de mollucca, *op Ternaten* Boruro, *Amboins op Leytimor* Ayoccor, *op Hitu* Ayoccoli, *op Lubu* Uparim, *op Ceylon* Baja pala; *onze Herbaristen noemen ze* Nucleos pineos moluccos, *by de Canariens* Gepalu, *op Macassar* Kamandre.

Plaats. *Het is bekent in alle de Molukse en Amboinse Eilanden, en wast op koude steenagtige plaatzen; inzonderheid vint men 't veel in de oude Hooft-negoryen van Leytimor, Soya, en op dien Saturninschen berg, daar de huizen op en tusschen groote klippen staan, en daar rontsom deeze boompjes, ook van daar af door de geheele valeyen van de Rivier Waytomme: Na de getuigenisse van* D. Paulus Hermannus, *geweze Professor op Ceylon, wassen ze aldaar ook, als mede in Malabaar: men bragt ze eertyts alleen uit de Moluccos, waar van ze de naam* Grain de Mollucco *of* Molucco *gekregen hebben, want de Portugeesen schryven* Maluco. Nucleos pineos *heeft men ze genaamt, na de gedaante van Pingels, dat is, korls van Pynboom.*

Gebruik. *Eertyts waren deeze zaden in groot gebruik door geheel Oostindien, om sterke purgatien daar van te maken, ende dat meest voor waterzugtige menschen, want zy voeren alle pituiteuse en waterzugtige humeuren uit 't lyf, zo dat men ze een toegeëigend middel tegens de Waterzugt en Cacochymiam houd. Zy purgeeren meest van onderen, en door den Uryn, dog als zy een vervuilde maag aantreffen, ook van boven, men neemt voor een sterk persoon twee korls, voor een ordinaris complexie een of anderhalf, wryft die in stukken, en neemt ze met een magere boendersop in, of met een gebrade Piesang, zo gevoelt men de minste brand in de keel, die aan de heupe jigt of fleresyn vast zyn, gevoelen ook baat by deeze purgatie,*

men ex hac purgatione etiam habent, nunquam autem sine consensu & consilio periti Medici adhibendi sunt, quum in tenerioribus hominibus magnam excitent conmotionem, dicitur quoque, si pellicula media tollatur, innoxie adsumi posse, cujus experimentum nondum institui, Portugallicis enim temporibus hæc grana parum in usum adhibita fuere, contra radices ibi in usu fuere, quæ etiam facilius adsumi possunt, atque circa annum 1630, non tantum per totam Indiam sed etiam in Europam transmissæ fuere, uti & meo tempore Chirurgi in nosocomio bonas instituerunt curas in Hydropicis nautis, rasæ seu contritæ radicis digitabulum sumitur, infunditurque debili potui Arack, qui in Hydropicis urinas simul fortiter movet & expellit.

Apud Malabaros aliosque Indos hæc officula in usu sunt ad pituitosos quosvis humores tam ex pectore quam ex abdomine evacuandos, quæ cum pauxillo aquæ contrita inliniunt cunctis lenticulis sordidisque faciei maculis, quas primo parum fricant, unde calor excitatur atque vesiculæ: Mulieres malignæ, quæ maritos suos ex medio tollere cupiunt, quatuor granis simul exhibitis hoc efficiunt, atque hæc aquis stagnantibus injecta, sive puris sive salsis, pisces enecant, sique baculum ex hac planta formatum sub scopulo vel excavata arbore intrudatur, pisces & cancri sub hisce latitantes semi mortui prodeunt, tales autem artes instituere in currentibus aquis, ex quibus homines hauriunt, nefas esto.

Flamen quidam Mauritanus mihi narravit, in juventute sua ipsi fuisse exhibita tria talia granula cum pauxillo Zingiberis contrita in tosto Musæ fructu, sine notabili faucium ardore, brevi autem post exoneraverat per inferiora & superiora biliosos multos ac pituitosos putridos humores, quod usque ad vesperam durabat, quum epotabat teneræ Calappi nucis sub cineribus tostæ lympham, unde vomitus cessabat, subsequenti die sanus & in integrum restitutus fuit, ita ut ejus adpetitus auctior fuerit, atque ab eo tempore pinguesceret.

Ad majorem vero confirmationem, quod hæc nempe radix antea in magno fuerit habita pretio, testimonium addam Domini *Arti Gyselii*, qui septimus fuit Amboinæ gubernator, hoc autem in binis dedit publicis literis, quarum una fuit scripta decimo quarto Septembris anni 1632, quæ ita sese habet; ,, In
,, cistula hac mittuntur quædam radices, quas in re-
,, ditu meo expertissimas habui contra Hydropem,
,, immo in patria varios homines ac animalia hisce
,, curavi, uti & hic in Amboina in nave Medeblik
,, dicta curas illas institui, unde & necesse habui
,, quasdam Bataviam transmittere, ut inter illos,
,, qui patriam redeunt, distribui possint: Radix autem
,, hæc radenda est, quo subtilius eo melius, ac ma-
,, ne cum vino vel potu Arak adsumenda est, quan-
,, tum digitabulum continere potest: Credo autem,
quod, si ejus dosis augeatur, ac vires cum aqua extrahantur, efficaciorem sortiretur effectum.

In litera altera subsequenti Junio data hæc scribit;
,, In proxima missione mittemus quantitatem mag-
,, nam ligni vel radicis, contra Hydropem, qua hic
,, quotidie multi curantur, atque optimam esse ma-
,, gis magisque experimur, Amboinenses vero tam
,, durum habent os, ut radicem hanc minutim con-
,, scissam cum Pinanga masticent, ac deglutiant con-
,, tra Hydropem talesque Leucophlegmatias: Immo
,, quidam illorum gloriantur sese quinque ejus plan-
,, tæ officula simul adsumsisse, quod tamen nulli sua-
,, derem imitari, nec etiam diu post illius adsump-
,, tionem quis jejunis sit, sed superedenda est pul-
,, ticula quædam Oryzæ, vel simile quid, ita ut licet
,, hæc planta magnis gaudeat viribus, summa tamen
,, prudentia sit adhibenda, cujus ulteriorem investi-
,, gationem illis relinquo, qui Medicinam profiten-
,, tur, quod non est meum institutum.

Macassarenses aliique Celebes incolæ ejus fructus conterunt cum odorifera radice Dracunculi, Amboinensibus *Bole bulan* dicti, cujus pulverem fluviis injiciunt, ut pisces enecent, qui facile per retes positorios capiuntur, in aqua vero marina seu salsa ejus loco *Tuba* adhibetur.

gatie, dog het moet nooit zonder raad van een ervaren arts gebruikt worden, om dat het by teere naturen groote beroering veroorzaakt; men zegt als men 't middelste vliesje uitneemt, dat men ze dan zonder schade kan innemen, waar van ik geen ervarenthei‌d heb. Want by der Portugeesen tyden heeft men de korls weinig gebruikt, daar en tegen zyn de wortelen in gebruik gekomen, die gemakkelyker in te nemen zyn, en wierden omtrent anno 1630, niet alleen door geheel Indien, maar ook in Europa verzonden, gelyk ook by myn tyd de Chirurgyns in 't hospitaal goede kuren daar mede gedaan hebben aan waterzugtige Matrosen: men neemt van de geschraapte of klein gewrevene wortel omtrent een vingerhoet vol, en drinkt 't zelve in met slappe Aracq of Knyp, 't welk by de waterzugtige met een sterkelyk doet pissen.

By de Malabaren en andere Indianen zyn de korls nog al in gebruik, om alle de pituiteuse humeuren, zo uit de buik als de borst, uit te voeren. De korls met een weinig water gewreven, smeren ze op allerlei sproeten en lelyke plekken des aangezigts, dezelve eerst wat wryvende, daar op het dan brand en bleynen optrekt: de quade vrouwen aldaar, die haar mannen moede zyn, brengen dezelve om hals met vier korls t'effens in te geven. Dezelve korls op eenige staande wateren gesmeten, 't zy versche of brakke, dooden de visschen daar in, of zo men maar met een stokje van deeze plant gemaakt onder een klip of holle boom stoot, zo moeten de visschen en krabben daar onder schuilende, half doot voor den dag komen, dog men mag zulke kunsjes niet proberen in lopende wateren, daar menschen uit drinken.

Een zeker Moors Priester heeft myn verklaart, dat men hem in zyne jonge dagen drie zulke korls heeft ingegeven, met een weinig Gember gewreven, in een gebrade Piesang, zonder merkelyke brand in de keel te gevoelen, maar kort daar naar had hy van onderen en boven gelost veele galagtige en quade slymigheid, gedurende het braken tot den avond, wanneer hy het melk van een jonge Calappus, gebrade in de assche, dronk, waar van het braken ophielt; de volgende dag is hy frisch en gezond geweest, ook grooter appetyt tot eten gekregen, en was van die tyd zeer vet geworden.

Tot meerder bevestiging, dat deeze wortel voor deezen in groote agting geweest is, zal ik hier by voegen de getuigenisse van de Heer Artus Gysels, *de zevende Gouverneur van Amboina, welke hy daar van geeft in twee publique Missiven, d'eene van den veertienden September anno 1632. aldus luidende: ,, In een kasje werden eeni-*
,, ge wortels gezonden, die ik op myn t'huis gaan geheel
,, expert en goet voor 't water heb bevonden, ja heb in
,, 't Vaderland verscheide menschen en beesten daar mede
,, genezen, gelyk hier op Amboina, namentlyk op 't
,, schip Medenblik, mede gedaan heb, dierhalven nodig
,, geagt eenige op Batavia te zenden, op dat ze onder de
,, t'huisvaarders mogten verdeelt werden. Dezelve moet
,, geraspt werden hoe fynder hoe beter, en dan 's ogtens
,, met wat wyn of Arak ingenomen, zo veel als in een
,, vrouwen vingerhoet kan: Ik geloof, dat zo meerder quantiteit genomen, en de kragt met water daar uit getrokken wierd, 't zelve nog beter zoude zyn.

Ook in een brief van de volgende vyftiende Juny, schryft hy aldus: ,, In de jongste bezending zullen wy
,, een partytje hout of wortelen voor 't water mede zen-
,, den, daar mede dagelyks alhier veele geholpen worden,
,, en 't zelfste hoe langer hoe nader bevinden. De Amboi-
,, nesen zyn zo hart van mont, dat ze de wortels klein
,, gesneden, met Pinang knaauwen, en inzwelgen tegen
,, de waterzugt en diergelyke zwellingen: ja zommige
,, roemen haar, dat ze vyf korls, teffens ingenomen heb-
,, ben, 't welk ik niemant rade na te doen; men moet
,, niet al te lang daar op vasten, maar daar op een kantje
,, of rystpapje eten, in somma zo groote kragten deeze
,, plant heeft, zo groote voorzigtigheid vereischt ze, wiens
,, nader onderzoek ik gerecommandeert late aan die geen,
,, die professie van de medicynen maken, gelyk ik niet doe.

De Macassaren en andere Inwoonders van Celebes, daar ze ook wast, wryven deeze vrugten met de sterk riekende wortel van den Dracunculus, in 't Amboinees Bole hulan *genaamt, en strooijen ze in de Rivier om de vissen te doen sterven, dewelke men alsdan in zetnetten vangt, want in zout water gebruikt men de* Tuba.

Avellanæ purgatrices, & *Nuclei pinei cathartici*, in India Occidentali crescentes, quorum meminit *Nicol. Monardes* Cap. 47 & 48, diversarum sunt plantarum, & a *Grano* nostro *Molucco* differentes.

Amboinenses ejus officula cum tosto Musæ fructu exhibent pueris, qui abdomine duro & obstructo laborant ex vermibus, ac pro una dosi semi officulum dant: Ejus radix minutim contrita adplicatur venenatis ictibus utriculorum, aliarumque piscium *Ican swangi* dictarum, in quibus primo parum urit, dein vero omne extrahit venenum ac dolorem sedat.

Antea ex Moluccis celebris delata fuit radix *Panawa* dicta, quæ contra multos graves morbos ac præsertim Hydropem fuit exhibita, curiosis autem quibusdam Europæis indicavimus, nihil aliud esse nisi radicem hujus *Bori*, quod Ternatenses tanquam arcanum celant, nec nostratibus revelare voluerunt, notandum vero est Malayensibus *Panawar*, Moluccensibus *Panawa*, generaliter denotari omnia efficacia remedia, seu antidota vocari.

Christoph. Acosta primus videtur hoc lignum observasse, quod describit sub nomine *Ligni moluccensis* & *Panavæ*, *Cap.* 34. de quo dicit magnas virtutes a Portugallis fuisse detectas & observatas, dein fructus vidit, quos putavit alius esse arboris, vocavitque hos *Nucleos pineos Moluccanos*, Canariensibus *Gepaloe Cap.* 57. Ternatenses ejus radicem exhibent cum pipere albo & sale, pro forti purgatione.

In *Hort. Malab. tom.* 2. *fig.* 33. arbuscula hæc describitur nomine Malabarico *Cadel avanacu*, Bracmanis *Japalu*, quod cum supra memorato *Canarcio gepalu* convenit, ac tertia habetur *Avanacu* species, h. e. *Ricini*, ob parvam scilicet convenientiam ac fructuum similitudinem, vel quum ambo purgent, in toto autem isto Capite nil memoratur de acri atque urente ipsorum qualitate, quæ in cunctis hujus arbusculæ partibus detegitur, ac propterea prudenter interne adsumendæ sunt, cum foliis autem curari morsum *Cobra cabelo*, respondet experimento hic in Amboina instituto contra ictus venenati officuli piscis *Ican swangi* dictæ.

In adpendice hæc adduntur.

Officula hæc in Europa incipiunt nota esse nomine *Grana tiglia* seu *Tigalia*, quidam etiam nostrorum Chirurgorum ex siccis granis oleum expresserunt, cujus gutta cum vino Canariensi adsumpta vulgare est purgans, alii officula hæc in pulverem redigunt, ex quo pilulas formant cum extracto quodam, atque horum unum granum conducit ad purgandum & vomendum, quod comprobatum in Asthmate est remedium, ut pectus per vomitum depuretur.

Tabula Quadragesima Secunda

Ramum exhibet fruticis, qui est *Ricinoides* Indica, folio lucido, fructu glabro, *Grana tiglia* officinis dicto *Herm. Par. Bat. pag.* 370. & Ricinus arbor Indica, caustica, purgans, *Mus. Zeyl. pag.* 15. estque Ricinus arbor fructu glabro, *Grana tiglia* officinis dicto, cujus *lignum Moluccense* & *Pavana* vocatur, Cadel-Avanacu *H. Malab. Amm. Char. pl. pag.* 305 & 410. & Ricinus Indicus foliis subrotundis, mucronatis, glabris, pediculis longis insidentibus, fructu oblongo glabro, *Bobart tom.* 3. *Hist. Oxon. pag.* 349. reliqua vide in *Thes. Zeyl. loc. cit.*

Avellanæ purgatrices, & Nuclei pinei cathartici, *in Westindien wassende, waar van* Nicol. Monardes *in 't* 47. *en* 48*ste Hoofdstuk gewag maakt, zyn voor diverse planten te houden, van ons* Granum moluccum *verschillende.*

De Amboinesen geven de korls met gebrade Piesang ook de kinderen in, die harde en gezwollene buiken hebben van wormen, op eenmaal een half boontje nemende, de wortelen alleen klein gewreven bind men op de venynige steken van de pylstaarten, Ican swangi *genaamt, waar op het ten eersten een weinig brand, en daar na al het venyn uittrekt, en de pyn wegneemt.*

Voor deezen heeft men uit de Moluccos een vermaarde wortel gebragt Panawa *genaamt, die men tegens veele zware ziektens, inzonderheid de waterzugt gebruikt heeft. Hier van hebben wy sommige curieuse Europianen berigt, dat het anders niet zy dan de wortel van dit* Bori, *'t welk de Ternatanen voor een geheim houden, en aan de onze lange niet hebben willen openbaren, dog staat te weten, dat in 't Maleits* Panawar, *en in 't Moluks* Panawa, *in 't generaal alderhande kragtige medicynen en tegenmiddelen betekent.*

Christoffel Acosta *schynt eerst dit hout gezien te hebben, 't welk hy beschryft onder de naam van* Lignum moluccense *en* Panava, Cap. 34. *waar van hy zegt groote kragten by de Portugesen ervaren te zyn, daar naar heeft hy de vrugten gezien, menende dat ze van een andere boom waren, en noemde ze* Nucleos pineos moluccanos, *in 't Canaryns* Gepaloe Cap. 57. *De Ternatanen geven de wortel in met witte peper en zout, tot een sterke purgatie.*

In de Hortus Malab. tom. 2. fig. 33. *word dit boompje beschreven onder den Malabaarschen naam* Cadel avanacu, *in 't Bramineees* Japalu, *'t welk met het bovenstaande* Canaricus gepalu *overeenkomt, en gerekent voor een derde zoort van* Avanacu, *dat is* Ricinus, *wegens de geringe gelykenisse, die de vrugten met malkanderen hebben, of om dat ze beide purgeren, dog in 't geheel Hoofdstuk vind men niets van de scherpe en brandende eigenschap, dewelke in alle deelen van dit boompje is, en daarom voorzigtig binnens lyfs moet gebruikt werden, maar dat men met de bladeren geneest de beten van de* Cobra cabelo, *accordeert met het experiment, hier in Amboina genomen, tegens de steken van 't venynige beestje des vischs pylsteert* Ican swangi *genaamt.*

In het aanhangzel wert er dit bygevoegt.

Deeze korls beginnen nu in Europa bekent te werden met den naam van Grana tiglia *of* Tigalia, *ook sommige van onze Meesters hebben uit de gedroogde korls een oly geperst, waar van een droppel met Seck ingenomen tot een middelmatige purgatie verstrekt, andere pulveriseren de gedroogde korls, en maken pillen daar van met extract van eenige andere dingen, waar van zy een ingeven tot een purgatie en om te braken, zynde goedbevonden in de amborstigheid, om de borst door braken te zuiveren.*

De Twee en Veertigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, welke is het Indisch *Ricinoides* met een helder bladt, en een gladde vrugt, *Grana tiglia* in de Apotheken genaamt, in de *Thes. Zeyl. pag.* 200. *Tab.* 90. en is de boom Ricinus, heet en purgerende, in het *Mus. Zeyl. pag.* 15. en de boom Ricinus met een gladde vrugt *Grana tiglia* in de Apotheken genaamt, wiens hout het *Moluccische* en *Pavana* genaamt wert, en is de Cadel-Avanacu van de *Hortus Malab.* van *Amm. Char. pl. pag.* 305 en 410, en de Indische Ricinus met ronde, puntige, gladde bladen, op lange steelen zittende met een lankwerpige gladde vrugt van *Bobart* in het *derde deel* van de *Histor. Oxoniens. pag.* 349. Het overige ziet in de *Thes. Zeyl.* op de aangehaalde plaats.

CAPUT

Croton Tiglium. L.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Folium polypi. Caju gorita.

ARbuſcula hæc forma ſua convenit cum *Ricino*, dividiturque in binas ſpecies, in marem & feminam.

Primo. *Folium polypi* mas truncum gerit brachium circiter craſſum, in binos treſve majores ramos diviſum, quibus folia inſident longis in pedunculis, illis *Ricini* ſimilia, ſed paulo majora, in novem longas & anguſtas diviſa lacinias profundas, quæ ad oras acute ſunt dentatæ, ſed non profunde, fere uti in *Scutellaria*, cui adfinis hæc planta videtur; petioli autem prope ortum ſerpentis in modum obducti ſunt pelliculis puſillis, in apices breves deſinentibus inſtar criſtarum gallinarum, ſeu inſtar annulorum ſpinuloſorum ramorum arboris Sagou, neutiquam vero pungentium; in ſummo autem erigitur umbella, major illa Sambuci, quæ compoſita eſt ex plurimis arctis pedunculis, firmiſſimis & lentis, quorum quivis bifarium dividitur inſtar furci, quivis vero pedunculus in ſummo gerit octo vel decem viridia capitula, brevibus petiolis in orbem inſidentia, quorum medium ſemper longiſſimo inſiſtit petiolo, in medio iſtius furci alius brevis locatur petiolus, atque huic ſimilis coronula, cujus capitula plurimum decidunt, excepto uno alterove, quod longiſſimo inponitur petiolo: medium vero hujus umbellæ furcum præ omnibus eminet, atque in quatuor dividitur pedes.

Capita autem iſta ſeſe aperiunt in floſculos ex quatuor pinguibus petalis conſtantes, qui mox decidunt, viridiaque ipſorum capitula, quibus inſident, in fructus excreſcunt, qui ſunt quinque ſexve baccæ iisdem inſidentes petiolis, magnitudine Uvarum ſemi completarum, ex viridi albicantes, primo rotundæ, dein ſeſe contrahentes, ſex octove formant angulos, prope quemlibet vero in duriuſcula ac nihilominus aquoſa medulla reconditur granulum tenue, planum, ac ruffum, ſaporis amari & ingrati, matura vero ejus caro ſuccum emittit purpureum, Octobri floret, fructusque ſubſequenti matureſcunt menſe; Rami medullam gerunt amplam, ſiccam, & Sambucinam quaſi, inſtar *Bugloſſi litorei*.

Secundo. *Folium polypi* femina arbuſcula eſt brachium quoque craſſa, in cujus ſummo multi eriguntur petioli loco ramorum, tres pedes longi, firmi, rotundi, & glabri, nec virides gerentes iſtas ſquamas, quas prior habet, in ejus extremo folia locantur ab undecim ad quindecim numero in orbem, ſesqui ſpithamam longa, palmam lata, nullas gerentia ſpinas ſeu dentes in ambitu, tenerumque folium ſurſum erectum & convolutum eſt inſtar pedis aquilæ.

Flores fructusque in umbella progerminant, uti in priore, ejus vero baccæ ſunt rotundæ inſtar ſeminis Coriandri, nigræ, & duriuſcula medulla repletæ: Utriusque ſpeciei ſapor tam foliorum quam corticum eſt amarus & acris, ad illum *Scutellariæ* accedens, ejus fructus Auguſto obſervavi. Tenerum ſemi apertum folium aquilæ pedem optime refert cum angulis ſuis, unde & Ternatenſe nomen ſuam habet originem.

Nomen. Latine *Folium polypi* juxta Malayenſe *Caju* ſeu *Daun gorita*, quum ejus folia quodammodo referant cirros piſcis *Polypi*, Ternatice *Saba ſaba* & *Cobebba magolotsjiſſi*, h. e. ungula avis *Kiappa* ſeu *Aquilæ marinæ*, Amboinice *Aylaun urita*, Baleyice *Polendo darat*, ad diſtinctionem ſubſequentis *Polendo lauot*, quod eſt *Bugloſſum litoreum*.

Locus. In planis creſcit ſilvis & opacis vallibus, raro autem obcurrit in Amboina circa Hilam, & in valle *Waytommo*.

Uſus. Ejus folia ac cortex contuſus, & in aqua contritus, morbum tollunt *Gorita* dictum, qui *inteſtinorum & ventris polypus* eſt, quem ſenſim conſumunt, incolæ autem hanc curam didicerunt ex foliorum ſignaturis. Ternatenſes folia hæc ac corticem Saguero infundunt potui cum *Mangio ſilveſtri* ſeu *Majoerat*, quem potant, cum in pugnam eunt.

XLIX. HOOFDSTUK.

Veelvoetig Bladt.

D*It boompje is aan gedaante gelyk den* Ricinus, *verdeelt in twee zoorten, manneken en wyfken.*

1. Folium polypi, *het manneken heeft een ſtam omtrent een arm dik, in twee of drie hoofttakken verdeelt, daar aan ſtaan groote bladeren of lange ſtelen, die van* Ricinus *gelyk, dog wel zo groot, verdeelt in negen lange en ſmalle lappen, diep ingeſneden, aan de kanten ſcherp getant, dog niet diep, ſchier als de* Scutellaria, *van wiens maagſchap dit ſchynt te zyn: de ſtelen zyn by hare oorſpronk ſlansgewys omgeven met kleine velletjes, in korte ſpitſen geſneden, als hanekammetjes, of als de doornagtige kringen aan de Sagoetakken, dog geenzints ſtekende, aan 't opperſte draagt het een dol, grooter dan die van vlier, de gehele dol is gemaakt van veele digte ſtelen, zeer ſtyf en taai, yder verdeelt zig in twee andere als een gaffel, en yder been van die gaffel draagt op zyn top agt of tien groene knopjes, op korte voetjes in een kring ſtaande, dog het middelſte knopje heeft altyt de langſte voet: in de midden van deeze gaffel ſtaat nog een kort ſteeltje, en daar op diergelyk kroontje, waar van de knoppen meeſt afvallen, tot op een of twee, die de langſte voeten hebben; de middelſte gaffel van deeze dol ſteekt boven de andere uit, en is verdeelt in vier beenen.*

Uit deeze knoppen werden kleine vette vierbladige bloempjes, maar die vallen ſtraks af, en de groene knopjes, daar zy op ſtaan, veranderen in vrugten, 't welk zyn vyf a ſes beſien, op dezelfſte ſtelen, in de grootte van half waſſene druiven, uit den groenen witagtig, eerſt ront, daar na inkrimpende, gewinnen ze ſes of agt hoeken, binnen by yder hoek in een hartagtig en niet te min wateragtig merg, ſchuilt een dun, plat, en ros zadeken, bitter en onlieffelyk van ſmaak, en 't rype vleeſch geeft een purpere ſap van zig; 't bloeit in October, en de vrugten werden in de volgende maand ryp: De takken hebben een groot, droog, en Vlieragtig merg, gelyk het Bugloſſum litoreum.

2. Folium popyli, *'t wyfken is mede een boompje een arm dik, aan wiens opperſte veele ſtelen ſtaan in plaats van takken, drie voeten lang, ſtyf, rond, en glad, zonder de groene ſchubben, die het vorige heeft, aan 't uiterſte ſtaan van elf tot vyftien bladeren in 't ront, anderhalve ſpan lang, een hand breet, zonder tanden of doornen aan de kanten, en het jonge blad ſtaat opwaarts geſloten, gelyk een Arents-klaauw.*

Bloemen en vrugten komen aan een dol voort, gelyk aan 't vorige, dog de beſien zyn ront als Coriander, zwart, en met hartagtig merg vervult, de ſmaak van bladeren en ſchorſſen aan beide is bitter en ſcherp, en na de Scutellaria *trekkende, de vrugten heb ik in Auguſtus gevonden. 't Jonge half geopent blad gelykt zeer wel een Arentspoot met zyn klaauwen, waar van het in het Ternataans de naam heeft.*

Naam. *In 't Latyn* Folium polypi, *na 't Maleits* Caju *of* Daun gorita, *dewyl zyn bladeren eenigzints gelyken de armen van den vis* Polypus *of Zeekat, in 't Ternataans* Saba ſaba *en* Cohebba magolotsjiſſi, *dat is, klaauw van den vogel* Kiappa *of* Zee-arent, *op Amboin* Aylaun urita, *op 't Baleits* Polendo darat, *tot onderſcheid van 't volgende* Polendo lauot, *'t welk is* Bugloſſum litoreum.

Plaats. *'t Waſt in vlakke boſſchagien en donkere valeyen, en men vint het weinig in Amboina omtrent Hila, en in de valey van de* Waytommo.

Gebruik. *Zyn bladeren en ſchors geſtoten, en in wat water gewreven, verdryven de ziekte* Gorita, *'t welk is een* Polypus inteſtinorum & ventris, *dewelke zy allenkskens verteren, hebbende den Inlander deeze kure geleert uit de ſignatuur der bladeren. De Ternatanen doen de bladeren en ſchors in de Saguer met het* Mangium ſilveſtre *of* Majoerat, *'t welk zy drinken als zy uit vegten willen gaan.*

Ejus fructus avide comeduntur ab avi *Toän nabunalun* dicta, quæ corvus est seu delicata palumbis species, fusca, longam gerens caudam, quæ raro in conspectum venit, ac potissimum mense Octobri observatur, quum hæ arbusculæ suos proferant fructus, quod aucupes bene norunt, delicatam enim præbet ferinam.

Alii hujus folia contra istos morbos sequentem in modum adhibent, externe ægrum in balneo fovent composito ex istis foliis, cortice, & radicibus, dein illa edenda exhibent cum Pinanga, radice *Oleris dulcis*, *Ubii polypoidis nigri*, & *Sajor songa*: Folia ac petioli aquæ incocti, qua abjecta, dein cum Calappi lympha vel alio quovis jure coquuntur, bonum ac salubre præbent olus, licet parum sit amarum, quod in usu est apud Macassarenses: Albam siccam medullam, quæ in ramis detegitur, adhibent Baleyenses in media regione habitantes, ad imagunculas & hortos fictitios ex ipsa formandos, uti in Amboina fit ex corde *Buglossi litorei*, unde hæ binæ diversæ plantæ apud istam nationem unum idemque gerunt nomen; Ternatenses folia sumunt serratæ speciei, quæ in desertis crescit locis, ipsaque aquæ incoquunt cum alio *Oebat* huic rei inserviente, propinantque illa contra *Gonorrhœam*.

Tabula Quadragesima Tertia

Ramum exhibet arbusculæ, quæ *Folium polypi* RUMPHIO, & *Daun gorita* incolis vocatur.

De vrugten werden graag gegeten van den vogel Toän nahunalun, *een rave en lekkere zoort van wilde duiven bruin, met een lange staart, die men zelden ziet, en dat meest in October, wanneer deeze boompjes vrugten dragen, daar de Vogelvangers weten op te passen, want 't is een lekker wiltbraat.*

Andere gebruiken het tegen voorn. gebreken aldus, van buiten stoven ze de patient in een bad, gemaakt van voorn. bladeren, schors, en wortelen, daar na geven ze die te eten met Pinang, de wortel van het Olus dulce, Ubium Poly-poides, nigrum *en van* Sajor songa. *De bladeren en stelen in water gekookt, 't zelve weggegoten, en daar na met Calappus-melk of een ander sop gekookt, geeft een goed en gezont moes, hoewel het een weinig bitter is, gebruikelyk by de Macassaren: 't witte droge merg, dat men in de takken vint, gebruiken de Baleyers, die landwaart in wonen, tot klein beelt en bloemwerk, gelyk men in Amboina met het hert van* Buglossum litoreum *doet, waar van deeze beide verschillende planten by de natie eenderlei naam hebben. De Ternatanen nemen de bladeren van 't gezaagde, 't welk op een eenzame plaats wast, koken dezelve in water met ander* Oebat *daar toe behorende, en drinken zulks tegens* Gonorrhæam.

De Drie en Veertigste Plaat

Vertoont een tak van een boompje, het welke het *Folium polypi* by RUMPHIUS, en *Daun gorita* by de Inlanders genaamt wert.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Frutex aquosus mas. Caju ayer lacky lacky.

F*Ruticis aquosi* binæ sunt species, mas & femina, quarum cuivis singulare tribuimus Caput: Mas autem arbuscula est, simplici pluribusque excrescens stipitibus in vulgaris hastæ altitudinem, qui rotundi sunt, ac quamdiu non ultra brachium sunt crassi, virides, & matutino tempore semper humidi quasi, acsi sudarent, undique brevibus & firmis spinulis pungentibus obsessi: Rami inregulariter sese extendunt, prope quemvis fere nodum formantes suum, virides quoque ac spinosi, ipsorum vero spinulæ sunt magis vagæ.

Folia bina sibi sunt obposita per tria quatuorve paria, uno inpari extremo, illis Sambuci quodammodo similia, sed breviora, & firmiora, obscure virentia, superne glabra, ac fere splendentia, ad oras ample dentata, costis parallelis pertexta, in brevem apicem sese determinantia.

Flores ejus sunt umbellati uti in Sambuco, sed laxiores, atque pusilli, ex quinque albicantibus petalis constantes, inodori: Fructus sunt instar parvorum Cerasorum, seu instar baccarum *Bryoniæ nigræ*, ex rotundo parum compressi, ac superius umbilicati, primo virides, dein nigerrimi & glabri, intus repleti medulla molli & succosa, quæ manus violaceo inficit colore instar baccarum Sambuci, saporis dulcescentis, sed in ore pruritum excitant, unde edendo inepti sunt, intus reconduntur officula quinque vel sex duriuscula, uti in Uvis: Fructus hi potissimum decidunt, excepto uno alterove, qui in summa maturitate magnitudinem adtingit globuli sclopeti manualis, tumque nigrum perdunt colorem, atque interne virescunt, ac herbacei sunt, externe ex viridi cœrulescentes, fissi, & scabri.

Quamdiu hi trunci externe sint virides, interne repleti sunt medulla ampla & aquosa, qui vero in silvis crescunt, truncos gerunt crassos & altos, fere instar Pinangæ, cortice obductos obscure cinereo, atque hinc inde spinulas quasdam gerentes, quæ in ordines locantur, lignum internum eo tempore est durissimum & solidum, croceum, seu mellini coloris, longis ex fibris constans ac lentum, corde repletum quoque sed minore, quod difficulter per medium cæditur, sed per longitudinem facile finditur: sique transversaliter secetur vel cædatur, multas exhibet venas, instar radiorum circa centrum extensas, folisque formam repræsentantes. Folio-

L. HOOFDSTUK.

De wateragtige Struik, het Mannetje.

FRutex aquosus *heeft twee zoorten, manneken en wyfken, waar van wy ieder een byzonder Hoofdstuk geven. 't Manneken wert een boompje, met een of meer regte stammen, opschietende tot de hoogte van een gemene spies, ront, en zo lang zy niet boven een arm dik zyn, gras-groen, in de morgenstonden altyt vogtig schynende, als of zy zweten, en rontom met korte, dog styve en stekende doorntjes bezet. De takken breiden hun zeer ongeschikt uit, schier by yder knie een bogt makende, mede groen, en doornagtig, dog de doorntjes staan daar aan ydel.*

De bladeren staan twee en twee tegen malkander, met drie à vier paren, en een voor uit alleen, die van den Vlierboom eenigzints gelyk, korter en styver, zwartgroen, aan de bovenste zyde glad, en schier glimmende, aan de kanten wyt getant, met parallele ribben doorregen, en een korte spits.

't Bloeit in dollen, gelyk de Vlier, dog ydelder, de bloempjes zyn klein, van vyf witagtige blaatjes gemaakt, zonder reuk: De vrugten zyn als kleine kerssen, of die zo genoemde duivels-kerssen Bryonia nigra, *uit den ronde wat gedrukt, met een kuiltje boven op, eerst groen, daar na pik-zwart, en glad, binnen met een week en sappig merg vervult, 't welk de handen violet verft, gelyk de Vlier-besien, van smaak wel zoetagtig, maar veroorzaakt een jeuken in de mont, dierhalven onbequaam om te eten, van binnen leggen vyf of ses harde steentjes, gelyk in de druiven. Deeze vrugten vallen meest af, behalven hier en daar een, die overryp worden, opzwellende tot de groote van een Mutquetkogel, verliezen haar zwarte koleur, worden van binnen groen, en kruitagtig, van buiten blaauw-groen, geborsten en schurft.*

Zo lang deeze stammen van buiten groen blyven, hebben ze van binnen een groot wateragtig hert, maar 't geen in de bosschen wast, gewint een dikke en hoge stam, schier als een Pinang-boom, met een donkere graauwe schors, hier en daar nog eenige doorntjes behoudende, die in ryen staan, 't binnenste hout is alsdan heel hart en massief, doir-geel of honig-verwig, langdradig en taai, nog al met een klein wateragtig hert, moejelyk om dwers te kappen, maar ligt in de lengte splytende: als men het ook dwers zaagt of kapt, zo vertoont het veele aderen, als stralen rontom het Centrum te zamen stotende, en de gedaante van een zon uitmakende.

't Zap

Foliorum ſuccus vel viridium truncorum ſubtilis liquor exſudans cutim tangens, pruritum excitat: Vetuſtorum truncorum radix externe rubet, per totum fere annum ſuos profert flores ac fructus.

Nomen. Latine *Frutex aquoſus mas*, Malaice *Caju ajer lacki lacki*, quum ſemper humidus videatur, potiſſimum ante meridiem, Javanice & Baleyice *Gigirang*, quum truncorum ſpinæ dentes referant. Ternatice *Hate papeda*, Macaſſarice *Talutu*, Boegice *Maling maling*, Amboinice *Ayncca* & *Ucca*, in Uliaſſerenſibus vero inſulis vocatur *Tou leallun*, h. e. adtende ad velum: Malabarice *Narrentali*.

Locus. Vulgatiſſima & ubique obvia eſt arbuſcula in cunctis Orientalibus inſulis, ubique in campis occurrit, ad ripas fluminum, inter alias arbuſculas, ut & in vallibus, quæ vero in arborem excreſcit, in magnis reperitur ſilvis, non autem in montibus.

Uſus. Vulgares ejus ſtipites ad paggers ſeu palos adhibentur, multo autem ſolidiores poſtes præbet arborea ſpecies, cujus firmum ac rectum lignum arcus etiam ac manubria telorum exhibet, facillime enim exſiccatur, nec facile frangitur, licet inflectatur: Macaſſarenſes ſpinoſos ſtipites in fruſta cædunt palmam longa, quæ parum acuminata formant, & terræ infigunt circa Oryzam demeſſam, ne apri vel cervi illam infeſtent: Baleyenſes ejus radice utuntur loco *Oebat Sagueri*, non ut potum hunc amarum reddat, ſed ne cito aceſcat, quod hinc prævenitur, tumque eligendæ ſunt radices vetuſtarum arborum, quæ perfectum formaverunt truncum, quarumque radices ſolummodo externe rubent: Fruſtum vetuſti hujus ligni cum arundinis fruſto fortiter perfricatum, adeo incandeſcit, ut fumum emittat, atque funiculus igniarius ad illud ignem concipiat, idem præſtant bina hujus ligni fruſta fortiter ſibi invicem adfricata.

Hæc radix cum viridi ſemine Catjang cocta & epota Amboinenſium variolas expellit: Malabarenſes ejus radicibus utuntur contra penis ulcerationem & vitia.

Cum hoc convenire videtur *Nalugu*, Bracmanis *Dino* in *Hort. Malab. tom. 2. fig.* 26. deſcriptum, faltem fructus ac baccæ quoad pruritum cum hoc quadrant, licet Malabarenſes, uti ſupra dictum eſt, ejus nomen *Narrentali* mihi indicarunt.

Tabula Quadrageſima Quarta

Ramum exhibet *fruticis aquoſi maris*, qualis a *Rumphio* vocatur, quique eſt Frutex baccifer Malabaricus, floribus umbellatis, pentapetalis, fructu nigricante polyſpermo *Ray hiſt. pl. pag.* 1636.

't Zap van deeze bladeren, of 't zweet van de groene ſtammen iemant op de huit komende, verwekt een jeuken, de wortel aan de oude ſtammen is buiten rootagtig. Het is meeſt het gehele jaar door met bloemen en vrugten beladen.

Naam. *In 't Latyn* Frutex aquoſus mas, *op 't Maleits* Caju ajer lacki lacki, *om dat het altyt vogtig ſchynt, meeſt voor de middag. Op 't Javaans en Baleits* Gigirang, *om dat de doornen aan den ſtam tanden gelyken. Op Ternaten* Hate papeda, *op Macaſſar* Talutu, *op 't Boegis* Maling maling, *op Amboin* Ayncca *en* Ucca, *dog in de Uliaſſers hiet het* Tou leallun, *dat is, ziet in 't zeil, op Malabaar* Narrentali.

Plaats. *Het is een zeer gemeen en over al bekent boompje, in alle de Ooſterſe Eilanden, men vint het over al in de velden, aan de kanten van rivieren, onder ander kreupel boſch, en in de valeyen, 't geen tot een boom wert, moet men zoeken in groote boſſchagien, dog niet in 't gebergte.*

Gebruik. *De gemene ſtammen werden tot paggerſteilen gebruikt, maar veel vaſter ſteilen heeft men uit 't boomagtige geſlagt, uit wiens ſtyf en regt hout men ook kan maken bogen en ſtelen tot Toranen, want het droogt zeer ligt op, en breekt niet ligt in 't buigen: De Macasſaren kappen de doornagtige ſtokken aan ſtukken, zynde yder een hant lang, die ze dan een weinig ſpitſen, en in de aarde ſteken, omtrent een voet van malkander rontom de afgemaaide rys, zo zullen daar geen verkens of hertebeeſten by komen: De Balyers gebruiken deeze wortel in plaats van* Oebat ſagueer, *niet om dat ze dezelve bitter maakt, maar 't haaſtig zuur werden belet, maar men moet alsdan nemen de wortelen van oude bomen, die een formeele ſtam hebben, en wiens wortelen ook alleen van buiten roodagtig zyn; een ſtuk van het droge hout, met een ſtuk van een Bamboes, ſterkelyk tegen malkanderen gewreven, ontvonkt zodanig, dat het rookt, en men tontel daar by aanſteken kan; 't zelve doen ook twee ſtukken van dit eigenſte hout tegens malkander gewreven.*

Deeze wortel met groene Catjang gekookt, en gedronken, dryft de Amboinſe pokken uit. De Malabaren gebruiken zyne wortelen tegens ſchade of ulceratie by 't gemagt.

Hier mede ſchynt overeen te komen Nalugu, *in 't Braminees* Dino, *in de* Hortus Malab. tom. 2. fig. 26. *beſchreven. Immers het bloeiſel en de beſien met haar jeuken komen daar mede overeen, hoewel, als gezegt, de Malabaren* Narrentali *my opgegeven hebben.*

De Vier en Veertigſte Plaat

Vertoont een tak van de *wateragtige ſtruik het Mannetje*, zo als ze van *Rumphius* genaamt wert, en is de Malabaarſche Besdragende ſtruik met vyf bladige dolagtige bloemen, en een zwarte veelzadige vrugt, van *Ray hiſt. pl. pag.* 1636.

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Frutex aquoſus femina. Caju ayer parampuan.

FRuticis aquoſi femina frutex eſt ejusdem formæ, non ita vireſcens, ſed cinereus ac non ſpinoſus, ejusque rami ſunt parum anguloſi & rugoſi, acſi arena eſſent conſperſi, inque breves laterales dividuntur ramulos, qui ad ortum nodos gerunt flexiles, ac bini ſibi ſunt oppoſiti: Aliquando ad unum latus ſolitarium locatur folium, ad aliud latus ramulus, tres vel quinque folia gerens: Cæteri majores rami antrorſum bina ternave gerunt foliorum paria uno inpari, quod maximum eſt. Plerumque vero majora ſunt illis maris, flaccidiora, & rugoſiora, ac ſuperne pilis hirta, inferne arenuloſa, amplis dentibus ſerrata, ſex novemque pollices longa, tres quatuorve digitos lata, tenera autem pallide fuſca ſunt, ac vetuſta obſcure virentia.

Flores ejus ſunt puſilli, albi, pentapetali, uti prioris, hujus vero umbella amplior eſt: Fructus quoque majores ſunt inſtar Ceraſorum nempe nigrorum, parum compreſſi inſtar caſeoli, ac ſuperius umbilicati, aliquando ſex obſcuris lineis externe notati, primo virides, dein diu ex fuſco rubentes, ac tandem nigri, molles, & glabri, intus in purpurea rubente ſuccoſaque medulla quinque ſexve reconduntur oſſicula dura ſegmentorum caſei formam exhibentia.

Fructus

LI. HOOFDSTUK.

De wateragtige ſtruik; het Wyfje.

HEt wyfken van het *Caju ayer* is een ſtruik van dezelfſte gedaante, de ſtruik is zo groen niet, maar graauwagtig, en zonder doornen, en daar en tegen zyn de takken wat hoekig en ruig, als of ze met zant beſtrooit waren, en verdelen hun in korte zydetakken, die by haar oorſprong buigzame knien hebben, en met twee tegens malkanderen ſtaan; zomtyts ſtaat aan d'eene zyde een enkelt blad, aan d'andere zyde een takje met drie of vyf bladeren. De reſt van de hoofttakken na voren toe heeft twee of drie paren bladeren, met een vooruit alleen, het welk het grootſte is. Zy zyn doorgaans grooter dan aan 't manneken, ſlapper, en ruiger, boven met hairtjes bezet, van onderen zandig, met wyde tanden gezaagt, ſes en negen duimen lang, drie en vier vingeren breet, de jonge zyn ligt-bruin, de oude doods-groen.

'*t Bloeiſel zyn kleine vyf bladige witte bloempjes, gelyk aan 't vorige, dog deeze dol is wat breder. De vrugten zyn ook grooter, te weten als krieken, een weinig gedrukt, als een kaasken, met een kuiltje boven op, zomtyts met ſes donkere linien, van buiten afgedeelt, eerſt groen, daar na langen tyt bruin-root, eindelyk zwart, week, en glad, van binnen in 't purper-roode ſappige merg leggen vyf a ſes harde ſtenen, geformeert als ſtukken van een kaas.*

Deeze

Fructus hi neutiquam degenerant in capitulum istud ex cinereo viride uti in mare fit: Interne quoque gerit aquosam & duriusculam medullam: Trunci non ultra brachium crassi sunt, atque radices longæ sunt, & obscure cinereæ.

Umbella baccis onusta est, sed in cohortes quasi divisa, quarum nigræ parum corrugantur, ac tum decidunt, aves enim nullas utriusque speciei baccas comedunt, arena, qua rami & folia conspersa sunt, cutis pruritum excitat, uti & corticis rasura, immo vehementiorem quam in mare.

Nomen. Latine *Frutex aquosus femina*, Malaice *Caju ayer parampuan*: Javanice & Baleyice *Calawassan*, Ternatice *Collo tala*, Amboinice in Hitoea *Ayucca* uti præcedens, in Manipa *Kakohulahar*, h. e. eadens velum, in Lihua *Tahuela*. In Uliasserensibus *Toule allun*, & Amboinice *Tatohu laihir*, h. e. ramus instar cadentis veli, uti præcedens, quævis porro insula ipsi peculiare dat nomen, quod inutile est enarrare.

Locus. Iisdem in locis crescit, in quibus mas, sed rarior est.

Usus. Ejus tenera folia piscibus & carni adcoquuntur instar aliorum olerum, succusque ex aquosa medulla expressus inflammatos refrigerat oculos, baccæ & folia virtutem possident ardorem extrahendi in febribus ardentibus: Cum foliis æger lavatur, baccæ cum Limonum succo conteruntur, qui per linteum cribratur, ejusque bina exhibentur cochlearia, superflua dosi frons, pulsus manuum, ac reliquæ corporis partes fricantur.

Hoc lignum rasum cum Zingibere minore & *folio bracteato rubro* pultem exhibet, quæ adplicatur artibus paralyticis, superinposito toto folio mox memorato; tenera ejus folia quoque cruda eduntur, instar alius *Ulang ulang* ad pisces & Bocassan.

Ternatenses hanc plantam, seu proprie ejus lignum obculto indigitant nomine *Panawa xula*, h. e. medicamentum insulæ *Xula*, ipsique mirabiles adscribunt vires ad cuncta recentia vulnera curanda, uti Solorenses id efficiunt cum ipsorum *Pao soldo*, in bellum enim euntes hujus frustum secum ducunt cortice adhuc obtectum, atque in Musæ foliis convolutum, quum sint vulnerati, parum ejus abradunt cum pelle rugosa vel frusto vitri in subtilissimum pollinem, dein obliniunt vulnus depuratum cum Calappi oleo, ipsique inspergunt hanc rasuram, quæ prompte vulnus consolidat, aposthematibus quoque & anthracibus inposita, maturat ipsos vel dissipat, alii Ternatenses crassissimorum ramorum frustum amputant cum cortice, illudque secum ducunt siccatum. Corticem hunc radunt, & calefaciunt in Calappi oleo, adligantque illum recentibus vulneribus ad sanguinis fluxum sistendum, in subsequentibus denudationibus vulnus curant ligni rasura: Præcedens mas in Ternata non copiosus est, atque in hunc finem ineptus, quum ejus cortex pruritum excitet.

Mauritani Uliasserenses cum binis hisce speciebus aliam instituunt artem ad virile robur augendum, præsertim in senibus. Binas nempe eligunt plantas marem & feminam, quæ quam proxime nempe sibi adstant, ipsorumque radices effodiunt sine ferro vel amputatione, sed ipsas abrumpunt contorquendo, fibrillas harum sumunt septem, articulum digiti longas, quas cum veteri masticant Pinanga & Siriboa, ipsarum deglutientes succum: Ejus folia pro *Ubat papeda* quoque habentur, quum aquæ incoquantur, qua Sagu-manta præparatur.

Tabula Quadragesima Quinta

Ramum exhibet *fruticis aquosi feminæ*, uti a *Rumphio* vocatur.

Ubi litt. A *Corymbum floriferum*, & B *racemum frugiferum* demonstrant.

Deeze vrugten veranderen geenzints in dat graauwgroene bolletje, gelyk aan 't mannetje geschiet; van binnen heeft het ook een water en hartagtig merg. De stammen werden niet boven een arm dik, en de wortelen zyn lang en donker-graauw.

De dol staat vol besien, dog in troepen verdeelt, de zwarte krimpen wat in, en vallen als dan af, want het gevogelte wil geen van beide die zoorten eten, 't zant aan de takken en bladeren hangende, verwekt een jeuken op de huit, gelyk ook doet 't schraapsel van de schorsse, ja meer dan 't manneken.

Naam. *In 't Latyn* Frutex aquosus femina, *op 't Maleits* Caju ayer parampuan, *in 't Javaans en Baleits* Calawassan, *op Ternaten* Collo tala, *in 't Amboins op Hitu* Ayucca, *gelyk 't vorige; op Manipa* Kakohulahar, *dat is een vallend zeil; op Libu* Tuhuela. *In de Uliassers* Toule allun, *of in 't Amboins* Tatohu laihir, *dat is een tak als een vallent zeil, gelyk het vorige, dog schier ieder Eiland heeft nog een byzondere naam, onnodig alle op te halen.*

Plaats. *Het wast op dezelfste plaatsen als 't manneken, dog is weiniger te vinden.*

Gebruik. *De jonge bladeren werden met visch en vlees gekookt als ander moeskruit, 't zap uit het wateragtige hert uitgeperst, verkoelt de verhitte ogen, de besien en bladeren hebben de kragt den brant uit te trekken in de hete koortsen: Met de bladeren wast men de zieken, de besien wryft men met Limoen-sap, kleinst ze door een doek, waar van men twee lepels vol in geeft, met de rest bestrykt men 't voorhooft, de pols van de handen, en 't lighaam.*

Dit hout geraspt, met kleine Gember en Folium bracteatum rubrum, *deeze pap warm gemaakt, slaat men over de lamme leden, en bint een geheel blad van 't laastgenoemde daar over, men eet de jonge bladeren ook raauw, als andere* Ulang ulang, *tot visch en Bocassan.*

De Ternatanen noemen deeze plant, of eigentlyk het hout daar van, met een verborgene naam Panawa xula, *dat is medicyn van 't Eilant* Xula, *en schryven hem wonderlyke kragt toe, om alle versse wonden te genezen, gelyk de Soloresen met haar* Pao soldo *doen, want ten Oorlog gaande, hebben ze een stuk van dit by hun met de schorsse bedekt, en in Pisang-bladeren gewonden, gequest zynde, schillen zy een weinig, en schrapen 't met een roggevel of glas heel fyn, daar na bestryken ze de wonden, gezuivert zynde met Calappus-oly, en strooijen dat schraapsel daar in, 't welk veerdig geneest, ook op alle Apostbemata en Bloetvinnen gelegt, rypt dezelve, of doet ze vergaan; andere Ternatanen kappen een stuk af van de dikste takken met schorsse en al, voeren 't zelve gedroogt by zig. De schorsse schrapende, maken ze warm in Calappus-oly, en binden ze op versche wonden, om 't bloed te stelpen, de volgende verbanden doen zy met 't schraapsel van 't hout, het voorgaande mannetje is in Ternaten niet veel te vinden, ook hier toe onbequaam, om dat zyn schorsse jeukt.*

De Moren in de Uliassers hebben nog een ander konstje met deeze beide zoorten, om mannelyke kragten te vermeerderen, inzonderheid by oude luiden. Zy zoeken de twee planten manneken en wyfken, die digt by malkander staan, graven de wortel uit zonder yzer of kappen, brekende dezelve al wringende af. Van de vaselingen nemen ze seven stukjes, ieder een lid van een vinger lank, en knouwen ze met oude Pinang en Seriboa, 't sap inzwelgende, de bladeren worden ook voor een Ubat papeda *gehouden, als men dezelve in 't water kookt, waar mede men de Sagu-manta toebereit.*

De Vyf en Veertigste Plaat

Vertoont een tak van de *wateragtige struik het Wyfje*, zo als het van *Rumphius* genaamt is.

Alwaar lett. A een *Bloemtrosje*, en B een *Vrugttrosje* aanwyst.

A
B

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM

Flamma ſylvarum. Djarong djarong.

HÆc eſt arbuſcula, plerumque ſimplici adſurgens trunco, qui binos circiter digitos, & ad ſummum infantis brachium craſſus eſt, & cortice obducitur tenui & glabro, ex ruffo cinereo, in paucos autem rectos & firmos ſeſe explicat ramos, qui folia gerunt vaga, totusque frutex hominis altitudinem circiter adtingit.

Ejus folia ſunt oblongo-acuminata, glabra, & firma, ſuperne intenſe viridia, inferne flaveſcentia, coſtis pertexta admodum obliquis & inregularibus, ad oras integra, illis Jamboſæ ſilveſtris ſimilia, ſed paulo anguſtiora & acutiora: Brevibus inſident petiolis, binaque ſibi ſunt obpoſita, quædam per paria, quædam oblique cruciata, ab octo ad duodecim pollices longa, binos ac tres & tres cum dimidio pollices lata, quorum quædam etiam ſunt latiora, alia anguſtiora, unde & a quibusdam in anguſtifoliam & latifoliam dividitur ſpeciem, diſcrimen vero nimis parvum eſt, quam ut diverſa hinc componatur ſpecies, major autem differentia eſt, quod unus frutex tantummodo flores gerat, quos rari vel nulli fere inſequuntur fructus, contra alter æque flores ac fructus profert; pro certo autem determinare nondum poſſum, an regularem obſervet ordinem, atque an differentia maris & feminæ a vulgo conſtituta ſit certa.

In ramulorum ſummo directe inter bina ſuperiora folia umbella florifera exoritur, inferius diviſa in paucos quaſi ramos ſeu laterales petiolos ignei coloris, cuivis autem petiolo tres flores increſcunt inſtar longorum acuum porrecti: Hi longum anguſtumque gerunt collum, binos pollices longum, ſeſe aperiens in quatuor petala, illis Jasmini ſimilia, ſed anguſtiora: Minii rubentis ſunt coloris interne, vetuſtaque ſanguinei coloris, ita ut in quovis florum corymbo bini diverſi conſpiciantur colores, ipſorumque tubi ſuaverubentis ſunt coloris.

Totus florum corymbus e longinquo carbonem igneum repræſentat, præſertim, ſi in opaca quadam creſcat ſilva, unde & nomen ſortitus eſt hic frutex: Poſt florum lapſum petioli ſuperſunt rubentes Corallii ramulum referentes, hiſce increſcunt fructus ſeu baccæ, rotundæ, & parum latæ, acſi Juniperi baccæ ſibi invicem adcretæ eſſent, raro ſimplices, duræ, diu ex viridi & rubro colore diſtinctæ, antequam vere ex purpureo rubent, ac tandem nigræ & molles: Geminatæ ſub molli & viſcoſa medulla bina recondunt oſſicula fuſca, ad unum latus plana inſtar panis minoris, ubi & ſulcata ſunt, paulo majora Coriandri ſemine, ſimplices tantum unum gerunt oſſiculum. Hæc autem ſub lignoſo putamine album gerunt nucleum, cinerea obductum pellicula, atque hæ baccæ non æque magnæ ſunt, in quibusdam enim fruticibus majores ſunt baccis Juniperi, & vagæ corymbis inhærent, nec perfecte nigræ ſunt, licet per annum ex frutice dependentes conſpiciantur, ſuntque ex viridi & rubro diſtinctæ, in aliis autem fruticibus fere Ceraſorum nigrorum magnitudinem obtinent, ſuntque copioſæ, & in racemo perfecte nigræ, qui frutex femina a plurimis cenſetur.

Lignum ex tenuibus conſtat fibris, ac durum eſt: Radix ſeſe ample extendit, paucas gerens fibrillas, eſtque dura & ſolida, externe ſordide ruſſa, interne pallida & dura, ſaporis & odoris ſilveſtris, ſique diu maſticetur, in ore ardorem excitans, in plurimis vero plerumque tantum ſilveſtris & ingratus detegitur ſapor. Floret Septembri & Octobri: Fructus ſub initium pluvioſorum menſium obſervantur, quum & flores ſimul exhibet, non enim certum obſervat florendi tempus.

Nomen. Latine *Flamma ſilvarum*, Malaice & Baleyice *Djarong djarong*, h. e. acuum arbor ob ejus ſimilitudinem, Amboinice in Hitua *Aupalulan* & *Aymacca lulan*, in Leytimora *Auparulan* & *Auparuran*, h. e. ignis ardens ob igneum rutilumque florum colorem, in Huamœla *Mebumag* & *Suiro*, Ternatice *Saja mamj.*

Locus.

LII. HOOFDSTUK.

De Vlam der Boſſchen.

DIt is een klein boompje, meeſt met een enkelde ſtam opſchietende, dewelke omtrent twee vingeren, op 't hoogſte een kinder-arm dik is, bekleet met een dunne effene ſchorſſe, die uit den graauwe-roſſe is, zig verdelende in weinige regte en ſtyve takken, dewelke ook ydel van bladeren zyn, en de gehele ſtruik gewint omtrent een mans hoogte.

De bladeren zyn lankwerpig-toegeſpiſt, glad, en ſtyf, boven hoog-groen, beneden geelagtig, met zeer ſchuinſe en onordentelyke ribben, aan de kanten effen, die van wilde Jamboeſen gelyk, dog wat ſmaller en ſpitſer. Zy hebben korte ſtelen, en ſtaan twee en twee tegens malkander, zommige in reijen, zommige in een ſchuins kruis, van agt tot twaalf duimen lank, van twee tot drie en vierdalf duimen breet, aan zommige ſtruiken ziet men ze breder, aan zommige ſmalder, daarom ze eenige in ſmalbladige en breetbladige verdelen, welk onderſcheit te klein is om een byzondere zoort te maken. Merkelyker is dezelve, wanneer de eene ſtruik alleen bloemen draagt, daar op geene of weinige vrugten volgen, de andere draagt bloemen en vrugten, maar ik en kan nog niet zeggen, of dit zyn beſtendige ordre hout, en of 't onderſcheit van 't manneken en wyfje by de gemene man geſtelt, vaſt gaat.

Aan 't uiterſte der ryskens regt tuſſchen de twee voorſte bladeren komt de bloemdragende dolle voort, beneden verdeelt in weinige takken of zydeſtelen, dewelke vuurroot zyn, en op ieder voet ſtaan drie bloemen, als lange naalden. Deeze hebben lange ſmalle halſen, twee duimen lank, en openen haar in vier blaatjes, de Jasmynen zeer gelyk, dog deeze zyn ſmaller. Zy zyn menje-root van binnen, en de oude bloet-root, zo dat men aan ieder dol bloemen van tweederlei couleuren ziet, en de halſen zyn rooſe-root.

De gehele dolle vertoont van verre een levend koolvuur, byzonderlyk als zy in eenig donker boſch ſtaat, waar van het ook zyn naam heeft. Na 't afvallen der bloemen blyven de rode ſtelen van den dol overig, een Coraaltak verbeeldende, daar op waſſen de vrugten of beſien, ront, dog wat breet, als of 'er Jenever-beſien tegens malkanderen gewaſſen waren, zelden enkelt, hart, langen tyd uit den groenen en rooden gemengt, eer ze regt purper-rood werden, en ten laatſten zwart en week. De dubbelde hebben onder een week en ſlymerig merg, twee bruine korls, aan de eene zyde plat als brootjes, daar ze ook een keep hebben, wat grooter dan Coriander-zaat; de enkelde hebben maar eene. Deeze korls onder haar houtagtige ſchaal hebben een witte kees of pit, omgeven met een graauw velleken; deeze beſien zyn niet van eenderlei grootte, want aan zommige ſtruiken werden ze grooter dan Jenever-beſien; ſtaan ydel op harde dollen, en werden niet regt zwart, blyvende wel een jaar aan den ſtam ſtaan, uit den groenen en roden gemengt, aan andere ſtruiken werden ze ſchier zo groot als krieken, vol, en aan den dol regt zwart, 't welk men in 't gemeen voor het wyfken hout.

Het hout is fyndradig en hart, de wortel wyd verſpreit, met weinige vaſelingen, mede hart en maſſief, buiten vuil-ros, binnen bleek en mede hart, van reuk en ſmaak wilt, in de mont zomtyts, als men ze langen tyd knouwt, wat brandende, dog in de meeſte wert men niet als een wilden en vieſen ſmaak gewaar. Het bloeit in September en October; de vrugten ziet men in 't begin van de regen Mouſſon, wanneer 't egter zyn bloeme mede vertoont, want het houd geen preciſe tyd.

Naam. *In 't Latyn* Flamma ſilvarum, *in 't Maleits en Baleits* Djarong djarong, *dat is, Naalde-boom na hare gelykeniſſe, Amboins op Hitu* Aupalulan *en* Aymacca lulan, *op Leytimor* Auparulan *en* Auparuran, *dat is brandent vuur, na de vuur-roode couleur der bloem, op Huamoel* Mehumag *en* Suiro, *op Ternaten* Saja mamj.

Plaats.

Locus. In densa crescit fruticum silva in campis & vallibus, in altis montibus non vel raro, qui vero in duro & saxoso crescit solo circa litus, angustiora gerit folia, & in ejus radicibus major percipitur ardor, notus est in omnibus fere insulis aquosæ Indiæ, uti & in Zeylana, ejus alia species erronee *Japarica* dicta obcurrit in *Auctuario* meo. Sinenses dicunt in ipsorum patria quoque crescere, atque omnibus mensibus flores producere, ipsisque dicitur *Santanboa.*

Usus ejus apud incolas non penitus innotuit, præterquam quod ipsis habeatur *Ubat swangi*, h. e. remedium contra Sagos, quod nihil declarat. Ejus antistites alium superstitiosum adhibent usum, rubros istos flores cum Pinanga masticantes, ipsorumque succum oculis instillant, quum in pugnam eant, credentes hinc audaces, fortes, atque hostibus terribiles esse, uti hi rutili flores aliquem terrore adficiunt, quum ex inproviso quis in silva hos intueatur: Ejus radices tantum in Medicina adhibentur, præsertim contra lateris dolores seu Pleuritidem spuriam, Malaice *Upas meniccan* dictam, quum hæ cum aqua supra porphyritim conterantur ac propinentur, simulque externe inliniantur, dicunt quoque valere contra adsumpta venena: Eadem quoque radix, licet dura, cum lapide parum tunditur, seu, quod melius est, minutim contunditur, & in ore continetur contra Odontalgiam ex Catharris ortam, quos extrahit per levem ardorem, sic & dentiscalpia formant ex ipsius ramulis vel radicibus ad vacillantes dentes roborandos, expertus tamen fui, uti supra innui, inter hasce radices varietatem quandam esse, quum quædam tam parvum in ore excitent ardorem, ut vix sentiatur, quædam vero adeo fortiter, ut, si modo ter quaterve fuerint masticatæ, vesiculas caussent, contra odontalgiam ramulorum extremæ eliguntur partes, quæ macerantur, parum contunduntur, & in ore continentur, novi sæpius fuisse tentatum, sed tarde operavisse.

Horum florum forma, ingratus sapor, & levis radicum ardor declarant, hunc fruticem adfinem esse *Radici vesicatoriæ* seu *Accar binassa* infra libro nono descriptæ, unde & quidam has binas plantas sub uno comprehendunt genere, utrasque *Auparulan* seu *Ignem ardentem* vocantes, atque hanc magnam *Flammam silvarum* feminam habent, alteram *Radicem* nempe *vesicatoriam* marem.

Plaats. *Het wast in 't digte kreupel-bosch op de velden, en in de valyen, in 't hoogste gebergte niet of weinig, het geene omtrent de strant groeit in een harde en steenagtige gront, heeft smaller bladeren, en in de wortelen meer brant; 't is bekent meest in alle Eilanden van Water-indien, en zo men my berigt heeft op Ceylon, een andere zoorte hier van abusivelyk* Japarica *genaamt, ziet in myn* Auctuario. *De Chineesen zeggen, dat 't in haar lant ook gevonden wert, alle maanden bloemen dragende, en genaamt in 't Chinees* Santanhöa.

Gebruik. *Zyn gebruik is by de Inlanders niet ten vollen bekent, behalven dat zy 't houden voor een* Ubat swangi, *dat is, remedie tegens betoveringen, waar uit men geen bescheit hebben kan. Hare voorvegteren hebben nog een ander superstitieus gebruik, knouwen de roode bloemen met wat* Pinang, *latende het zap daar van zig in de ogen druipen, als zy willen vegten gaan, want zy geloven, dat zy hier door stoutmoedig, curagieus, en de vyanden verschrikkelyk werden, gelyk deeze rode bloemen iemant verschrikt, als men ze onvoorziens in het bosch ziet: zyne wortelen alleen zyn gebruikelyk in de medicyne, inzonderheid tegens het zydesteken of bastart Pleuris, in 't Maleits* Upas meniccan *genaamt, wanneer men dezelve met water op een steen wryft, en inneemt, ook van buiten op smeert; men zegt dat ze ook dient tegens ingenomen fenyn. Dezelfste wortel, hoewel hart, kneuzen ze een weinig met een steen, of 't welk beter is, stoten ze klein, en houden ze in de mont als iemant tantpyn heeft, want ze trekt de Catharren uit met hare zagte brant, zo maken ze ook tandestokers van ryskens of wortelen, om de waggelende tanden te bevestigen; ik heb egter, als boven gezegt, ervaren, dat onder deezen wortel een onderscheit moet zyn, want zommige branden zo weinig in de mont, dat men maar eventjes gevoelt, en zommige zo zeer, dat, als men ze drie a viermaal geknouwt heeft, bleinen optrekken, tegens de tantpyn nemen ze ook 't uiterste der ryskens en weekt ze, 't welk ze kneuzen, en in de mont houden; ik weet wel, dat het dikwils gedaan, maar lankzaam helpende bevonden wert.*

De gedaante van deeze bloeme, de viese smaak, en zagten brant van de wortel, bewyzen dat deeze heester uit de maagschap van Radix vesicatoria *of* Accar binassa, *hier na in 't negende boek beschreven, zy, daarom zommige deeze beide planten onder een geslagt begrypen, beide* Auparulan *of* Ignis ardens *noemende, en houden dit groote* Flamma silvarum *voor 't wyfje, maar* Radix vesicatoria *voor 't manneken.*

Tabula Quadragesima Sexta

Ramum exhibet fruticis, qui *Rumphio Flamma silvarum* dicitur, ubi litt. A ejus *corymbum fructiferum* denotat.

De Ses en Veertigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, die by *Rumphius* de *Vlamder bosschen* genaamt wert, alwaar lett. A de *vrugtdragende tros* aanwyst.

OBSERVATIO.

Hæc est Jasminum flore tetrapetalo, Ixora *Linnæi*, Schetti *H. Malab.* in *Thes. Zeyl. pag.* 125. *Tab.* 57. & Jasminum Indicum, Lauri folio inodorum, umbellatum floribus coccineis *Par. Bat. Pr. pag.* 342. *Plukn. Almag. pag.* 196. & Jasminum arborescens, Indicum, flore tetrapetalo, umbellato, phœniceo, foliis Laurinis latioribus *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 58. & Cerasus Zeylanica, humilis, silvestris, floribus holosericis, intense rubris, umbellatim congestis, fructibus nigris *Mus. Zeyl. pag.* 15. & Cerasus Zeylanica humilis silvestris, pavonina, flore holoserico umbellato. *ibid. pag.* 60. reliqua vide in *Thes. Zeyl. loc. cit.*

AANMERKING.

Dit is de Jasmyn met vier bladen; Ixora van *Linnæus*, en de Schetti van de *Hortus Malab.* in de *Thes. Zeyl. pag.* 175. *Tab.* 57. en Oostindische Jasmyn zonder reuk, met het bladt van de Laurierbomen, en gekroonde hoogrode bloemen, in de *Par. Bat. Pr. pag.* 342. en van *Plukn. Almag. pag.* 196. en de Indische boomagtige Jasmyn met een vierbladige, gekroonde, en hoog-rode bloem, met brede bladen van de Laurierboom, van *Breyne Prodr.* 2. *pag.* 58. en de Ceylonsche, lage, wilde Karseboom, met vier hoog-rode bloemen, kroonsgewyze by een vergadert, en zwarte vrugten, in het *Mus. Zeyl. pag.* 15. en de Ceylonsche lage, wilde Pauwe Karseboom, met een hoog-rode gekroonde bloem, *aldaar op pag.* 60, het overige ziet in de *Thes. Zeyl.* op *de aangehaalde plaats.*

A

Pavetta indica. L.

Alia insuper Flammæ silvarum *species in* Rumphii auctuario Cap. 41, *invenitur descripta*, *ipsi* peregrina *dicta*, *sequentem in modum.*

Elegans *Flammæ silvarum* species circa annum 1675 in Amboinam fuit delata sub nomine floris Japanensis mirabilis, pro quo & per decem annos istum habui, tandem vero a diversis Europæis, qui diu in ista regione versati fuere, intellexi, hanc arborem sese non in Japana, sed in Java aliisque Malayensibus regionibus vidisse, unde & hanc tanquam peregrinam speciem *Flammæ silvarum* describam.

Frutex hic humilior est illo Amboinensi, ejusque umbellæ multo magis regulares sunt quam in Amboinensi, multoque copiosiores gerit ramos ac folia, quæ tamen breviora sunt, uti & florum tubi, qui interne ex aurantio colore rubent, atque ex quatuor petalis constant, brevioribus quam in Amboinensi, externe læte rubentibus, quales & florum tubi sunt, in quibus quatuor stamina locantur antheras gerentia, in quorum medio stilus erigitur simplex. Flores terni ac raro bini simul excrescunt uno ex pedunculo, qui in umbella frequentiores sunt quam in Amboinensi. Fructus raro progerminant, ac bini tantum tresve una in umbella, forma haud multum diversi a vulgari *Flamma silvarum*, ex rotundo plani, acsi bini sibi essent adunati, diu ex viridi pallentes, dein fusci, ac demum fumei, intus bina officula dura sibi adcumbunt, deciduaque novas emittunt plantulas.

Hujus plantæ nullus huc usque innotuit usus, nisi quod colatur hortorum ornamento.

Tabula Quadragesima Septima

Ramum exhibet *Flammæ silvarum peregrinæ.*

Daar wort nog een ander zoort van de *Flamma silvarum* in *Rumpbius vermeerdering Cap.* 41. by hem de vreemde genaamt, op de volgende wyze beschreven.

Een fraaije zoort van Flamma silvarum, *is omtrent het jaar* 1675 *gebragt onder den naam van een rare Japansche bloem, waar voor ik ze ook wel tien jaren gebouden heb, dog eindelyk heb ik van verscheide Europianen, die in 't zelve landt geweest waren, verstaan, dat ze deeze boom niet in Japan, maar wel op Java, en in andere Maleitsche landen gezien hadden. Wesbalven ik ze voor een vreemde zoort van* Flamma silvarum *beschryven zal.*

De struik is lager dan de Amboinsche, zyn dollen staan veel geschikter als aan de Amboinsche, dog ryker van takken en bladeren, evenwel de bladeren zyn korter, de halzen der bloemen zyn ook korter, en de bloem van binnen oranje-root, uit vier blaatjes gemaakt, mede korter dan aan de Amboinsche, van buiten ligt-root, gelyk ook de halsen, in 't pypje staan vier draatjes met knoppen. De bloemen staan drie, en zelden twee met haar voetjes by malkander aan een steeltje, en de dolle is volder dan aan de Amboinsche. De vrugten komen zelden voort, te weten maar twee of drie aan de geheele dolle, van fatsoen niet veel verschillende van de gemene Flamma silvarum, *uit den ronde wat breet, als of 'er twee tegens malkander gevoegt waren, lange tyd bleek-groen, daar na bruin, ten laatsten rookverwig, van binnen met twee harde korls tegens malkander staande, en de afgevalle brengen nieuwe plantjes voort.*

Daar van is tot nog toe geen ander gebruik bekent, als dat men ze tot cieraat in de hoven plant.

De Seven en Veertigste Plaat

Vertoont een tak van de *vreemde Vlam der bosschen.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Petasites Amboinensis. Bonga puan.

Hic frutex quam maxime similis est Europæorum Petasitidi, unde & idem ipsi tribuimus nomen, altior autem viro excrescit, truncum gerens incurvum, ramosque paucos, qui lignum habent fragile, medulla aquosa repletum, superiores vero rami quadragoni sunt & herbacei, quibus folia insident bina ternave simul locata ac cruciata, longis sulcatis ac simul striatis in petiolis herbaceis.

Folia hæc maxima sunt, illis *Petasitidis* similia, ex rotundo nempe cordiformia, auriculis rotundis, quæ ad aliquam partem sibi incumbunt, plerumque vero sunt duodecim ac quatuordecim pollices longa, ac lata, in junioribus autem fruticibus sæpe octodecim pollices lata sunt, & ad oras profunde dentata, multis costis ac venis distincta, unde & rugosa sunt, illarum vero quinque majores ad petiolum concurrunt, superne quam maxime viridia sunt, rugosa, ac pilis hirta, instar Urticæ maximæ, neutiquam vero urunt, inferne quasi farina consperfa sunt, sique abrumpantur, statim flaccescunt, odoris fortissimi & ingrati, qui penetrantior est illo *Ricini* ac *Sambuci*.

In ramorum summo corymbus excrescit longus, spicatusque, spithamam & ultra longus, ac palmam crassus, squamis ac floribus dense stipatus, ita ut merum referat florem, est enim compositus ex plurimis barbatis foliolis seu squamulis, diversam formam habentibus, ac sanguineis, quæ instar squamarum sibi incumbunt, inter has flores excrescunt longis pedunculis insidentes, qui sese in quinque aperiunt petala, non in orbem posita, sed ab una parte dehiscentia seu aperta, acsi defectum paterentur, primo incarnata, dein sanguinea, prope apices parum concava ac sursum elevata, in ipsorum centro quinque eriguntur longa ac rubra stamina, uti in *Crista pavonis*: Hi flores non omnes simul, sed successive ac sensim pereunt, ita tamen, ut hic corymbus semper floridus sit, atque erigatur instar penicilli crassioris, quo bombardæ depurantur, qui in hortis elegantem præbet conspectum, tandem marcescit ac nigrescit, quum inter squamas fructus latitant, qui sunt baccæ quadragonæ ac planæ, per quatuor sulcos

LIII. HOOFDSTUK.

De Amboinsche Pestwortel.

Deeze heester heeft groote gelykenis met de Europische Petasites *of Dokkebladeren, daarom wy het dezelfste naam laten voeren, 't schiet op hoger als een man, met een kromme stam, en weinige takken, daar aan een bros hout, en wateragtig merg, de bovenste takken zyn vierkantig, en kruitagtig, daar aan staan de bladeren twee en drie tegen malkander, en in 't kruis, op lange gegeute en daar by gestreepte mede kruitagtige stelen.*

De bladeren zyn zeer groot, die van Petasites *gelyk, te weten, uit den ronden, hertformig, dog egter met ronde oren, een stukweegs over malkander staande, in 't gemeen twaalf a veertien duimen lang, en ook zo breet, aan de jonge struiken zyn ze wel agttien duimen breet, aan de kanten grof getant, met veele ribben en aderen afgedeelt, waar door zy rimpelig schynen, stotende de vyf grootste ribben by de steel t'zamen; aan de bovenste zyde hoog-groen, ruig, met hairtjes bezet, als de groote netelen, dog geenzints brandende, van onderen als of ze met meel bestrooit waren, terstont verslenzende, als men ze afbreekt, zeer sterk en onliefslyk van reuk, die van* Ricinus *en* Vlier *overtreffende.*

Aan 't opperste der takken komt een lange trots voort, als een aire, een span lang of meer, en wel een hant dik, digt met schubben en bloemen bezet, dat by een enkelde bloem gelykt, want by is gemaakt van veele gebaarde blaatjes of snibbelen, die verscheide figuren hebben, bloetroot zyn, en als schubben boven malkander staan, tusschen deeze komen de bloemen op lange halsen uitkyken, zig openende in vyf blaatjes, die zodanig staan, dat ze geen kring sluiten, maar aan de eene zyde open laten, als of ze daar defect waren, eerst incarnaat, daar na bloetroot, by de spitsen een weinig hol, en opwaarts gebogen, in de midden ziet men vyf lange en roode draatjes uitkyken, gelyk aan de Crista pavonis. *Deeze bloemen komen niet t'effens, maar na malkander voort, en vergaan ook weder, zo nogtans dat de vorige trots altyt in zyn wezen blyft, over eind staande als een wisser, waar mede de Bosschieters 't kanon uitvegen, en in de tuinen een fraai aanzien geven; eindelyk begint hy te dorren, of zwartagtig te werden, en dan tusschen de schubben schuilen vrugten, 't welk zyn vierkante platte besien, met vier* vorens,

cos cruciatim divisæ raro in tres, ex viridi cœrulescentes, ac dein nigricantes seu fumei coloris, parumque rugosæ, sub tenui autem ac fragili putamine intus quatuor reconduntur cellulæ, plerumque steriles, licet & quædam granula gerant ex alba & oleosa medulla composita, odoris gravis, instar *Ricini*.

Ejus radices sunt raræ & crassæ, non fortiter terræ infixæ: Mense Julio seu in medio pluviosorum mensium corymbus florifer prodit, qui diu in frutice vegetus est, ac fructus mensibus siccis maturescunt.

Nomen. Latine *Petasites Amboinica*, Malaice *Lolut* & *Bonga puan*, *quasi thyrsus nuptialis*, quum totus hic corymbus cum vicinis viridibus foliis ipsi junctis abscindatur, atque in nuptiis adhibeatur ad ornandas coronas magnas seu pyramides ipsis *Puan* dictas, quæque mensis ornatus caussa inponuntur: *Bonga pangil* quoque vocatur, atque apud Hitœnses idem obtinuit nomen cum præcedenti *Aupalulan*, in Leytimora *Auparuran*, cum cognomine *Habulu* seu pilosi, præcedentem enim pro mare habent, atque hanc pro femina, quum tamen penitus diversæ sint plantæ.

Locus. In Amboinæ hortis ac silvestribus locis plantatur, potissimum amat crescere post areas in solo molli, in quem projectilia quotidie projiciuntur, per semen æque ac per ramos abruptos propagatur, per semina vero melius succedit.

Hujus & alia obcurrit varietas vulgari omnino similis, excepto quod florum thyrsus ad inferiorem suam partem ample sese extendat, ac Turcarum petasum altum referat; puto autem tantum luxuriantem esse prioris naturam, in pinguiori crescentem solo, ejus enim semina sata non eosdem produxerunt flores.

Usus. Totus florum thyrsus cum vicinis foliis, uti dictum fuit, in nuptiis adhibetur ad pyramides festales, ubi & elegans præbet spectaculum, e longinquo tamen gratiorem, quam si sit vicinus ob gravem ejus odorem, quem tota etiam spirat planta, ac præsertim ejus folia abruptique petioli; Malayenses florum petala cum Siri pinang masticant contra sanguinis mictionem. Viridia ejus folia in manibus convolvunt, donec flaccescant ac contusa quasi sint, quæ aceto inbuunt & exsugunt ad Gonorrhæam expellendam & depurandam.

Radix adhibetur contra Dysenteriam, vario modo comminuta & esa, folia autem ad depurationem ac lavationem infantum mox in dias luminis auras emissorum in usu sunt, uti in subsequenti indicabitur specie: squamulæ seu foliola corymbi cum cortice Arboris regis in pultem contrita & inlinita artuum dolores cum lancinationibus junctos curant, folia cum Curcumæ frustulo in pultem contrita abdomini tumenti ac pedibus inliniuntur ad œdema extrahendum.

vorens, in 't kruis gedeelt, zelden in drie, uit den groenen blaauwagtig, en daar na zwartagtig of rookverwig, en wat gerimpelt, onder een dunne en breekzame schaal vint men binnen vier huisjes, meest ydel, dog sommige hebben korls van een wit en olyagtig merg, zwaar van reuk, als den Ricinus.

De wortelen zyn weinig, en dik, niet vast in de aarde: in de maant July of midden in de regenmaanden brengt het zyn bloeyende trossen voort, die langen tyt in haar wezen op den stok staan, en de vrugten rypen in de droge maanden.

Naam. *In 't Latyn* Petasites Ambonica, *in 't Maleits* Lolut *en* Bonga puan, quasi thyrsus nuptialis, *om dat men deeze gehele trots met de naaste groene bladeren, die rontom zyn voet staan, afsnyt, en op bruiloften gebruikt in de groote kroonen of bloem-piramiden, die men tot vertoning op tafel zet,* Puan *genaamt, men hiet ze ook* Bonga pangil: *By de Hitoeesen heeft ze dezelfste naam als de vorige* Aupalulan, *en op Leytimor* Auparuran, *met de bynaam van* Hahula, *hairig, want zy houden 't voorgaande voor 't manneken, en dit voor 't wyfken, daar het nogtans zeer verschiliende planten zyn.*

Plaats. *'t Wert in Amboina in de boven en boschtuinen geplant, 't wast liefst agter de erven op een lossen gront, daar men alderhande vaagsel en ruigte heen smyt; men teelt het voort met zaat en afgebrokene takken, dog 't eerste gaat zekerder.*

Men vint nog een verandering daar van, de gemene in alles gelyk, behalven dat de bloemtros aan zyn onderste rontom uitpuilt, en een hoge Turkse hoet verbeelt. Ik agt dat het een weeldrigheid is van 't gemene geslagt, in een vette gront voortkomende, want de zaden daar van gezaait, hebben dezelfste bloemen niet voortgebragt.

Gebruik. *Den gehelen bloemtrots met de onderste bladeren werden (als gezegt) op bruiloften gebruikt tot toonpiramiden, alwaar hy wel een schoon spectacul geeft, dog van verre lieflyker dan van naby, wegens de sterke reuk, die de gehele plant heeft, inzonderheid de bladeren en afgebrokene stelen. De Maleyers eten de snibbels van de bloemen met Siri pinang tegens 't bloetpissen. De groene bladeren rollen ze in de hand t'zamen, tot dat ze slap en gekneust werden, dopen ze als dan in azyn, en zuigen daar aan, om de* Gonorrhæam *af te dryven en te zuiveren.*

De wortel is in gebruik tegens de rode Loop, *op allerbande manieren klein gemaakt, en gegeten, de bladeren werden tot 't wasschen der nieuw-geboorne kinderen gebruikt, gelyk in 't volgende zal gezegt werden. De snibbelen of blaatjes van de bloemtrots, met de schorsse van Arbor regis, tot een pap gewreven en opgesmeert, geneest de weedom in de gewrigten, daar steeken by zyn; de bladeren met een stukje Curcuma tot een pap gewreven, werden op gezwolle buiken en beenen gesmeert, om de zugt uit te trekken.*

Tabula Quadragesima Octava

Ramum exhibet *Petasitidis Amboinensis*, ubi litt. A ejus *florem clausum*, B eundem apertum, ac C *ossicula feminalia* in situ cum *perianthio* denotant.

De Agt en Veertigste Plaat

Vertoont een tak van de *Amboinsche Pestwortel*, alwaar lett. A de *bloem gesloten*, B *dezelve geopent*, en C de Zaden in hun *natuurlyke plaatsing* met het *vrugtbekleedzel* aanwyzen.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

Petasites agrestis. Marurang.

Vulgaris seu agrestis Petasites non tam alta est, sed humilis est frutex, quinque circiter pedes altus, ramos gerens raros ac fragiles, magisque extensos, quique superne non tantum quadragoni, sed quatuor insuper sulcis notati sunt, ac si essent quatuor rotundi petioli sibi invicem adcreti, quibus folia insident bina sibi obposita ac cruciata, cordiformia instar priorum, sed multo minora & firmiora, octo decemque pollices longa, septem ac novem lata, in brevem apicem desinentia, nec ipsorum auriculæ sibi incumbunt, ac prope petiolum quinque vel septem majores costæ concurrunt, ipsorumque interstitia multis venis transversalibus repleta sunt, atque hinc rugosa, superne mollia & lanuginosa, ad oras ample & vix crenata, superne maxime virentia, inferne rugosa & scabra, ipsorum petioli rotundi sunt, firmi, ac farina alba obducti, uti & inferior foliorum pars, ipsorum odor fortis quoque est ac Sambucinus, Ricino tamen magis adcedens.

Ejus

LIV. HOOFDSTUK.

De wilde Pestwortel.

Het wilde of gemene Petasites werd zo hoog niet, maar blyft een lage struik, omtrent vyf voeten hoog, met weinige en mede brosse takken, die meer uitgebreit zyn, en die boven niet alleen vierkant, maar ook met vier voornen afgedeelt zyn, als of 'er vier ronde stelen tegen malkander gewassen waren, daar aan staan de bladeren twee en twee tegen malkanderen, en in 't kruis regt hertformig, als de vorige, dog veel kleinder en styver, agt en tien duimen lang, seven en negen breet, met een korte spits, en de ooren staan niet over malkander, by den steel komen vyf of seven groote ribben t'zamen, zynde de tusschenplaatsen met veele dwers-aderen uitgevult, en daar door rimpelig, aan de bovenste zyde zagt en wolagtig, aan de kanten wyd, en donker gezaagt, boven zwart-groen, van onderen ruig en rimpelig; hare stelen zyn ront, massief, en met een wit meel bestrooit, gelyk ook de onderste zyde der bladeren; haar reuk is mede sterk en vlieragtig, dog den Ricinus nader komende.

De

A
B
C

Ejus flores parvæ & laxæ inponuntur umbellæ in petiolis rubris, ipsi autem flores ex longis formati sunt tubis, forma sua multum convenientes cum illis flammæ silvarum, unde & ab Amboinensibus ejus femina censetur, quod, uti in præcedentibus fuit dictum, erroneum est, omnino enim convenit hæc planta cum præcedenti Petasitide, ejusque flores ex quinque compositi sunt petalis, quæ ad unam circuli partem deliquium patiuntur & aperta quasi sunt, seu quasi decidua ibi essent, qui peculiaris binarum harum plantarum character est, flores primo progerminantes interne incarnati sunt seu suaverubentes, dein sanguinei, quinque gerentes incurva & rotunda stamina fistulis in tubi posita.

Fructus quadragonæ sunt baccæ præcedenti omnino similes, primo ex cœruleo colore virides, dein nigræ, corallino quasi rubroque insidentes pericarpio, intus in succosa ac nigra medulla quatuor granulosa ac conformia locata sunt semina, ad unum latus parum concava: Tota umbella ingratum quoque fundit odorem, ac papilionibus albis infestatur, qui, quantum videtur, succum ex floribus exsugunt, in foliorum petiolis alba ista farina conspersis papiliones isti magna quoque copia conspiciuntur, atque inter illos quidam adeo pusilli, ut ibi generati videantur. Cæterum hæc planta nigris potissimum formicis infestatur, quum in opacis crescat vallibus, thyrsus ejus florifer e longinquo rutilum quasi ignem repræsentat, ibidemque etiam major est, quam si in nudis crescat agris.

Nomen. Latine *Petasites agrestis*, Malayensibus nullum verum obtinuit nomen, nisi quod pueri forte ipsi inposuerunt *Bonga pitsja pingan* scilicet, h. e. flos instar disruptæ patinæ, sive quod ab una parte deficiat, sive quod pueris persuadeant, si hunc abrumpant vel tractent florem, sese isto die patinam vel aliquid aliud disrupturos esse. Amboinensium nomina sunt *Marurang* & *Aupalula mahina*, h. e. femina, quum primum *Aupalulang* marem putent, quæ ambo nomina ignis flammam denotant, in Luhua vocatur *Tsjamarra*, in Baleya *Tintinga*, aliis vero Amboinensibus, uti & in Banda quam proprie dicitur *Luluna toa*, h. e. Papilionum potus, quum hi plerumque in hac reperiantur planta.

Locus. Sponte crescit juxta fluminum ripas, & in cunctis vallibus, per quos rivuli decurrunt, estque notus hic frutex in cunctis Amboinæ & Bandæ insulis.

Usus. Folia æque hujus ac præcedentis Petasitidis ab Amboinensium obstetricibus multum adhibentur ad balnea formanda, in quibus infantes mox progenitos sæpius lavant, dicentes hoc non tantum conducere, ut hi a materna inpuritate depurentur, sed etiam ut præcoces fint ac cito excrescant, & pinguescant; eadem quoque folia contrita & inposita exustionibus, has curant, maturantque aposthemata & anthraces. In febribus quoque propinantur, & ad Amboinensium variolas expellendas conducunt, cum Curcuma contrita, calefacta, & inposita tumenti Lieni seu Tehatoe, illum detumescunt ac resolvunt, si variolæ istæ incipiant maturescere, externe ipsis inponuntur, ut exsiccentur: Radices, petioli teneri, ac folia recenti infunduntur potui Saguero, qui coquitur cum illis parumper, & propinatur in Dysenteria, vel radices ejus conteruntur, ac cum cibo ingeruntur, abstinendum vero simul est ab omnibus acribus & aromaticis cibis, ac nil nisi Sagu-panis comedendus est: Folia cum Calappi oleo inlinita, calefacta, & abdomini inposita tumens emolliunt abdomen in Colica flatulenta; Bandanenses radice utuntur contra Oepas, cum lateris doloribus & vomitu junctum, non absque ratione pueri terrentur hosce tractare flores, ne in corpore ingerant farinosum istum cinerem, quem papiliones isti in illis deponunt, qui perniciosissimus est ori ac faucibus, quum in istis partibus carcinona seu ulcus noma excitet.

In Uliasserensibus insulis viperæ quædam species est *Munalatol* dicta, cujus morsus curabilis est, ictus vero, quem per aculeum infligit, lethalis est, ni subito obcurrant, ejus vero antidotum est radix hujus Petasitidis, quæ masticatur, ejusque succus partim deglutitur, partim ictui inponitur, quum vomitum subsequi necesse sit, si effectum sortiatur, talesque domum redeuntes folia calefaciant, ipsorumque succum hauriant, atque illa simul vulneri inponant.

Tabula Quadragesima Nona

Ramum exhibet *Petasitidis agrestis.*

De bloemen staan aan een kleine en ydele dol op roode stelen, zynde de bloemen zelfs lankbalzig, in gedaante veel overeen komende met die van Flamma silvarum, *daarom het by de Amboinesen voor 't wyfken van 't zelve gehouden werd, 't welk, als in 't voorgaande gezegt, een abuis is, maar t'eenemaal komt ze over een met de voornoemde Petasites, te weten van vyf blaatjes gemaakt, die aan de eene zyde des krings altyt een opening laten, als of 'er eenige afgevallen waren, 't welk een eige caracter van beide deeze planten is. De eerste open gaande, zyn van binnen incarnaat of roose-root, daar na bloetroot, met vyf kromme en ronde draatjes in de pypen des hals staande.*

De vrugten zyn vierkante besien t'eenemaal als aan 't voorgaande, eerst blaauw-groen, daar na zwart, op een koraal-root voetje staande, binnen in een zappig zwart merg leggen vier korlige en kegelvormige zaden, aan d'eene zyde wat bol; de gehele dol is mede onlieflyk van reuk, en meest bezet met een slag kleine witte kapelletjes, die zo 't schynt, eenig sap uit de bloemen zuigen. Op de stelen van de bladeren, met wat wit meel bestrooit, ziet men die beesjes met menigte zitten, en daar onder zo kleine, dat ze schynen aldaar gegenereert te werden, anders is deeze plant merendeels met zwarte mieren bezet, als ze in donkere valyen staat, zo vertoont deeze bloeyende dol van verre mede een brandent vuur, de dol is ook aldaar veel grooter, als aan 't geen dat op kale velden wast.

Naam. *In 't Latyn* Petasites agrestis, *in 't Maleits heeft het geen regte naam, dan dien hem misschien de kinderen gegeven hebben,* Bonga pitsja pingan, *dat is een bloem als een gebroken schotel, of om dat ze van de eene zyde defect is, of om dat men de kinderen wys maakt, dat zo ze deeze bloemen afbreken en handelen, zy dezelve dag een schotel of iets breeken zullen. De Amboinsche namen zyn* Marurang *en* Aupalulan mahina, *dat is 't wyfken, om dat ze 't eerste* Aupalulang *voor 't manneken houden, beduidende alle beide een vlamme vuur. Op Luhu* Tsjamarra, *op 't Baleits* Tintinga, *by andere Amboineesen, als mede in Banda werd het zeer eigentlyk* Luluna toa, *dat is, Kapelletjes-drank genaamt, om dat men die beesjes gemeenlyk daar in vind.*

Plaats. *Het wast in 't wild, langs de kanten van de rivieren, en in alle valyen, daar riviertjes door loopen, bekent in alle Amboinsche en Bandasche Eilanden.*

Gebruik. *De bladeren zo van dit als van 't vorige Petasites, werden by de Amboinse Vroetvrouwen veel gebruikt om in warm water te steeken, waar in zy de nieuwgeboorne kinderen dikwils wasschen, voorgevende dat dit niet alleen dient om de kinderen van de moederlyke onreinigheid te zuiveren, maar ook dat dezelve rasch en voorspoedig opwassen, en vet worden, dezelfste bladeren gewreven en opgelegt, genezen de verbrantheid van 't vuur, brengen de apostemata en bloetvinnen tot rypheid. In de koortsen werden ze ook ingegeven, als mede om de Amboinsche pokken uit te dryven, in Curcuma gesmeert, warm gemaakt, en opgeleid, doen de gezwollene milt of Tebatoe slensen, en allengskens vergaan, als de voorschreve pokken beginnen te rypen, zo legt men ze van buiten op om die te drogen, de wortelen, jonge stelen, en bladeren doet men in versche Sagueer, kookt dat een weinig op, en drinkt daar van in de rode Loop, of men wryft de wortelen, neemt ze met de kost in, dog men moet zig daar by onthouden van alle scherpe en gekruide kost, en meest Sagu-brood nuttigen. De bladeren met Calappus-oly gesmeert, warm gemaakt, en op de buik geslagen, verzagten de verharde buik, en het winderig Colyk. De Bandanesen gebruiken de wortel tegens de Oepas, dat met zydesteeken en braken komt: niet zonder reden maakt men de kinderen vervaart, dat zy deeze bloemen niet handelen zullen, om niets in 't lyf te krygen van dat meelige stof, 't welk de voornoemde schoenlappertjes daar op laten vallen, dat zeer schadelyk in de mond en keel is, veroorzakende daar in een kankeragtig gezwel of ulceratie.*

In de Uliassers is een zoort van een Vipera, genaamt Munalatol, *wiens beet curabel is, maar de steek, die zy met d'angel in de steert maken, is doodelyk, indien men niet spoedig iets daar tegen doet; zyn antidotum is de wortel van deeze Petasites, dewelke men knaauwt, en 't zap daar van ten deele inzwelgt, en de rest op de steek bind, waar op een braking volgen moet als het helpen wil, t'huis komende moet men de bladeren warm maken, 't sap drinken, en mede op de wonde leggen.*

De Negen en Veertigste Plaat

Vertoont een tak van de wilde *Pestwortel.*

CAPUT

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

Caryophyllaster litoreus. Tsjencke laut.

C*Aryophyllaster* nomen accepit, quum æmulus sit Caryophyllastro supra libro quinto descripto, ubi & alterum descripsimus Caryophyllastrum, hic vero frutex quoad folia melius convenit cum illo, elegantiorem enim magisque comptam format frondem, trunco adsurgens simplici erecto & tenui, qui multos emittit ramos erectos, ita ut e longinquo Caryophyllum quis putaret esse, altitudinem habens octo decemque pedum, ejusque folia cum illis Caryophylli quodammodo conveniunt, sunt autem superius rotundiora, tenuiora, magisque pallide virentia, quatuor ac sex pollices longa, vix unum lata, inferius sensim angustata usque ad ipsos ramos, multis paralelis costis pertexta instar foliorum Caryophylli, sed non adeo densis, hac in re porro etiam differunt, quod sibi non sint obposita instar illorum, sed simplicia & inregularia circa ramos, nec saporem habent ferventem vel aromaticum.

In ramulorum summo longus progerminat ac tenuis petiolus, e quo multi fructus dependent bursulas seu scrotum referentes, plani, orisque constantes tenuibus, instar pellicularum, pallide virentes, seu gilvi, in medio bina gerunt concava tubercula, in quibus bina locantur officula nigra, quæ tenuibus venulis intermedio septo adnexa sunt, quo bursa ista in medio bifida est, aërque conclusus tubercula ista replet, unde extenduntur, sique contunduntur, vi ac sonitu dehiscunt instar fructuum *Halicacabi*, superius plerumque vesicula locatur peculiaris formæ, ex tribus alis seu lateribus constructa, fere instar fructuum *Bori*, in qua tria & aliquando quatuor nigra officula reconduntur. Trunci ac ramorum lignum est solidum & durum.

Nomen. Latine *Caryophyllaster litoreus*, Malaice *Tsjenke laut*, Belgice *Strand-Nagelboom*, a foliorum forma, uti supra dictum est: Ternatice *Djolomadjico*, quasi dicas frutex navalium, ob subsequentem rationem, Amboinice *Utta batoe* seu arbor litorea, seu quia in saxosis crescit locis, seu quum lignum gerat durum, Baleyice *Ringan ringan.*

Locus. In planis crescit litoribus plerumque in tranquillis sinibus, ubi statio est satis fida, ita ut apud Ternatenses semper pro signo tranquilli sinus habeatur, oportet autem, ut solum ibi non sit cænosum, sed ex crassiori constet arena, ac saxosa; in Amboinæ sinu obcurrit prope fluvium Waynitoe, in Hitœa in Wawanis sinu, ac sic porro per totum Moluccanum tractum.

Usus. Licet arbuscula sit elegans, non multum tamen expetitur, ac tantummodo habetur pro signo tranquilli sinus: Incolæ pueros ipsius flagellis feriunt, ut ex ipsorum opinione cito currerent, pueri sese delectantur fructus contra frontem allidere, quum vi dehiscant & sonitum edant.

Ejus lignum minutim contritum & cum aqua propinatum in *Oepas purru* seu *Colica flatulenta* conducit. *Tsjenke laut* quoque species est Corallii albi, quod forma Caryophyllorum baccarum aliis coralliis sub aqua increscit, infra libro duodecimo descripta.

Tabula Quinquagesima

Ramum exhibet *Caryophyllastri litorei*, cum ejus fructu *a*, & officulis *b b* separatis.

OBSERVATIO.

Hic frutex, ni idem, convenire saltem videtur cum illo, qui Carpinus viscosa, Salicis folio integro oblongo vocatur in *Thes. Zeyl. pag.* 55. & Carpino seu Ostryæ adfinis angusto folio non serrato Zeylanica *Par. Bat. Pr. pag.* 360. reliqua porro vide in *Thes. Zeyl. loc. cit.*

LV. HOOFDSTUK.

De wilde Strant-Nagelboom.

C*Aryophyllaster heeft de naam, om dat hy een nabootser is van een Nagelboompje, gelyk wy boven in 't vyfde boek nog een Caryophyllaster beschreven hebben; deeze struik heeft aangaande de bladeren beter gelykenis daar mede, want hy wast cierlyker en welgeschikt op, met een enkelde dunne stam, en regte takken, zo dat men het van verre voor een Nagelboomken zoude aanzien, tot de hoogte van agt of tien voeten, de bladeren gelyken de Nagelbladeren mede wel, dog zyn voor ronder, dunder, en bleeker-groen, vier en ses duimen lang, schaars een breet, agter allenkskens toesmallende tot tegen de tak aan, met veele parallele ribben, gelyk de Nagelbladeren, dog zo digt niet doorregen; hier in verschillen ze ook, dat ze niet tegen malkanderen staan, gelyk de Nagelbladeren, maar enkelde, zonder order rontom de takken, ook hebben ze geen heten of speceryagtige smaak.*

Aan 't uiterste der ryskens komt 'er een dun lang steeltje voort, daar aan hangen veele vrugten, als beursjes of klootzakjes, plat, met dunne kanten als vellekens, bleekgroen of vaal, in de midden hebben ze twee holle buikjes, en daar in twee zwarte korls, die met dunne adertjes aan 't middenschot hangen, 't welke de beurs in de midden deelt: de ingeslotene lugt spant de buiken, dat ze gevult staan, en als men daar op klopt, zo bersten ze met een kraak, gelyk de vrugten van de Halicacabus; *voor aan staat gemeenlyk een blaasje van een byzondere gedaante, 't welk uit drie zyden of vlerken bestaat, bykans als de vrugten van* Bori, *daar in vint men drie of zelden vier zwarte korls; het hout aan de stam en takken is styf en hart.*

Naam. *In 't Latyn* Caryophyllaster litoreus, *in 't Maleits* Tsjenke laut, *in 't Duits* Strand-Nagelboom, *van de gedaante der bladeren als boven, in 't Ternataans* Djolomadjico, *als of men zeide de struik der zeilders, om de volgende reden, op Amboin* Utta hatoe, *steenboompjes, of om dat het op steenagtige plaatsen wast, of om dat het een hard hout heeft, op 't Baleits* Ringan ringan.

Plaats. *Het wast op vlakke stranden, meest in stille bogten, daar een goede rheede is, zo dat het by de Ternatanen altyd voor een teken van een stille boek gehouden werd; het moet egter aldaar niet moerassig, maar wat grof zandig en steenig zyn, men vint het in Amboins inham by de rivier Waynitoe, op Hitoe, in Wawanis bogt, en zo voorts door de geheele Moluccos.*

Gebruik. *Hoewel het een cierlyk boompje is, zo maakt men egter weinig werk daar van, als alleen dat het stille bogten aanwyst: De Inlanders slaan de kinderen met de telgen, op dat ze haast zoude leeren gaan, na haar geloof. De jongens hebben haar vermaak met deeze vrugten tegens 't voorhooft te slaan, om dat ze met een kragt opbersten.*

Het hout fyn gewreven, met water ingenomen, helpt in het Oepas purru, *of het winderig Colyk.* Tsjenke laut *is mede een zoort van witte Coraalsteen, die in gedaante van Nagelbesien op andere Coraalsteenen onder zee wassen, van ons beschreven in 't twaalfde boek.*

De Vyftigste Plaat

Vertoont een tak van de *wilde Strant-Nagelboom*, met deszelfs vrugt *a*, en de zaden *b b*.

AANMERKING.

Deeze struik, zo 't niet dezelve is, schynt overeen te komen met die geene, die de kleverige Carpinus, met het langwerpige heele bladt van de Wilgeboom, genaamt wert in de *Thes. Zeyl. pag.* 55, en de struik gelyk aan de *Carpinus* ofte de *Ostrya* met smal en ongezaagt bladt, uit Zeylon in de *Par. Bat. Pr. pag.* 360. het overige ziet in de *Thes. Zeylan.*

CAPUT

a
b
b

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

Folium principiſſæ. *Daun putri.*

HIc frutex elegans ac mirus eſt ob duplicia folia, cujus & binæ ſunt ſpecies, latifolia & anguſtifolia.

Primo. *Latifolia daun putri* frutex eſt non ſimplici ſed plurimis adſurgens ſtipitibus incurvis & ample extenſis, quorum lignum eſt album ac fragile, medulla repletum uti in Sambuco. Ejus folia quodammodo cum illis Braſſicæ conveniunt, ſuntque ampla & ſubrotunda, in obtuſum apicem deſinentia, obſcure viridia, flaccida, & lanuginoſa, ſubtus protuberantibus coſtis donata, ſeptem, octo, & novem pollices longa, ſex ſeptemve lata, oris æqualibus, bina ſibi obpoſita, & oblique cruciata.

Flores in corymbis parvis excreſcunt, in quibus primo adparent plurima ex cœruleo virentia capitula, illis Jasmini ſimilia, antequam ſeſe aperiant, ſed breviora, calici inſidentia ſtellato, ex quinque petalis radiatis compoſito, capitula hæc cœrulea faſciculatim a ſeſe invicem remota ſunt in uno eodemque corymbo, ex illis autem excreſcunt oblongi & pingues floſculi, ex quinque craſſiuſculis petalis conſtantes, ample extenſis uti in flore cardinali, interne maxime luteis, atque inſtar ſerici mollibus, tres autem quatuorve venulæ in quovis notatæ ſunt petalo; ſunt vero flores hi inodori, ipſorumque tubus ſenſim craſceſcit inſtar Anthophylli, ex quo fructus excreſcit Olivæ formis ſed minor, ac viridis, punctulisque cinereis notatus, unde rugoſus eſt, ac ſupra coronula rugoſa ornatus, in qua longum porrigitur ac viride filamentum.

Quum hæ baccæ transverſim diſſecentur, crux Burgundiaca conſpicitur, quæ conſtat ex quatuor G, capitibus ſuis obpoſitis in viridi ac mucoſa medulla; unus autem ex quinque iſtis radiis calicis ſeu perianthei ſæpe excreſcit in completum folium, reliquis fruticis ſimile, ſed minus, ſuperius rotundum, ac quatuor quinqueve pollices longum, tres latum, omnino album, veniſque viridibus diſtinctum, quod nullibi obcurrit in frutice hoc niſi in ipſo corymbo, quam maxime flaccidum eſt & odoratum inſtar unguenti cujusdam aromatici, potiſſimum veſpertino tempore, ſique poſt calidos dies pluvia ſubſequatur, abrupta talia folia per aliquot dies hunc quoque ſervant odorem licet debiliorem, atque peculiare ac mirum præbent in hoc frutice ſpectaculum, unde & inperiti ſæpe certamina ineunt, an nempe huic juncta ſint frutici an vero alii, multique putant eſſe flores, quum genuinus flos prope illa non conſpiciatur.

Secundo. *Daun putri anguſtifolia* priori ſimilis eſt, ejus vero folia ſunt minora, anguſtiora, firmiora, nec adeo lanuginoſa, corymbi cæterum, flores, fructusque illis prioris ſunt ſimiles: ſic quoque ex quinto ſæpe radio ſimile album excreſcit folium, minus, anguſtius, ac fere inodorum, inque ejus baccis transverſaliter diſſectis nigra quoque detegitur crux.

Nomen. Latine *Folium principiſſæ*, juxta Malayenſe *Daun putry*, quum Indicæ principiſſæ alba ejus folia eligant ob gratum ipſorum odorem, quidam hunc fruticem Malaice vocant *Dju malj*; Ternatice *Nono* & *Nonu*, Amboinice *Ayloun marua*, h. e. puellarum folium, Bataviæ a Malayenſibus vocatur *Daun*.

Locus. Ambæ hæ ſpecies ad oras ſilvarum creſcunt, ad montium pedes, juxta fluminum ripas, & in ipſis quoque litoribus.

Uſus. Primæ ſpeciei alba folia, quum ſint odoratiſſima, apud incolarum mulieres in uſu ſunt ad corpora ſua lavanda, quum ipſis gratum concilient odorem, eandem ob cauſſam in ciſtis & ſcriniis quoque adponuntur veſtibus, ac linteis, & inter chartas etiam ſiccantur, quum diu iſtum ſervent odorem, qui uno tamen tempore efficacior eſt altero, quod porro inquirendum eſt, ſaltem calidis & ſiccis diebus paucum fundunt odorem, uti & ſi diu pluvia cadat.

Flavos ejus flores geſtiunt Malayenſes poſt aures gerere, præſertim juvenes: Macaſſarenſes alba iſta folia cum pauxillo *Alua padj* conterunt, ipſorumque ſuccum oculis inſtillant, ut audaces ſint in pugna.

Rami

LVI. HOOFDSTUK.

Het Bladt der Vorſtinnen.

D*Eeze ſtruik is aanzienlyk en wonderlyk, volgens zyne tweederlei bladeren, waar van men twee zoorten heeft, breetbladig en ſmalbladig.*

1. *Het breetbladige* Daun putri *is een ſtruik met geen eigentlyke ſtam, maar met ettelyke takken opſchietende, die krom zyn en wyt uitgebreit, hebben een wit en bros hout, en een hert als Vlier. De bladeren gelyken eenigzints de Koolbladeren, breed-rondagtig, met een ſtompe ſpits, donker-groen, ſlap, en wolagtig, onder met grove en uitſtekende ribben, ſeven, agt, en negen duimen lang, ſes en ſeven breet, met effene kanten, twee en twee tegen malkander, en in een ſchuins kruis.*

De bloemen komen voort aan kleine dollen, daar aan men eerſt ziet veele blaauw-groene en ſpitſe knoppen, de Jasmynen gelyk, eer ze opgaan, dog korter, ſtaande op een geſternt voetje van vyf blaatjes, als ſtralen gemaakt; deeze blaauwe knoppen ſtaan met troupen van malkander afgezondert aan een en dezelfſte dol, daar uit werden langbalſige en vette bloempjes, uit vyf dikke blaatjes gemaakt, wyd geopent, gelyk de Flos cardinalis, van binnen boog-geel, en zo zagt als fluweel, met twee of vier adertjes door ieder blad, en zonder reuk, de hals nu werd allenkskens dikker als een Moernagel, waar uit de vrugt word, gelykende een Olyve, dog kleinder, groen met graauwe puntjes bezet, en daar door ruig, boven op met een rimpelig kroontje, en daar in een lang wit draatje.

Als men deeze beſien regt doorſnyt, zo ziet men het zogenaamt Burgundig kruis of vier G, met de hoofden tegen malkander gezet, in een groen en ſlymerig merg, een van de voornoemde vyf ſtralen, die de voet maken, waſt zomtyts uit, en werd een formeel blad, de andere aan de ſtruik gelyk, dog kleinder, voor ronder, vier en vyf duimen lang, drie breet, gants wit, met groene aderen, en nergens te vinden dan aan de dollen van deeze ſtruik, zeer ſlap, en van een goede reuk als een kruidagtige zalf, dog meeſt in de avondſtonden, en als 'er na heete dagen een regen wil komen, de afgebrokene behouden baren reuk ook eenige dagen, hoewel ſlappelyk, en deeze bladeren geven een zeltzaam ſpectacul aan den ſtruik, waar op by de onervaarne dikwils weddingen geſchieden of ze aan dezelve ſtruik vaſt, dan of het een byzonder gewas zy; veele houden het voor de bloemen, dewyl de regte bloem dikwils daar by niet gezien werd.

2. *De ſmalbladige* Daun putry *is de vorige gelyk, dog de bladeren zyn kleinder, ſmaller, ſtyver, en zo wolagtig niet, dollen, bloemen, en vrugten zyn als 't vorige, zo waſt ook uit den vyfden ſtraal een diergelyk wit blad, kleinder, ſmalder, en bykans zonder reuk; in zyne beſien dwers opgeſneden, vint men ook een zwart kruis.*

Naam. *In 't Latyn* Folium principiſſæ, *na 't Maleits* Daun putry, *om dat de Indiaanſche vrouwen van ſtaat de witte bladeren beminnen wegens hare goede reuk, zommige noemen het in 't Maleits* Dju malj, *in 't Ternataans* Nono *en* Nonu, *op 't Amboins* Ayloun marua, *dat is, Meiskens-blad, op Batavia wert het van de Maleyers* Daun *genaamt.*

Plaats. *Beide zoorten waſſen aan de randen van boſſchen in 't hangen der bergen, langs de oever van de rivieren, en mede op ſtrant.*

Gebruik. *De witte bladeren van de eerſte zoort, als zynde de welriekenſte, zyn by de Indiaanſche vrouwen in gebruik, om 't lyf en hair daar mede te waſſen, die zy een goede geur geven, om dezelfſte oorzaak legt men ze ook in koffers by 't linnewerk en klederen, zelfs in de boeken gedroogt, behouden langen tyd haar geur: deeze reuk hebben ze egter de eene tyd veel ſterker als de andere, 't welk nog te onderzoeken ſtaat. Immers by hete en klare dagen hebben ze weinig reuk, als mede by langen regen.*

De geele bloemen dragen de Maleyers gaarn agter de ooren, byzonderlyk de jonge manlieden. De Macaſſaren wryven de witte bladeren met een weinig Alua padj, *en druipen 't zap in de ogen om ſtout te werden in 't vegten.*

De

Rami albis & viridibus foliis onusti, quum in ædibus depositi sint, per tres dies gratum servant odorem ad *Poelasary* adcedentem, qui tam in viridibus quam in albis percipitur foliis, posteriora vero odorem magis penetrantem spirant. Cum Menthastro seu *Sulassj ayer*, & pauxillo radicis Galangæ ac Pipere contrita & inlinita malignam curant scabiem *Pottar* dictam: Ejus tenerum folium coctum pueris exhibetur, quibus adpetitus est prostratus.

In *Hort. Malab. tom.* 2. *fig.* 18. Malabarice vocatur *Belilla*, Bracmanis *Suavadi*, Macassarensis autem flores Kermesini sunt coloris, quum Amboinensis sint crocei; istud quoque folium album, quod peculiare est in hoc frutice non ad florem pertinet, sed ad calicem ejus stellatum, ac proinde Dr. *Commelinus* erravit, quod cum mirabili mexicana comparaverit.

Tabula Quinquagesima Prima

Ramum exhibet fruticis, qui Folium *Principissæ* Rumphio vocatur, atque ipsa *Mussænda* est *Thesauri Zeylan.*

Litt. A *Folia alba* denotat fructibus vicina. B *fructum* ipsum naturali magnitudine. C *eundem dissectum*, ut *Crux Burgondiaca* conspiciatur. D *genuinum* demonstrat *florem*.

OBSERVATIO.

Licet hæc planta cum illa *Thes. Zeyl.* in omnibus partibus non penitus conveniat, ac glabritie ab illa *Thes. Zeyl.* quæ penitus hirsuta est, differat, eædem tamen videntur, ac loco natali forte diversæ sunt, saltem ad idem pertinent genus, uti plures in hisce observari varietates supra ex textu patet, vocatur autem in *Thes. Zeyl. pag.* 165. *Mussænda* Zeylanica. flore rubro, fructu oblongo, polyspermo, folio ex florum thyrso prodeunte albo. *Herb. Hort.* & *Mussænda*, arbor Indica, floribus in summis ramulis veluti in fasciculos dispositis, e quorum medio emergit folium latum, singulare, flavescens *Ray. tom.* 3. *dendr. pag.* 176. & Frutex Indicus baccifer, fructu oblongo polypyreno *Ray. hist. pag.* 1443. & *Commel. Fl. Malab. pag.* 31. reliqua vide in *Thes. Zeyl. loc. cit.*

De takken met de witte en groene bladeren in de huizen gelegt, behouden wel drie dagen haren lieffelyken geur, riekende na Poelasary, *zo wel groene als witte bladeren, dog de laatste zyn best. Met het* Menthastrum *of* Sulassj ayer *een weinig Galanga-wortel in Peper gewreven, en opgesmeert, geneest het quade schurft* Pottar *genaamt. Zyn jong blad gekookt, geeft men de kinderen in, die onlustig zyn om te eten.*

In de Hortus Malab. tom. 2. fig. 18. *hiet het in 't Malabaars* Belilla, *in 't Bramines* Suavadi, *dog de bloemen aan 't Macassaarsche is scharlaken-root, en de Amboinsche hoog-geel, ook 't witte blad, het welk deeze bloem zeltzaam maakt, behoort niet tot de bloem maar tot haar gesternde voet, en dierhalven is Dr.* Commelinus *geabuseert, dat hy ze met de* Mirabilis mexicana *vergelykt.*

De Een en Vyftigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, die het *Vrouwe-blad* van Rumphius genaamt is, en is de regte *Mussænda* van de *Thesaur. Zeylanicus.*

Lett. A wyst aan de *witte bladeren*, die by de vrugten staan. B de vrugt in haar natuurlyke grootte. C dezelve opgesneden, op dat het *Burgondisch kruis* gezien wert. D de *regte bloem* des struiks.

AANMERKING.

Of schoon deeze plant met die van de *Thesaur. Zeylan.* in al zyn deelen niet geheel en al overeenkomt, en door zyn gladdigheid ook van die verschilt, zo schynen het nogtans dezelve gewassen te zyn, door de geboorteplaats mogelyk van elkander verschillende, en behooren ook tot een geslagt, gelyk hier van ook meer veranderingen zyn, zo als boven uit de text blykt, en wert in de *Thes. Zeyl. pag.* 165. genaamt *Mussænda* van Ceylon, met een roode bloem, met een langwerpige veelzadige vrugt, en een wit bladt, uit de bloemtros voortkomende in de *Herbar.* van *Hartog*, en de Indische boom *Mussænda* met bloemen boven in de takjes als in bundeltjes vergadert, uit wiens midden een breed, enkelt, en geelagtig bladt te voorschyn komt, van *Ray derde deel dendr. pag.* 176. en de Oostindische besdragende struik, met een langwerpige veelzadige vrugt by *Ray. hist. pl. pag.* 1443. en *Commel. Fl. Malab. pag.* 31. het overige ziet in de *Thes. Zeylan.* op de aangehaalde plaats.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Folium Crocodili. Daun boaya.

Folium *Crocodili* vulgaris est frutex, in omnibus ripis & litoribus obvius, truncum gerens brevem, ramosque ample extensos, qui lignum gerunt satis durum sed fragile, suntque cortice obducti glabro, atque in binas dividitur species, in latifoliam & parvifoliam, quæ ambæ æque alte excrescunt, plurimis adsurgentes densis surculis.

Primo. *Daun boaya* latifolia folia semper gerit ternata, longiusculo insidentia petiolo, forma Agni Casti, quorum supremum seu medium quinque pollices longum est, bina lateralia tres cum dimidio, ac binos lata digitos, multis obliquis & paralelis costis pertexta, firma, sicca, & ad tactum mollia, horum quodvis cum illo Lingoæ convenit, estque superne glaucum, inferne ex cœruleo viride, mediumque ad ortum suum semper geniculatum est.

Ipsorum sapor est siccus, fatuus, ac maxime adstringens, acsi Trifolii folia quis gustaret, tenera vero sunt albicantia, glaberrima, flaccida, & instar serici densioris splendentia: Ex quovis fere petiolorum folia sustinentium, varii excrescunt breves pedunculi, fasciculati instar racemorum Ribesii, in quibus flosculi excrescunt albi illis Lentis similes, unum nempe locatur majus petalum, quod nunc sursum nunc deorsum vergit, continetque quatuor alia minora petala instar vaginæ sibi inposita, quæque stamina quædam alba obtegunt, hosce insequuntur siliquæ quædam parvæ & planæ, semi digitum vel minimum digitum longæ, in multos articulos seu isthmos divisæ, quæ ora sua plana semper incurvæ sunt instar

LVII. HOOFDSTUK.

Het Crocodils-bladt.

Folium Crocodili *is een gemene beester, aan alle oevers en stranden bekent, met een korte stam, en wyd uitgebreide takken, die een redelyk hard, dog breekzaam hout, en een effene schorsse hebben, verdeelt in twee zoorten, grootbladig en kleinbladig, beiden even hoog opwassende, met veele en digte ryskens.*

1. *Het grootbladige* Daun boaya *heeft altyt drie bladeren by malkander staan op een langagtig steeltje, in gedaante van Agnus castus, waar van 't voorste of middelste vyf duimen lang is, de twee agterste drie en een half, en twee vingeren breet met veele schuinse en paralele ribben, styf, droog, en zagt in 't aantasten; ieder in 't byzonder de bladeren van Lingo gelyk, boven zee-groen, van onderen blaauw-groen; ook maakt het middelste bladt by zyn oorsprong aan den steel altyt een knietje.*

De smaak is droog, laf, en merkelyk adstringerende, schier als of men eenige klaveren proeft, de jonge zyn witagtig, zeer glad, en slap, glimmende als sattyn, schier uit ieder schoot van de bladdragende stelen komen verscheide korte steeltjes voort met bosjes by malkander, gelyk de bossen aan de Aalbesien-struiken, daar aan komen witte bloempjes, 't bloeisel van de Lynsen gelyk; namentlyk een groot blaatje, 't welk dan boven dan onder staat, en besluit vier andere blaatjes, die over malkander leggen als een schede, en bedekken eenige witte draatjes, daar op volgen kleine platte houwen, een halve vinger of een pink lang, in veele leden of schyfjes verdeelt, met de platte zyde altyt gekromt staande als Scorpioen-steerten, eerst geel-groen, daar na aard-verwig, de afdelinge

A
A
A
B
C

instar caudarum Scorpionum, primo ex viridi flavescentes, dein terrei coloris, divisiones autem hæ seu isthmi nunc angusti nunc lati sunt instar segmentorum quorundam minorum, in quovis autem planum reconditur ossiculum gilvum ac splendens instar minoris Lentis, ejusdem quoque saporis.

Secundo. *Daun boaya parvifolia* priori maxime similis est, hujus vero folia sunt breviora & rotundiora, quorum longissimum quatuor pollices, ac bina alia vix tres longa ac binos lata sunt: Color ipsorum viridis ac glaucus magis intensus est, atque costæ sunt magis parallelæ, tenera hujus folia sunt pallide fusca & hepatica, mollia quoque & splendentia, saporis magis grati quam in priore.

Flores fructusque sunt uti in præcedente, horum vero semina sunt magis fusca: Lignum vetustorum truncorum haud pede crassiorum album est, solidum, ac satis durum, non tamen durabile, aliquando circa cor nigricans, seu talibus maculis distinctum ac variegatum.

Ambæ species a Cicadis aliisque insectis quam maxime infestantur, unde & raro integra gerunt folia, totusque frutex sæpe semi nudus est ac foliis orbatus, atque plurima sæpe folia etiam sunt emarcida, quod per acrem aërem maximum caussatur, quem hæ arbusculæ præ aliis ferunt, quum humiles sunt & in litore crescentes: Plerumque per totum annum suos proferunt flores ac fructus, verum autem florendi tempus est mensis Octobris.

Nomen. Latine *Folium Crocodili*, juxta Malayense *Daun boaya*, ob rationem mox subsequentem, Ternatice *Hategou*, ac modo *Gou*, Amboinice *Utta tohu* & *Salua*, in Luhua *Sulabé*.

Locus. In Amboina notus est hic frutex, uti & in omnibus Moluccæ insulis, estque fidus riparum socius, tam ad maris litus, quam ad fluminum ripas, in planis vero campis non obcurrit nisi ad distantiam bombardæ ictus ad mare sitis, multum quoque obvius est ad paludes, præsertim ubi solum est durum ac saxosum, ubi & Crocodilus, Malayensibus *Boaya* dictus, multum nidulatur, atque sub ejus umbra multum latitat, unde & nomen suum obtinuit hic frutex.

Usus. Secundæ speciei tenera folia vulgatissimum sunt olus seu *Ulang ulang*, quæ cum piscibus, Canario, & Bocassan cruda eduntur, Ternatensibus usitatissima, unde & quidam per jocum Ternatensium Brassicam vocant, atque pauperes ipsis quasi paupertatem inputantes dicunt, flumina ipsis nullam præbere umbram, quum quotidie hæc decerpant & edant folia, est tamen haud ingratus ac salubris cibus, quum in silvis prandia capiant, modice enim ipsorum adstrictione abdomen corroborant, nimium vero comesta illud constipant.

Amboinensium mulierculæ inter sese ludibria exercent, quum alias videant hæc folia magna ingerere copia, dicentes hoc ab iis peragi, ut siccæ & coarctatæ seu strictæ essent, ac proinde viris sint magis gratæ; admiscentur porro aliis foliis, Haleci nempe, ex quibus potus medicinales præparantur, qui puerperis post partum propinantur ad corpora ipsorum siccanda & coarctanda: Ternatensium *Gou* Malayensibus *Songo* denotat, atque in Grammatica *Simbolica* significat verum ac constantem amorem illorum, qui hoc mittit, quum hæc arbuscula non facile pereat, quam magnus etiam sit æstus, vel in mare oboriantur nimbi: Vetusta folia, seu quam primum subtus sint glauca, esui inepta sunt, tum enim nimis sicca sunt, atque in ore confringuntur nimis cito.

Tabula Quinquagesima Secunda

Ramum exhibet fruticis, qui *Folium Crocodili* RUMPHIO vocatur, ac vera *Hedysari* est species.

OBSERVATIO.

Hæc est illa planta, quæ in *Thes. Zeyl. pag.* 115. vocatur Hedysarum trifoliatum arborescens, floribus ex alis foliorum, siliquis copiosis glabris, quod *Tab.* 51. exhibetur, & est Trifolium Zeylanicum, arborescens, siliquis compressis articulatis, floribus albis, *Mus. Zeyl. pag.* 21. & Hedysarum Zeylanicum trifolium arborescens, floribus albis *Herb. Hart.*

delinge hangen zommige met zeer smalle halsen, zommige met brede aan malkander als een party kleine schyfjes: In ieder schyfje legt een plat boontje of zaat-korl, vaal en glimmend als een kleine Linse, ook van dezelfste smaak.

2. *Het kleinbladige* Daun boaya *is de vorige meest gelyk, dog de bladeren van deeze zyn korter en ronder, het langste vier duimen, en de andere schaars drie lang, en twee breet, de gras-groene couleur van boven, en de blaauwe van onderen zyn hoger in graat, en de ribben lopen meer parallel, de jonge bladeren zyn ligt-bruin en leververwig, ook zagt en glimmende, aangenamer van smaak dan de vorige.*

Bloeisel en vrugten zyn als aan 't voorgaande, dog de zaden vallen wat bruinder: 't hout aan de oude stammen, die niet boven een been dik werden, is wit, digt, en redelyk hart, dog niet durabel, zomtyts omtrent 't hert zwartagtig of met diergelyke plekken gesprenkelt, onder het witte hout.

Beide zoorten werden van sprinkhanen en andere ongedierte zeer gequelt, waar door men weinige gehele bladeren vint, en de gehele struik staat dikwils half bloot van bladeren, en van de rest de meeste nog verzengt of verdort, 't welk de scherpe zeelugt doet, die deeze boompjes voor andere moeten uitstaan, als zynde laag en op strant wassende. Men ziet ze meest 't gehele jaar met bloemen en vrugten beladen, dog de regte bloeityt komt in October.

Naam. *In 't Latyn* Folium Crocodili, *na 't Maleits* Daun boaya, *om reden als volgt. Op Ternaten* Hategou, *en slegts* Gou, *op Amboin* Utta tohu *en* Salua, *op Lubu* Sulabé.

Plaats. *Het is bekent in Amboina, en alle de Moluxe Eilanden, en een onafscheidelyke gezel van alle waterkanten, 't zy langs de stranden van de zee, 't zy langs de oevers van de rivieren, dog in vlakke velden en niet boven een kanonschoot van de zee gelegen; inzonderheid vint men het veel omtrent poelen en moerassen, daar een harde en steenige grond is, alwaar den Cayman, by de Maleyers* Boaya *genaamt, gaarn huis houd, en onder die lommeragtige struiken gemeenlyk schuilt, waar van 't zynen naam heeft.*

Gebruik. *De jonge bladeren van de tweede zoort zyn het gemeenste* Ulang ulang, *die men met visschen, Canary, en Bocassan raauw eet, by de Ternatanen zeer gebruikelyk, daarom het ook zommige spotsgewys Ternaatsche kool noemen, en slegte luiden hunne armoede verwyten, willende quanswys over hen klagen, dat de rivieren geen schaduwe konnen houden voor hen luiden, om dat zy dagelyks niet veel anders hebben te eten dan deeze bladeren. 't Is egter geen ongezonde of onaangename kost, als men bosch-maaltyden houd, want door zyn matige adstrictie maakt het den buik vast, dog te veel genuttigt, drukt wat.*

De Amboinsche vrouwen foppen malkanderen ook, als zy een ander deeze bladeren veel zien eten, zeggende dat ze zulks doen om droog en naauw te werden, en gevolglyk aangenamer by de manluiden; anderzints werd het ook gemengt met bladeren van Haleky, onder de medicinale dranken, die men de kraamvrouwen na 't baren ingeeft, om het ligbaam te drogen, en wederom te sluiten. Het Ternaatse Gou *hiet in het Maleits* Songo, *dat is waaragtig, en beduit in de Gramatica* Simbolica, *eten opregte standvastige liefde by die geene, die het zend, om dat dit boompje niet ligt uitgaat, hoe grooter hitte of onweer ter zee ook zyn mag: de oude bladeren of zo dra zy van onderen blaauw-groen beginnen te werden, zyn onbequaam om te eten, want als dan zyn ze te droog, en bryzelen in de mond.*

De Twee en Vyftigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, welke *Crocodils-bladt* by RUMPHIUS genaamt wert, en is een ware zoort van de *Hedysarum.*

AANMERKING.

Dit is dezelve plant, welke in de *Thes. Zeyl. pag.* 115. van my genaamt wert het boomagtig driebladig Hedysarum, met bloemen uit de hoeken der blad-steelen, en veel gladde zaad-houwen, het welk op *Tab.* 51. verbeelt wert, en het boomagtig Ceylonsche driebladig Hedysarum met witte bloemen, in het *Herbar.* van *Hartog* &c.

CAPUT QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

Frutex lintearius. Woo.

SUpra sub finem octavi Capitis libri quinti mentionem fecimus binarum arborum, ex quibus Celebes incolæ linteum quoddam tenue vel potius vestimenta quasi papyracea formant, illarum prima perfecta est arbor, altera frutex est *Woo* dictus, quem in illo loco obiter tantum descripsimus, dein autem comperimus in Amboinæ regionibus hunc quoque obcurrere, atque aliunde deductus hic frutex in horto meo luxuriose etiam progerminavit, hinc ejus perfectam jam compos sum exhibere descriptionem.

Est itaque frutex seu arbuscula, binos alta homines, simplici adsurgens trunco, ad summum brachium crasso, rotundo, rugoso, sed æquali obducto cortice, qui duplex est, exterior enim facile ab interiore separari potest, in paucos autem dividitur laterales ramos, rotundos quoque, sed rugosos, atque cortice obductos piloso ac lanuginoso, qui tamen facile tractari potest, nec pruritum excitat.

Ejus folia sunt magna, longis, rotundis, ac lanuginosis petiolis insidentia, quatuor & quinque pollices longa, subtus rubentia, in junioribus ramis bina sibi sunt obposita, quorum quatuor simul obliquam formant crucem, in vetustis vero ramis magis alternata sunt, nec certum observant ordinem, ad singulorum petiolorum ortus ex ramo bina parva & acuminata conspiciuntur foliola auriculata quasi, quæ in vetustis foliis non adparent: Folium vero ipsum ingens est, illud folii calcosi, seu *Daun capur* referens, quod postea describetur, estque in tres lacinias seu lobos divisum, si medius nempe apex simul numeretur, atque separatus est per binas incisiones, uti in Vitis foliis, sed non profundus est, inque vetustis foliis hæ sensim laciniæ disparent, suntque porro ad oras undique serrata, potissimum vero in media lacinia: Sunt autem ultra octo pollices longa ac septem lata, vetusta vero binis pollicibus breviora sunt, superne obscure virentia & rugosa, instar Lamii piscis pellis, æqualia tamen nec venosa, subtus penitus sunt lanuginosa & cinerea, prope petiolum plana, ubi & tres magni concurrunt nervi, ac rubent, quorum medius directe ad apicem, ac bini alii laterales ad exteriores decurrunt lacinias, atque porro undique laterales emittunt venas, suntque sicca, nec notabilem saporem habentia.

Ex sauciato cortice & abruptis ramis copiosa ac serosa exstillat lympha, quæ viscosa est, & in truncis spissior quam in petiolis & foliis.

Ejus lignum est album, leve, corde repletum aquoso, quod cito perit, ejus radix quoque non dura est, digitum crassa, externe pallide flavescens, interne albicans, succosa, & lenta, longissime sub terræ superficie prorepens, atque hinc inde novas emittens arbusculas, per quas quam maxime multiplicatur, atque magnum obcupat locum, hæc enim arbuscula nullos profert flores vel fructus, licet in ramorum summo racemum quasi formet ex multis apicibus formatum foliola fasciculata gerentibus, qui tamen nil nisi folia profert.

Natura itaque ipsi largita fuit longas hasce succosasque radices, quæ undique sese dispergunt, ac novos emittunt surculos, qui rugosiores ac pilosiores semper sunt matrice: Quum vero transplantare hosce velimus, surculi hi eradicantur cum frusto ipsius radicis, cui adnexi sunt, atque transplantantur in solo molli ac sicco, cui lapilli admixti sunt, sed pluvioso id peragendum est tempore, tumque feliciter ac luxuriose excrescent, ac sese multiplicabunt per suas radices, quæ in horto meo ac in vulgari solo ad duodecim ochriarum spatium a matrice proreperunt, novasque produxerunt arbusculas: Mirandum itaque est, quum hæc arbuscula tam siccæ videatur esse naturæ, ac siccum, saxosumque amet solum, quod nullo modo humidum est vel paludosum, hanc tamen tanto turgere succo, ac tam luxuriose sese propagare.

Inter internum lignum atque exteriorem rugosum corticem tenuis, albus, ac lentus locatur liber, in quo omnis virtus latet, quæ ex hac comparatur arbuscula

LVIII. HOOFDSTUK.

De Lint-struik.

BOven aan 't einde van 't agtste Hoofdstuk, in 't vyfde boek, hebben wy gewag gemaakt van twee bomen, waar van de Inwoonders op Celebes een slag fyn linnen of veel meer papieren-kleetjes maken, waar van het eerste een volslagen boom, het ander een heester is Woo *genaamt, dewelke wy op die plaats slegts ter loops beschreven hebben, naderhand bevonden, dat hy mede in de Amboinsche quartieren groeit, ook van elders ingebragt, weeldrig in myn tuin opgekomen is, zo ben ik magtig geworden zyn volkomen beschryving te geven.*

Hy is dan een heester of boompje, twee mannen hoog, met een enkelde stam opschietende, ten hoogsten een arm dik, rond, met een ruige, dog effene schorsse, dewelke dubbeld is, latende zig de buitenste van de binnenste bast ligt afschillen, hy verdeelt zig in weinige zydetakken, mede rond, maar gantsch ruig, en bekleed met een hairagtig wol, dewelke egter wel te handelen is, en geen jeuken veroorzaakt.

Aan dezelve komen groote bladeren voort, op lange ronde en wolagtige stelen, vier en vyf duimen lang, van onderen roodagtig, aan de jonge takken twee en twee tegen malkander, met hun vieren een schuins kruis makende, dog aan de oude takken staan ze wat verwisselt, en houden geen precise order, by den oorsprong van ieder steel, aan de tak ziet men twee kleine spitse blaatjes als ooren, dewelke aan de oude bladeren niet te vinden zyn: 't Bladt is groot, gelykende na 't Folium calcosum *of* Daun capur, *hier naar beschreven, namentlyk in drie lappen of snibbelen verdeelt, de middelste spitse mede gerekent, van malkander gescheiden door twee inwyken, gelyk aan 't Wyngaard-bladt, dog niet diep ingaande, en aan de oude bladeren vergaan deeze lappen en inwyken allenkskens; voorts aan de kanten rontom gezaagt, dog wel meest aan de middelste lap. Zy zyn ruim agt duimen lang, en seven breet, dog de oude zyn wel een paar duimen korter, boven donker-groen, en ruig als een Hayevel, dog effen en zonder aderen, van onderen zyn ze gantsch wolagtig en wit-graauw, by den steel vlak, daar drie groote zenuwen te zamen stoten, en mede wat root vertonen, waar van de middelste regt uit na de spits, en de twee andere na de zydelappen loopen, en voorts ter zyden andere aderen uitzenden, droog, en zonder merkelyke smaak.*

Uit de gequetste schorsse en afgebroken takken, loopt overvloedig een weyagtig, stram, of kleverig water, het welk in de stammen en takken dikker is, dan in de stelen der bladeren.

Het hout is wit, ligt, met een wateragtig hert, en haast vergaande, de wortel is niet hart, een vinger dik, buiten bleek-geel, binnen witter, sappig, en taai, zeer lank onder 't rysch der aarde kruipende, hier en daar nieuwe plantjes uitstotende, waar door het zig vermenigvuldigt, en een groote plaats beslaat, want dit boompje brengt nog bloeisel nog zaat voort, hoewel het aan 't opperste der takken een trosje formeert, van veele spitse en in een gedrongene blaatjes, waar uit egter niet dan bladeren werden.

Dierhalven heeft hem de natuur deeze lange sappige wortelen gegeven, die haar wyt en zyt verspreiden en nieuwe spruitjes voortbrengen, dewelke altyt ruiger en hairiger zyn dan de oude, als men 't verplanten wil, zo graaft men deeze spruitjes uit met een stuk van de dwerswortel, daar zy op staan, en verplant ze in een mulle en droge gront, daar 't wat kraalsteenig is, dog by regenagtig weer dan zal het gelukkig opkomen, en zig vermenigvuldigen door de voornoemde wortelen, dewelke in myn tuin in een slegte gront, wel twaalf vademen van den hoofstam nieuwe boompjes voortgebragt hebben. Het is dan te verwonderen aan dit boompje, dat daar het zo droog van aanzien is, een droge, kraalsteenige, maar geenzints vogtige en moerassige gront bemint, nogtans binnen zo vol saps is, en zo weeldrig zig voortzet.

Tusschen het binnenste bout en de buitenste ruige schorsse legt een fyne, witte, en taaije bast, waar in al de deugt is, die men van dit boompje heeft, en waarom het geculti-

buſcula, atque ob quam hæc colitur, ut nempe ex ipſo tenuia & papyracea formentur veſtimenta, quod non niſi multiplici peragitur præparatione ac labore, uti mox indicabitur.

Nomen. Latine *Frutex lintearius*, quia ex ejus libro lintea quædam conficiuntur. Malaicum nomen mihi ignotum eſt, in Celebe circa Tambucco *Woo* vocatur, in Hœamohela *Mala*, in Bongaya *Lingoas*.

Papyraceæ veſtes ex hoc libro confectæ Malaice dicuntur *Budja*, Tambuccanice *Wonta* ſeu *Wunta*, uti & aliæ veſtes ex arbore *Topicki* dicta vocantur, de qua vide ſupra libr. 5. Cap. 8. ſi vero hæc veſtimenta loco papyri compactorii uſurpentur Malayenſibus *Deluwan* ſeu *Daluwan* vocantur, uti & cuncta vulgaria cinerea & ſordida papyri genera ex arborum quarundam libris præparata hoc indigitantur nomine.

Locus. Sponte creſcit in Orientali Celebes ora, plurimum vero in Tambucci regione, item in inſulis *Bongayæ*, ac minori in quantitate in Hœamohela circa Lacky & Laalan, ob multiplicem ejus uſum harum inſularum quidam incolæ etiam hanc plantant arbuſculam in ventoſis & ſaxoſis locis, ubi cito & luxurioſe multiplicatur, ac totos obcupat hortos.

Uſus. Quum hæc arbuſcula nullum alium præbeat uſum niſi iſtorum veſtimentorum, hinc totæ cæduntur prope radicem, quum modo unius binorumve pollicum craſſitiem obtineant, quo enim ſint juniores, eo tenuiora exhibent lintea, quæ enim brachium craſſæ ſunt, non ita aptæ habentur, quum harum liber ſit nimis durus ac fragilis.

Stipitum horum exſtirpatorum cortex exterior rugoſus ſubtiliter abraditur, poſtquam leviſſime ſupra ignem fuerint toſti, dein interior cortex ſeu liber decorticatur, atque ad ſolem exſiccatur, qui dein deponitur ac conſervatur, donec veſtes ex illo præparare velimus, tumque viginti horarum ſpatio in aqua maceratur; in Tambucco autem hunc fricant librum maceratum cum tenui cinere, quem per viginti quatuor horas ſic deponunt, ac dein paululum in aqua ebulliunt, atque in fluvio eluunt ad depurationem: Hic demum in aqua maceratur atque extenditur denuo ſupra aſſerem craſſum ex duro ligno, qui politus ac glaber eſt, ac tum lapillis quibusdam tam diu feriunt, donec aſſerculorum latitudinem obtineat, atque hæ pelles convolvuntur atque iterum exſiccantur.

Bangayenſes haſce pelles involvunt ingentibus foliis ſpinoſi *Ari ſilveſtris* ſeu *Bira*, dein haſce aquæ iterum inponunt, ac ſecunda vice tundunt in iſto asſere, binas tresve ſibi mutuo inponentes, quæ tam diu contunduntur, donec ſibi adhæreant atque coadunentur, hæcce pulſatio tribus diverſis peragitur lapidibus, ejusdem tamen formæ ac ſubſtantiæ, quem in finem optimos cenſent, qui circa Baluyam, in Celebes ora Orientali ſitam, inveniuntur, omnes autem ſunt rotundi, ſuperne gibbi, & inæquales, inferne plani ac politi, atque per artem quibusdam crenis excavati, quæ in primo lapide ſunt craſſæ, in ſecundo ſubtiles, in tertio tenuiores, hi lapides cum Rottinga continentur, ita ut arundo hæc manubrium ſeu caudam formet, qua lapis tollitur, & tanquam malleo pulſatur, ac primum hoc fit cum illo craſſo, dein cum tenuioribus.

Lintea hæc, ſi juſtam conquiſiverunt ſubſtantiam, non ampliora ſunt hiſce aſſerculis, pedem circiter, atque in longitudinem extenduntur, quæ deſideratur, ad finem enim iſtorum aſſerculorum præparata circumvolvuntur lintea; atque ad ipſorum finem alia conjunguntur tam contundendo quam extendendo, donec liber iſte totus ſit conſumptus, ita ut hæ pelles eodem fere præparentur modo, quo in patria noſtra papyrus formatur ex linteis vetuſtis putridis, & contuſis.

Denique ſciendum eſt, quod hæ anguſtæ pelles ſibi adglutinentur ad latitudinem, quæ deſideratur pro veſtimentis, quod fit, ſi extremitates humectentur, ſibi inponantur, ac iterum leviter contundantur, donec ſibi adhæreant, ac tandem binæ extremæ longæ oræ conglutinantur, ita ut ſaccum forment amplum & magnum, viro altiorem, atque adeo laxum, ut bini homines ipſi inſiſtere poſſint, tumque hæc veſtimenta papyracea ſeu *Budjas* præparata ſunt, coloris pallide albicantis ſeu flaveſcentis inſtar ſtraminis, quæ non craſſiora ſunt vulgari noſtra charta, cui inſcribimus, quæque adeo nitide ſibi ſunt adglutinatæ, ut vix futuræ adpareant.

kultiveert werd, namentlyk om de fyne linne of papiere kleetjes daar van te maken, 't welk niet zonder veelvoudige toebereidinge en arbeid toegaat, gelyk ſtraks hier naar zal gezegt werden.

Naam. *In 't Latyn* Frutex lintearius, *om dat uit deszelfs baſt linnen gemaakt wert. De Maleitſe naam is my nog onbekent, op Celebes omtrent Tambucco hiet het* Woo, *op Hoeamohel* Mala, *op Bongay* Lingoas.

De papiere kleetjes uit deezen baſt gemaakt, hieten in 't Maleits Budja, *op Tanbuccans* Wonta *of* Wunta, *gelyk men ook noemt de andere kleetjes van den boom* Topicki *genaamt, waar van boven in 't vyfde boek, Hoofdſt. agt; maar als men deeze kleetjes van pakpapier gebruikt, zo hiet het in 't Maleits* Deluwan *of* Daluwan, *gelyk al dat grove, graauwe, en vuil-witte papier, 't welk men uit eenige baſten van bomen maakt.*

Plaats. *Hy waſt van zelfs op de Ooſtkuſt van Celebes, dog meeſt in 't diſtrict van Tambucco, als mede op de Eilanden van Bongay, en in kleine quantiteit op Hœamohel omtrent Lacky en Laala, om zyn veelvuldig gebruik planten hem ook zommige van de voornoemde Eilanders op lugtige en kraalſtenige plaatſen, daar hy zig dan met 'er haaſt vermenigvuldigt, en gehele tuinen beſlaat.*

Gebruik. *Dewyl men van dit boompje anders geen gebruik heeft, dan de voornoemde kleetjes daar uit te maken, zo kapt men de gehele boompjes af digt by de wortel, als ze maar een duim of twee vingeren dik zyn, want hoe jonger boompjes hoe fynder linnen zy geven, maar die een arm dik zyn, die zyn zo bequaam niet, om dat haren baſt te hart en bryzelig is.*

Van de afgekapte ſtammetjes ſchraapt en trekt men de buitenſte ruge ſchors af, na dat ze alvorens zagtjes over 't vuur geraden zyn, daar na ſchilt men de binnenſte baſt mede af, en legt die in de zon om te drogen, den welke men dan weg legt en bewaart, tot dat men de klederen daar af wil maken, als dan moet hy een etmaal in water geweekt zyn. Op Tambucco wryven ze deeze geweekte baſt met fyne aſch, laten het een etmaal leggen, daar na koken zy 't een weinig in water, ſpoelen 't aan een rivier uit, dat het weder zuiver werd. Dit weekt men wederom in water, en breiden het dan uit op een dikke plank of zwalpe van hard hout, dewelke effen geſchaaft is, en kloppen 't voor de eerſte maal met zekere ſteenen, tot dat het zo breet als de planken werd, welke vellen men dan te zamen rolt, en weder drogen laat.

De Bangayers doen deeze vellen in de groote bladeren van 't ſcherpe Arum ſilveſtre *of* Bira, *daar na leggen ze deeze vellen wederom in water, en kloppen ze voor de tweedemaal op de voornoemde plank, leggen twee en drie vellen op malkander, dewelke zo lang geklopt werden, tot dat het aan malkanderen kleeft, en een ſtuk werd: dit kloppen geſchiet met driederhande ſteenen, dog van eenderlei fatſoen en ſubſtantie, waar toe zyluiden de beſte agten, die men omtrent Baluy, mede op Celebes Ooſtkuſt gelegen, vint; zy zyn alle drie rond, boven bultig en oneffen, onder vlak geſlepen, en door konſt met zekere kepen gekartelt, dewelke aan de eerſte ſteen grof zyn, aan de tweede wat fynder, en aan de derde nog fynder. Deeze ſteenen werden met een Rottang omvat, zodanig dat de Rottang een ſtaart of handvat maakt, waar mede men den ſteel opligt, en als met een hamer klopt, eerſt met den grove, daar na met den fynſte ſteen.*

Het linnen nu zyn volkomen conſiſtentie verkregen hebbende, valt niet breder dan de plankjes, te weten omtrent een voet, en zo lang als men wil, want ten einde van de plank wezende, rolt men het geformeerde ſtuk op, en voegt al gaandeweg andere ſtoffen aan de einden, met kloppen en rekken, tot dat ze geconſumeert is, zo dat deeze vellen ſchier op diergelyke manier geformeert werden als ons Vaderlants papier, uit out verrot en geſtampt linnen.

Eindelyk moet men weten deeze ſmalle vellen aan malkander te plakken, dat ze zo breet werden als men de kleetjes hebben wil, 't welk geſchiet als men de lange einden natmaakt, op malkander legt, en weder zagtjes klopt, tot dat ze aan malkander kleven, en ten laatſten ook twee uiterſte lange zyden, dat 'er een groote en ruime zak van werde, hoger dan een man, en zo ruim, dat 'er twee perſonen in kruipen konnen, zo zyn deeze Budjas *of papiere kleetjes gereed, van couleur bleek-wit, of bleek-geel als ſtroo, en niet dikker dan ons gemeen ſchryfpapier, zo netjes op malkander geplakt, dat men qualyk de voegen bekennen kan.*

Viri æque ac feminæ hæc gestant tam per diem quam per noctem, quæ mirum exhibent sonitum, nec eluuntur, quod haud facile ferunt, aquæ quidem inponi possunt, leviter fricari, & elui sine contorsione, ac demum exsiccari, sed incolæ tantum inpendere ipsis laborem nolunt, quum sufficiens copia ipsis ad manus sit nova componendi vestimenta, atque hoc opus mulierculis ita commendatum est, ut viri illud non curent, atque pauci illorum inveniantur, qui ipsorum præparationem norunt, licet & viri ligamenta bracteorum suorum seu *Tschedackos* ex hoc itidem forment libro.

In Tambucco plurima alba sunt, in Bongaya vero, Balanta, Totironga, & Goroutala variis tinguntur coloribus ex rubro, luteo, & nigro variegata, vel etiam simpliciter tantum rubra, qualia mulieres plerumque gerunt. Viri cæterum Bangaytanæ alba ista vestimenta, quæ in suos gestare volunt usus, cum longis tingunt fructibus Mangi-mangi, quorum cortices in aqua contundunt, ac pluma seu penna gallinacea leviter illa inliniunt, unde russa seu fumei coloris sunt, ac durabilia: Tinctura rubra ex terra quadam rubra extrahitur, quæ in Bangaya reperitur, lutea ex Curcuma, quæ utræque miscentur cum radicibus Bancudi: nigra extrahitur ex fuligine Dammaræ.

Vestimenta venalia quadrata & oblonga complicantur instar sericeorum linteaminum, incolæ illa amant gestare temporibus calidis, præsertim per noctem, dum refrigerium præbeant dormientibus.

Hæc quoque Budjas apta sunt ad papyros inpactorios, quorum loco etiam adhibentur, quod alioquin fit per *Deluwan*, h. e. papyrum crassiorem, in quo varia etiam involvuntur ac conservantur semina, quæ in hisce meliora adservantur quam in papyro nostro vulgari, quæque melius etiam complicari possunt.

Vaccæ hujus folia amant depascere.

Tabula Quinquagesima Tertia

Ramum exhibet *Fruticis lintearii* seu *Papyracei*.

Mannen en vrouwen dragen ze in die landen zo wel by dag als by nagt, 't welk een aardig rammelen veroorzaakt, zonder dezelve uit te wassen, 't welk zy niet wel verdragen konnen; men kan ze wel in water leggen, zagtjes wryven, en uitspoelen zonder vringen, en dan weder drogen, maar de landaart wil zo veel moeite daar mede niet doen, als zynde genoegzaam voorzien met stoffen tot nieuwe kleetjes, en is dit werk de vrouwen zo aanbevolen, dat zig de mannen schier daar mede niet bemoeyen willen, en men weinige mannen onder bunluiden vint, die weten hoe zy toebereit werden, hoewel de mannen hunne broekbanden of Tschedackos *ook daar van maken.*

Op Tambucco laat men ze meest wit, maar op Bangay, Balante, Totironga, en Goroutale werden ze met verscheide verwen van root, geel, en zwart geschildert, of ook wel enkelt root geverft, gelyk de vrouwtjes meest dragen. Anderzints de mannen van Bangaytanen, verwen de witte kleetjes, die zy voor hen zelfs dragen willen, met de lange vrugten van Mangi-mangi, welkers schorsse zy in water stampen, en met een hoenderveer de kleetjes daar mede zagtjes overstryken, waar door ze ros of rook-geel, en durabel werden. De roode verwe maken ze uit zeker roode aarde, die op Bangay valt, de geele uit Curcuma, beide gemengt met de wortelen van Bancudu, de zwarte uit roet van Dammar gemaakt.

Die men te koop voert, werden vierkant of lankwerpig gevouwen, gelyk zyde stoffjes. De Inlanders dragen ze zeer gaarn by hete tyden, inzonderheid 's nagts, dewyl 't koel valt daar in te slapen.

Zo zyn deeze Budjas ook zeer bequaam in plaats van pakpapier te gebruiken, gelyk men anders met Deluwan, *dat is grof boompapier doet, om allerbande zaden daar in te winden, welke beter daar in bewaart werden dan in ons papier, ook zig beter vouwen en buigen laat.*

De Koebeesten weiden de bladeren gaarn af.

De Drie en Vyftigste Plaat

Vertoont een tak van de *Linte* ofte *Papierstruik*.

CAPUT QUINQUAGESIMUM NONUM.

Buglossum litoreum. Moral.

Hic frutex nullo modo convenit cum Herba *Buglosso* dicta, sed ipsi tantummodo hoc inposui nomen ob foliorum similitudinem cum lingua bovina: Hic itaque frutex truncum gerit brevem, incurvum, vulgo pedem crassum, in multos divisum incurvos, flexiles, & ample extensos ramos, qui cortice obducuntur glabro, molli, & fragili, in summo autem hi sunt virides & herbacei.

Hisce folia insident inordinata, longa, inferius angustata, superius lata, & subrotunda, formam habentia linguæ bovinæ seu remi, decem ac duodecim pollices longa, tres cum dimidio lata, ex viridi flavescentia, flaccida, glabra, ac parum deorsum inflexa, per quorum medium ingens decurrit nervus, qui in paucas extenditur obliquas costas, inferne parum protuberantes, ac prope oras in sinus desinunt, ac sese claudunt: Copiosa ramis insident, adeoque glabra sunt, ut sonitum edant, si sibi invicem adfricentur.

Ex foliorum alis brevibus in petiolis, bini, tres, ac quatuor albi excrescunt flores, longis ex tubis constantes instar Jasmini, qui sese in quinque aperiunt petala, ad oras quinque albis staminibus ornata, atque introrsum parum lanuginosa, in semi circulo locantur instar floris Petasitidis, inque fissura aperta incurvum erigitur corniculum introrsum flexum, quod ex calice prodit, in quo flos contentus erat, inque fructum excrescit Baccæ Oxyacanthæ similem, in medio parum sulcatum, acsi bini fructus sibi essent adpositi, estque non ruber sed albus ac supra umbilicatus, ubi & quinque squamulæ adparent circumpositæ. Sub externa molli & succosa carne aliud durum reconditur officulum, atque in hoc granulum seu nucleus instar Cerasorum, in medio fissus, & in durum desinens apicem.

LIX. HOOFDSTUK.

De Strand Ossetong.

Deeze beester heeft geen gemeenschap met het kruid Buglossum, *maar ik heb hem alleenlyk die naam gegeven, volgens de gelykenisse der bladeren met een Ossetong. De struik heeft een korte kromme stam, in 't gemeen een been dik, met veele kromme, buigzame, en wyt uitgebreide takken, bekleet met een effene, weeke, en brosse schors, dog aan 't opperste zyn ze groen en kruidagtig.*

Daar aan staan de bladeren zonder order, lank, agter smal, voor breed, en rond toelopende, gefatsoeneert als een ossetong, of het blad van een riem, tien en twaalf duimen lank, drie en een half breed, geel-groen, slap, glad, en weinig nederwaarts gevouwen, met een grote middelzenuwe, maar weinige schuinse ribben, die men aan de onderste zyde even ziet uitbuilen, en by de randen met bogen sluiten. Zy staan veel aan de takken, en zyn zo glad, dat ze ruischen, als men ze tegen malkander wryft.

Uit den schoot der bladeren komen op korte stelen, twee, drie, en vier witte bloemen voort, met lange halsen, als Jasmynen, die haar openen in vyf blaatjes, aan de kanten met vyf witte draatjes gezoomt, en na binnen toe wat wolagtig: zy staan in een halve cirkel, gelyk de bloem van Petasites, *en aan de opene zyde staat een krom hoorntje, inwaarts gebogen uit de kelk, daar de bloem in stont, wort de vrugt, de besien van de hagedoorn gelyk, in 't midden wat gekloofi, als of 'er twee tegens malkanderen stonden, niet root, maar wit, met een naveltje boven op, en om 't zelve vyf schubbetjes. Onder 't buitenste week en zappig vleesch leit een andere harde korl, en daar in een hard steentje gelyk de kersse-steentjes, mede in 't midden geklooft, en met een hard spitsje.*

In pinguibus ac mollibus ramis, non ultra pollicem crassis sub tenui ligno albissimum, siccum, & spongiosum reperitur meditullium omnino illi Sambuci simile, quod tali quoque modo scindi & elaborari potest, quo autem rami sint vetustiores, eo durius est lignum, ac medulla minor seu tenuior, quæ in trunco tam rara est, ut vix dignosci possit: In incultis insulis truncus ejus aliquando crus crassus est in terram procumbens cortice obductus rugoso, fisso, molli, & fragili.

Lignum vero ceræ colorem habet, longisque ex fibris constat, & si cædatur, durum, in solo non durabile, sed in aqua marina: Circa radicem nullum observatur cor seu meditullium, atque in vetustissimis truncis fuscum est seu nigricans, adeoque durum ac durabile in aqua marina quam Sappanum lignum: Ejus radices sunt crassæ, externe ruffæ, interne flavi coloris, ac lentissimæ.

Sub finem pluviosorum mensium floret, Septembri nempe, ejusque fructus diu supersunt: In Baleya aliisque in insulis hujus binæ occurrunt species, quarum prima est litorea, descripto Amboinensi Buglosso similis, altera ad ripas majorum fluminum crescit, magisque remota in terra, pauloque angustiora gerit folia, in plures apices divisa; nec ejus folia adeo amara sunt quam præcedentis, fructus vero magis amaricant cum austeritate quadam.

Nomen. Latine *Buglossum litoreum*, Ternatice *Boppa tzeda*, Amboinice *Moral* & *Mokal*, Baleyice *Polendo laut*, ad distinctionem superioris *Polendo darat*, quod est *Folium polypi*: Bandanice *Tutukeku*, h. e. navigii Corre Corre clavi. Sinice *Tscho*, licet proprie in Sina non crescat, sed ex ejus regione in Boreali Formosæ ora prope Kelangam, quod enim in Sinæ regione crescit, potissimum gerit lignum, ac paucissimam medullam.

Locus. Nullibi obcurrit nisi in litoribus planis, ubi solum potissimum ex minimis constat lapillis, ac circa majorum fluminum ostia, ubi sæpissime adeo luxuriosum ac copiosum est, ut sepem referat perpetuam, nutrimentum suum ex gracilibus, & saxosis haurit solis, immo ex adustis porosisque lapidibus, e quibus litora Bandæ in Gunong Api & Neira constant.

Usus. Folia ac fructus præter ipsorum amaritiem, detergentem & exsiccantem habent virtutem sine calore tamen, in ejus cortice ac ligno confortans & corroborans vis latet, per quam œdema ex flaccidis artibus extrahitur, qui dein etiam per hanc corroborantur, hoc natura indigitare voluit per hujus arbusculæ superiores partes, quæ flaccidæ, fungosæ, & quasi œdematosæ sunt, contra inferiores sunt duræ, firmæ, ac durabiles. Alba & fungosa ejus medulla quotidiano in usu est, ex qua artificiosi flores, topia, aviculæ, & similia exscinduntur, quæ variis pinguntur coloribus, atque in conviviis ac diebus festis exornantur cubilia, convivia, ac thori, quos incolæ ac potissimum Æthiopes similibus in temporibus cibis exornant & amicis suis mittunt. Hæc medulla facillime in quasvis formas exscindi & figurari potest, atque pigmenta facile adtrahit, tumque lamellæ exscissæ cum amylo vel Papeda sibi invicem adglutinantur, tam eleganter & artificiose, ut e longinquo naturales referant Rosas. Color rosaceus seu suaverubens adquiritur per decoctionem fortiorem Sappani ligni, cœruleus autem ex Indigo, croceus ex Curcuma, viridis ex foliis Terminalis silvestris.

Baccæ maturæ oculis instillatæ, ita ut ipsarum succus hos tangat, depurant ipsos ab omni viscositate, clarosque reddit, foliorum succus cum pauxillo aquæ mixtus, oculisque instillatus, incipientem nubeculam tollit, quo Bouronensis flamen hominibus jam fere cæcis restituit visum, diu autem in me ipso hoc institui experimentum sine successu, quum in nervis opticis obstructio fuerat jam suborta, in hunc finem iste flamen solebat quosdam frutices conligere, in quibus folium detegebat bifidum, seu cujus nervus superius in binos divisus erat apices, quod ipsi aliquando successit, licet tota sæpe investigabat litora, antequam talem inveniret fruticem, tumque cuncta istius fruticis folia ipsi habebantur ad hunc scopum apta, & licet hoc in me dictam ob rationem non successerit, hinc vires hujus arbusculæ diminuere nolo, quum Amboinensibus notum sit, optimas sæpe cum hoc instituisse curas.

Alius

In de vette en weeke takken, die niet boven een duim dik zyn, vint men onder 't dunne hout een spier wit, droog, en sponcieus hert, t'eenemaal aan de Vlier gelyk, het welk zig ook zo snyden en werken laat; hoe ouder nu de takken werden, hoe dikker het hout en dunder dit merg werd, en in de stam zo weinig, dat men het schier niet bekennen kan: op onbewoonde Eilanden werd de stam zomtyts een dye dik op de aarde leggende met een ruige, geborste, weeke, en brossche schors.

Het hout is was-geel, langdradig, hart in 't kappen, in de grond niet durabel, maar wel in zeewater; omtrent de wortel heeft 't gantsch geen hert, en aan de geheel oude stammen is het bruin of zwartagtig, zo hard en durabel in zeewater als Sappanhout, de wortelen zyn dik, van buiten ros, van binnen was-geel, en zeer taai.

Het bloeit in 't einde van de regen Mousson September, de vrugten blyven lang daar aan hangen. Op Baly en andere Eilanden heeft men twee zoorten hier van, de eerste is de strandzoort, de voorsz. Amboinsche gelyk; de andere wast aan de oevers van groote rivieren en landeryen, heeft wat smalder bladeren, die in meerder spitsen verdeelt zyn; zyne bladeren zyn zo bitter niet als de voorgaande. De vrugten zyn merkelyk bitter, met eenige wrangigheid.

Naam. *In 't Latyn* Buglossum litoreum, *op Ternaten* Boppa tzeda, *op 't Amboins* Moral *en* Mokal, *op 't Baleits* Polendo laut, *tot onderscheid van 't bovenstaande* Polendo darat, *het welk is het* Folium polypi, *op Banda* Tutukeku, *dat is Corre Corre-nagelen, op 't Chinees* Tscho, *hoewel 't eigentlyk in China niet wast, maar tegen over op 't Noorteind van Formosa by Kelang, want dat op de kust van China wast, heeft meest hout, en weinig merg.*

Plaats. *Men vint het nergens dan op vlakke stranden, daar de grond meest uit kleine steentjes bestaat, en omtrent de monden van groote rivieren. Men ziet het aldaar dikwils zo weeldrig en aan malkander staan, dat het een doorgaande hage gelykt; 't kan zyn voetsel uit een magere en steenige grond trekken, ja zelfs uit de verbrande dryfsteenen, waar van de stranden in Banda op den Gunong Api en Neira gemaakt zyn.*

Gebruik. *De bladeren en vrugten hebben by haar bitterheid een afvagende en opdrogende kragt, dog zonder hitte, in deeze schors en in het hout leid een versterkende of styfmakende kragt, die de zugt uit de slappe leden kan uittrekken, en dezelve daar na sterken. Dit heeft de natuur willen te kennen geven, dat de bovenste delen van dit boompje slap, voos, en als waterzugtig zyn, daar en tegen de onderste hart, styf, en durabel. 't Witte en vose merg is in dagelyks gebruik om konstige bloemen, lofwerk, vogeltjes, en diergelyke daar van te snyden, die men dan met alderhande couleuren verft, en daar mede op bruiloften en andere feestdagen vercieren de bedsteden, feestoenen, en tronen, die de Inlanders, dog meest de Moren op diergelyke boogtyden met kost geladen, aan haar vrienden zenden. Dit merg of pit laat zig gemakkelyk tot allerhande figuren snyden, neemt de verwen ligt aan, en dan werden de gesnede plaatjes met styffel of Papeda op malkander geplakt, zo aardig, dat het van verre natuurlyke roosen schynen. De roose-verf verkrygen ze door 't koken in 't dikke afziedsel van 't Sappanhout, 't werd blaauw gemaakt met Indigo, het geele met Curcuma, 't groene met de bladeren van Terminalis silvestris.*

De rype besien boven de ogen gedrukt, dat 'er 't zap in spat, zuiveren dezelve van alle smerigheid, en maken ze klaar, 't zap van de bladeren met een weinig water gemengt, en in de oogen gedaan, beneemt de beginnende donkerheid der zelve, waar mede een Moorsche Paap van Bouro eenige half-blinde menschen wederom tot hun gezigt heeft gebragt, maar langen tyd van my gebruikt zynde, heeft het niet willen helpen, dewyl by dezelve in de Nervis opticis een verstopping was; tot dien einde was gemelde Paap gewend zodanige struiken op te zoeken, waar aan hy een blad vont, wiens middelzenuwe haar na voren toe in tween, en gevolgelyk 't blad in twee spitsen verdeelde, het welk hem nu en dan gelukte, hoewel hy dikwils gehele stranden doorzogt, eer hy zodanig een vont, en dan hield hy alle de bladeren van die struik kragtig, hoewel nu dit aan my niet geholpen heeft om voorsz. reden, zo wil ik egter de kragten van dit boompje niet betwist hebben; want in Amboina bekent is, dat hy doenmaals goede kuren daar mede gedaan heeft.

Een

Alius Mauritanus rhizothomus tanquam arcanum habebat, incantatos nempe viros a Veneris inpotentia liberare, quibus exhibebat medullam ejus albam cum lamellis quibusdam inferioris partis pistilli, quo Oryza contunditur, atque cum frustulis arundinis sacchariferæ nigræ, quæ simul contundebat vel cum Pinanga masticabat, oblitus autem sum, ex quonam ligno pistillum illud Oryzæ oportebat esse constructum: ad Choleram seu Diarrhæam albam sistendam medulla hæc parum torretur supra carbones ignitos, cui addenda est radix Tawas, seu Polypodii Indici, ac cortex Soccun Capus, quæ simul masticantur cum Siri Pinanga.

Ejus folia ac cortex cum viridi Catjang aquæ incocta, ac quotidie propinata comprobatum dant remedium contra Beriberi seu Paralysin Indicam, verum folia ejus viridia œdematosis simul adplicanda sunt pedibus. Radix quoque antidotum est contra noxios cibos venenatorum cancrorum, piscium, similiumque: Folia ejus calefacta œdematosis adplicantur pedibus & abdomini, ut œdema tollatur.

Ex duro ligno præsertim crassorum & inferiorum truncorum multi incolæ ac præsertim Papœnses clavos navigiorum Corre Corren dictorum formant, qui adeo tenaces ac durabiles sunt, ut binis aliis navigiis durabiliores sint. Tenera silvestris Buglossi folia Baleyenses cruda edere solebant instar reliquorum Ulang ulang.

Een ander Moorsch Wortelman hielt het voor een geheim, betoverde Mansperſonen van haar Inpotentia Veneris te verloſſen, hun ingevende dit witte merg, met eenige ſchilfertjes van het onderſte eenes rysſtampers en eenige ſtukjes zwart zuikerriet, te zamen gewreven of met Pinang geknaauwt, dog is my vergeten van wat hout de rysſtampers moeten zyn om de witte buikloop te ſtoppen; rooſt dit merg een weinig op kolen, doet daar by de wortel van Tawas of Polypodium Indicum, en de ſchorſſe van Soccun Capus-boom, knouwt het te zamen met Siri Pinang.

De bladeren en ſchorſſe met groene Catjang in water gekookt, en dagelyks gedronken, zyn een beweerd geneesmiddel tegens de Beriberi; dog men moet de groene bladeren mede op de zugtige beenen binden; de wortel is mede een tegengift tegens alderbande ſchadelyke koſt van venynige krabben, viſſchen, enz. De bladeren warm gemaakt, werden op de zugtige leden en opgezwolle buik gebonden, om de zugt uit te trekken.

Van 't harde hout aan de dikke en onderſte ſtammen maken veele Eilanders, inzonderheid de Papauen de nagels van hare Corre Corren, die zo vaſt en durabel zyn, dat ze wel twee andere Corre Corren konnen uitharden. De jonge bladeren van de landelyke zoorte plegen de Baleyers ook raauw te eten als andere Ulang ulang.

In Adpendice hæc adduntur.

Compara hoc cum arbuſcula *Hort. Malab. part* 4. *fig.* 59. Malabarice dicta *Bella modagam.* Portugallice *Ammaco macho*, Belgice *groot Herſtong*, Malabarica vero deſcribitur eſſe montium incola, quum noſtra planta nullibi niſi in litoribus obcurrat.

Dit wert in de Adpendix gevonden.

Vergelykt het onze met een boompje in het vierde dee, fig. 59. *van de* Hortus Malabar. *beſchreven met den Malabaarſche naam* Bella modagam, *in 't Duits* groot Herſtong, *dog het Malabaarſche wert beſchreven een Berggewas te zyn, daar het onze meeſt omtrent de ſtranden groeit.*

Tabula Quinquageſima Quarta

Ramum exhibet *Bugloſſi litorei.* Ubi litt. A ejus florem naturali exhibet forma & magnitudine.

De Vier en Vyftigſte Plaat

Vertoont een tak van de *Strand Oſſetong*, alwaar lett. A deszelfs bloem in zyn natuurlyke groote en gedaante vertoont.

OBSERVATIO.

Hæc convenire videtur cum illa, quæ eſt Arbor exitioſa marina lacteſcens, Indica, *Takkada* vocata, fructu Ceraſi magnitudine, incarnato, ſtriato, Bellamodagam *H. Malab. Muſ. Zeyl. pag.* 45. & *Theſ. Zeyl. pag.* 29. & Takkada frutex forte Bellamodagam *H. Malab. Plukn. Almag. pag.* 361. & Prunifera Indica, fructu umbilicato, ſulcato, Groſſulariæ ſimili *Ray hiſt. pl. pag.* 1481. vide & *Amm. Char. pl. pag.* 290. &c.

AANMERKING.

Deeze ſchynt overeen te komen met die geene, die is de vergiftige, melkagtige, en Indiſche Zeeboom *Takkada* genaamt, met een vrugt in de grootte van een Kers, die incarnaat en geſtreept is. De Bellamodegam van de *Hortus Malab.* in het *Muſ. Zeyl. pag.* 45. en de *Theſ. Zeyl. pag.* 29. en de ſtruik *Takkada* is miſſchien de Bellamodegam, in de *H. Malab. Plukn. Almag. pag.* 361. en de Indiſche Pruimboom, met een navelagtige en gevoornde vrugt, gelykende na Kruisbeſſen, by *Ray hiſt. pl. pag.* 1481. zie ook *Amm. Char. pl. pag.* 290. enz.

CAPUT

A

Tab. XLV.

CAPUT SEXAGESIMUM.

Buglossum lanuginosum. Moral babulu.

HIc frutex ample quoque sese extendit plurimis adsurgens stipitibus, quorum quatuor plerumque simul excrescunt ex trunco seu matrice stipite, in junioribus ramis ista quoque medulla adparet uti in Sambuco, est autem non ita magna quam in præcedenti Moral, lignum ipsorum est fragilissimum ac molle, ramorum vero suprema pars herbacea est, ubi folia undique sine ordine locata sunt majora quam in præcedenti, ejusdem tamen formæ, instar linguæ nempe bovinæ, in obtusum apicem sese determinantia, ab octo ad duodecim & tredecim pollices longa, superius tres ac tres cum dimidio lata, ex cinereo viridia seu albicantia, flaccida, & lanuginosa, instar foliorum Nicotianæ, magno nervo medio distincta, atque ab utraque parte tres obliquas gerunt costas per folium decurrentes.

In longiusculis petiolis inregulares locantur umbellæ, in paucos divisæ ramulos, quibus capitula insident cinerea, in flosculos sese aperientia albos, ex quinque parvis & retroflexis petalis constantes, cum totidem staminibus in centro, dein vero excrescunt iterum in capitula viridia verrucas mentientia, in binos ordines arcte sibi adcumbentes distincta, quæ parum inflexa sunt instar caudarum Scorpionum, Amboinenses hasce caudas comparant cum Catjang seminibus amuletis adnexis, magis autem proprie adsimulari possunt barbis Sepiorum: talesque digiti verrucosi plurimi simul locantur retrorsum semper & ad latera inregulariter reflexi: Matura vero hæc capita nigricant, dehiscunt, atque interne in quovis capitulo bina exhibent fusca & angulosa semina: Foliorum sapor est salsus, haud ingratus, atque cruda edi possunt.

Aliquando in litoribus remotis in perfectam excrescit arborem, ultra binos viros crassam, succoso ac fungoso ex ligno constantem, ejusque truncus plerumque concavus est, unde nulli inservit usui. In Sumatra prope Jamby adeo silvestris est arbor ac inregularis, ut inferior ejus truncus cameram plerumque exhibeat, in qua contra pluvias quis latere ac sese abscondere potest, in litore nempe, in regione enim ipsa non crescit.

Nomen. Latine *Buglossum lanuginosum*, Malaice *Moral babulu*, ac quidam Malaice illud vocant *Tabaco laut*, Amboinice *Moral* & *Mokal ahua*, h. e. fabarum seu *Catjang moral* ob fructuum formam; In Leytimora *Nela*, Ternata *Karpoo* a foliorum sonitu inter edendum.

Locus. Magnum exhibet & ample extensum fruticem in planis & arenosis litoribus, quibus subjecti sunt scopuli saxosi, præsertim in incultis insulis, seu in planis magnisque regionibus: Majores vero ejus arbores raro conspiciuntur, quædam ipsarum in incultis obcurrunt litoribus Nusanive, sed in ipsis regionibus non obcurrit nec ibi transplantari potest hic frutex, neque per semen neque per ramos, quum adeo aëri marino sit adsuetus, ita ut extra hunc vivere neget.

Usus. Cruda ejus folia, quum saporem habeant Petroselini marini, eduntur cum Bocassan, Canario, & piscibus, quæ neque oneri sunt stomacho, atque incolæ illa vehementer expetunt, & edere amant ob salsum ipsorum saporem, quum inter masticationem adeo gratum excitent sonitum, Europæi vero ac præsertim Batavi non multum illis delectantur: Hitoensem Rhizothomum ejus radicem vidi exstirpare, quam contra Choleram biliosam exhibebat, quæ plerumque per salsa sistitur medicamenta: Palumbes albæ amant nidos suos componere in quadrivio ramorum, tantummodo tenues quosdam ipsis inponentes siccosque ramulos, in quibus ova deponunt ac pullos suos committunt cunctis aëris injuriis expositos.

Tabula Quinquagesima Quinta

Ramum exhibet *Buglossi lanuginosi*, quod ad *Heliotropii* genus pertinet.

LX. HOOFDSTUK.

De wolagtige Ossetong.

D*Eeze struik breid zig mede wyd uit, meest zonder regte stam, met veele takken opschietende, waar van gemeenlyk vier t'zamen stoten op den stam of groote tak; in de jonge takken ziet men mede een wit pit als in de Vlier, dog zo groot niet als in 't voorgaande Moral, van een zeer bros en week hout aan 't opperste der takken, 't welk kruidagtig is, staan de bladeren zonder order rontom, grooter dan aan 't voorgaande Moral, dog van dezelfste gestalte, namentlyk, als een ossetong met een stompe spits, van agt tot twaalf en dertien duimen lang, voor drie, en drie en een half breet, grys-groen, of schier witagtig, slap, wolagtig als de Tabaks-bladeren, met een groote middel-zenuwe, hebbende ter wederzyde drie schuinse ribben, die 't blad doorlopen.*

Op langagtige stelen komen onordentelyke dollen voort, in weinige takken verdeelt, daar aan grys-groene knoppen staan, dewelke haar openen in kleine witte bloempjes, van vyf kleine en omgebogene blaatjes gemaakt, en evenwel witte draatjes in de midden, daar na werden het wederom groene knoppen, als wratten, in twee ryen digt tegen malkander op hare stelen staande, die wat omgekromt zyn als Schorpioens-steerten: de Amboinesen vergelyken ze met groene Catjang aan malkander geregen. Eigentlyker kan men ze vergelyken by de baarden van een Zeekat: en diergelyke geknopte vingers staan verscheiden by malkander, altyd agterwaarts en onordentelyk ter zyden gebogen; de rype werden zwartagtig, splyten open, en vertonen binnen in yder knopje twee bruin-zwarte en hoekige zadekens: De smaak der bladeren is ziltig, niet onaangenaam, en laten zig raauw eten.

Zomtyts op afgelegene stranden wert het een volwassen boom, ruim twee man dik, met een sappig en voos hout, en de stam heeft gemeenlyk een holligheid of spelonk, daarom tot niets gebruikelyk. Op Sumatra omtrent Jamby werd het een zo woeste boom, dat de onderste stam gemeenlyk een kamer verschaft om voor de regen daar in te schuilen, te weten op strant, want landwaarts en valt by niet.

Naam. *In 't Latyn* Buglossum lanuginosum, *in 't Maleits* Moral babulu, *zommige willen in 't Maleits daar* Tabaco laut *van maken. Op Amboin* Moral *en* Mokal ahua, *boonen of Catjangs* Moral, *wegens de gedaante der vrugten. Op Leytimor* Nela, *op Ternaten* Karpoo, *van 't kraken der bladeren onder 't eten.*

Plaats. *Het wast met een groote en uitgebreide struik op vlakke en zandige stranden, daar kraalklippen onder zyn, inzonderheid op onbewoonde Eilanden, of op vlekken van groote landen; de groote bomen werden zelden gezien, eenige vint men op de onbewoonde Zeestranden van Nusanive; landwaart in vint men het niet, men kan 't ook aldaar niet verplanten, nog met zaat, nog met takken, zo is het aan de zeelugt gewent, dat het buiten dezelve niet leven kan.*

Gebruik. *De raauwe bladeren als smakende naar Peterselie, maar werden gegeten met Bocassan, Canary, en visch, zonder dat men drukken in de maag daar van voelt. De Inlanders eten het gretig wegens de ziltige smaak, en om dat het in 't kaauwen zo aangenaam kraakt, dog de Hollanders vinden 'er weinig smaak in. Een Hitoesche Wortelman zag ik deeze wortelen graven, om tegens het galagtige bord in te geven, 't welk gemeenlyk door brakke dingen gestuit werd: de witte wilde duiven maken haar nesten gaern op den viersprong van deeze takken, slegts eenige dunne dorre ryskens daar tusschen leggende, waar op zy hare eyeren en jongen betrouwen, open staande voor alle injurien des lugts.*

De Vyf en Vyftigste Plaat

Vertoont een tak van de *wolagtige Ossetong*, welke tot het geslagt van de *Heliotropium* behoort.

CAPUT

CAPUT SEXAGESIMUM PRIMUM.

Perlarius primus. Coffir.

ARbufcula hæc longis fefe ample extendit flagellis, foliaque gerit folitaria, inordinata, longis infidentia petiolis, & inæqualis magnitudinis, quædam enim fex octoque pollices longa funt, palmam feu fex digitos lata, atque petioli eandem quoque habent longitudinem, alia vero binis pollicibus breviora funt, atque breviores gerunt petiolos, inferius autem fubrotunda funt, & in longum terminantur apicem, inftar foliorum Urticæ, funt autem ad oras fubtilius ferrata, fuperne glabra, inferne parum rugofa & grifea, ubi & tres nervi ex foliorum ortu concurrunt, qui oblique admodum fuperne excurrunt: Tenerrima folia maxima funt & flaccidiffima, vetufta vero minora funt & firmiora.

Ex quavis foliorum ala racemus excrefcit uti in Ribefiis, fed brevior, quique in binos tresve dividitur minores, quibus primum infident parva viridia capitula, quorum quodvis excrefcens granulis minimis punctatum eft, atque tenuiffimis pilis hirtum, quæ loco fiorum habenda funt. Memorata ifta capitula magnitudinem adquirunt Piforum faccharatorum, funtque rotunda & candida, ac femi pellucida inftar Ribefiorum alborum, fed ad tactum molliora, ac intus repleta molli & aquofa medulla, in qua granula quædam minima, arenofa quafi reconduntur, undique autem circa fructum foraminula quædam copiofa obfervantur, quæ apicibus quibusdam ornata funt, qui granulis iftis inplantantur. Si vero fructus hi tangantur, candidum fuum perdunt colorem, atque in fufcum degenerant, ipforumque fapor eft fatuus, nec admodum gratus, uti & foliorum.

Truncus aliquando crus craffus eft, ita ut in vulgarem excrefcat arborem, qui angulis, nodis, & cavitatibus inregularis eft, ac circa radices multa emittit filamenta inftar *Varingæ microphyllæ*, quorum quædam radiculas terræ inmittunt, unde aliquando ac fenfim magnam format prope radicem molem, talia quoque fila ex craffioribus dependent ramis: Ejus cortex ex viridi & cinereo variegatus eft, craffus, fragilis, fuccofus, & vifcofus, ac lignum molle & inutile.

Sæpius in anno floret, potiffimum autem Aprili & Octobri, quum & fructus proferat, quorum in plantatis fruticibus pauci perfecti excrefcunt.

Nomen. Latine *Perlarius primus*, ob fructuum formam, qui magnas referunt perlas, Malayenfibus nullum huc usque obtinuit nomen, quin *Caju naffi befaar* vocari poffet, feu magnus, ad differentiam fubfequentis, in Oma vocatur *Coffir*, Banda *Caju fonti*, Ternata *Soffo manni manni* feu mas frugifer, uti fubfequens femina habetur, in Hommoa *Sofillo*.

Locus. In Amboina haud multum notus vel obvius eft, nec ullibi hunc vidi fruticem nifi in Oma circa Aboram, unde juniorem ejus furculum primus in Amboinam deduxi, ibique incolæ quidam ante ædes fuas plantant, quum arbufcula fit mediocris, ramos fuos fatis ample extendens, qui fupra afferes ducuntur, fub quibus fedent: dein autem binas ejus fpecies hic in Amboina in filvis obfervavi, uti mox indicabitur.

Ufus. Vifcofus cortex feu folia ejus contrita comprobatum eft remedium contra aduftionem, quæ ex Amboinenfium Dammara contrahitur, idem quoque radicis cortex adhibetur contra *Siri jawan* feu aphthas, ac folium capiti inpofitum omnes adtrahit pediculos, cortex quoque Courap feu fcabiei inlinitur ut & lepræ Græcorum, quæ Amboinenfibus *Cafcado* dicitur, ut femen feu vermiculos extrahat, craffiffimi ejus rami navigiis fubponuntur novis, quæ in aquam dimittuntur, vel cum ipfius cortice rotunda illa ligna obliniuntur, ut glabritie navium defcenfum facilitent.

In Amboinæ filvis binas hujus fruticis obfervavi fpecies, latifoliam & parvifoliam, latifolia cum Omanenfi potiffimum convenit, ejus vero folia multo funt craffiora & ampliora, ad oras fubtiliter fed fortiter ferrata, fuperne maxime rugofa inftar *Daun goffo*, inferne alba & lanuginofa, quales & ramuli extremi funt, cortex ejus itidem vifcofus eft, ac circa radicem fila quoque emittit inftar Omanenfis, ejus cor amplum eft, fungofum, & maxime aquofum.

Flores

LXI. HOOFDSTUK.

De eerfte Paerl-ftruik.

DIt boompje fpreit hem met lange ryskens wyd uit, de bladeren ftaan enkeld, zonder order, op lange ftelen, dog van ongelyke grootte, want zommige zyn fes en agt duimen lang, een hand en fes vingeren breet, hare ftelen zyn ook zo lang, andere zyn wel twee duimen korter, ook met korter ftelen, zy zyn agter rond, en lopen in een lange fpits toe, gelyk de bladeren van de Brandnetelen, dog aan de kanten fynder gezaagt, aan de bovenfte zyde glad, aan de onderfte wat ruig en grys, alwaar t'elkens drie zenuwen aan den oorfpronk der bladeren t'zamen ftoten, dewelke zeer fchuins na voren lopen; de jongfte bladeren zyn de grootfte en flapfte, maar de oude zyn ftyver en kleinder.

Uit yder fchoot der bladeren komt een trosje voort, gelyk aan de Aalbefien, dog korter, 't welk zig in twee a drie takjes verdeelt, daar aan voor eerft kleine groene knopjes komen, yder knopje wat grooter geworden zynde, is met eenige kleine gryntjes bezet, en met fyne hairtjes behangen, welke in plaats van bloeifel zyn. De bovengenoemde knopjes gewinnen dan de grootte van zuikererweten, rond, en geheel wit, half doorfchynende, als witte Aalbefien, dog weeker in 't aantaften, van binnen ook met een week en wateragtig merg vervult, met eenige zeer fyne korltjes als zant, rontom de vrugt van boven tot bykans om laag toe, ziet men veele kleine gaatjes, daar eenige fpitsjes in fteken, aan bovengemelde korls in 't lyf vaft. Als men ze aantaft, zo verliezen ze haar witte couleur, en worden vuil. De fmaak is laf, niet zeer aangenaam, gelyk ook die van de bladeren.

De ftam werd zomtyts een middelbare boom, een dye dik, met hoeken, knoeften, en holligheden, omtrent de wortel veele draden uitfchietende, gelyk de Varinga microphillos *doet, waar van zommige weder in de aarde wortelen, en zo gewint 't met 'er tyt een dikke verwerde kop by de wortel. Diergelyke draden ziet men ook afhangen van de dikker takken; de fchors is uit den graauwe en groene gemengt, dik, bros, fappig, en flymerig, 't hout week, en onnut.*

Het bloeit meermalen in 't jaar, dog ordinaris in April en October, wanneer 't ook zyne vrugten voortbrengt, waar van aan de geplante ftruiken weinige tot perfectie komen.

Naam. *In 't Latyn* Perlarius primus, *na de gedaante der vrugten, die groote paerlen gelyken; in 't Maleits heeft het nog geen naam, of men moeft het* Caju naffi befaar, *'t groote noemen, tot onderfcheit van het volgende; op Oma hiet het* Coffir, *op Banda* Caju fonti, *op Ternaten* Soffo manni manni, *of vrugtmanneken, gelyk 't volgende 't wyfken, op Hommoa* Sofillo.

Plaats. *In Amboina is 't niet veel bekent, en ik heb 't nergens gezien dan op Oma omtrent Abora, van waar ik die jonge plant eerft in Amboina gebragt heb, aldaar planten het zommige Inlanders voor hare deuren, om dat het een middelmatig boompje wert, en zyn takken wyd uitfpreit, die men dan op latten leit, om daar onder te zitten, daar na heb ik in Amboina nog twee zoorten daar van in 't wild gevonden, gelyk terftont zal gezegt werden.*

Gebruik. *De flymerige fchors of de bladeren gewreven, zyn een toegeëigent geneesmiddel voor de verbrantheid, die van de Amboinfche Dammar komt: dezelffte fchors van de wortel werd ook gebruikt tegens de* Siri jawan *of fpruw: 't bladt op 't hooft geftreken of gewreven, trekt al de luizen aan zig, de fchors werd ook op 't* Courap *gefmeert, en Lepram Græcorum, in Amboina* Cafcado *genaamt, om de fieren of kleine wormtjes daar uit te krygen, de dikfte takken legt men onder de nieuwe vaartuigen, die men van de wal wil afhalen, of beftruikt men met dezelve fchors andere rolhouten, om door haar gladdigheid het afhalen te verligten.*

Op Amboina heb ik twee zoorten van deeze heefter in 't wild gevonden, grootbladig en kleinbladig; de grootbladige komt met de Omaufche meeft over een, dog de bladeren zyn veel grover, en wel zo groot, aan de kanten klein, dog hard gezaagt, aan de bovenfte zyde zeer ruig, als Daun goffo, *aan de onderfte wit en wolagtig, gelyk ook de uiterfte takken, de fchors mede flymerig, en omtrent de wortel werpt het mede draden uit, gelyk 't Omafche, 't hert is groot, voos, en zeer wateragtig.*

Het

a

Flores in brevioribus crescunt racemis ex petiolorum alis uti in *Caju ceram*, qui capitula sunt pusilla & viridia, quos perliferi insequuntur fructus, in Amboina crescit ad ripam fluvii Elephantis & Waytomme, uti & in Hitoensi regione in minoribus silvis, soli bene expositis, parvifolia species crescit ad fluvium Alph in Amboina; foliis quoque convenit cum Omanensi, sunt autem minora, angustiora, nec ita pilosa quam præcedentis, nec etiam dentata, & in longos desinunt apices, longis insidentia petiolis: Fructus ex parvis dependent racemis instar Ribesiorum, sunt vero minores, magis vagi, ac virides.

Frustum recentis hujus ligni seu crassiores rami in aquam marinam projecti, si nempe fundus non ultra quatuor pedes sit profundus, ibi submergunt in fundo, ac putrescunt, ad quos prorepunt conchæ quædam porcellanæ quasi, *Bia salowacco* dictæ, quæ adhibentur ad Amboinensium clypeos exornandos, atque apud Alphorenses collo adpenduntur propugnatorum.

Non opus est ut ex Omanensi, Bandensi, ac ultimo Amboinensi latifolio Cossir peculiares constituantur species, quum discrimen sit nimis parvum, atque hæ omnes tres mediocres sint arbores, quæ fila sua ex trunco & crassis emittunt ramis, non tamen ita copiosa ac Varinga parvifolia: Cum hac quoque illud habent commune, quod semina inter lapides sibi inpositos seu inter vetustos muros decidua facillime progerminent, ubi radices suas adeo arcte lapidibus innectunt, atque extremitatibus suis terram petunt, ut mox in fila dispergantur, quod gratum præbet spectaculum, quum ex eo conspici possit, quemnam laborem inpendat hæc arbuscula, ut alimentum suum adquirat: per unam binasve ulnas a trunco crassiores radices iterum sub terra prorepunt, atque per aliquod spatium iterum nudæ decurrunt multis sinuosis gyris sese denuo per fila terræ inplantantes, ita ut ejus radices non profunde in terram penetrent, sed juxta ejus superficiem prorepant. Arbusculam vero habui brachium jam crassam, quæ nullas huc usque radices terræ infixerat, sed adfixa hærebat lapidibus sibi inpositis.

Cum Cananga hanc tædiosam qualitatem habet communem, quod quotannis nempe tribus ultimis siccis mensibus, Februario, Martio, & Aprili, tetras, nigricantes & spinosas generet Erucas, quæ cuncta depascuntur folia, ac dein ipsæ decidentes vicinas ædes ac arva infestant: Pluviosis vero mensibus nova regerminant folia, atque sub initium siccorum mensium baccas producit, quum plurimi hanc arbusculam frequentent sturni, qui has comedunt, ita ut molesta sit arbor circa hominum ædificia.

Amboinenses quidam hanc vocant *Matta cuttu*, h. e. Malaice *Bunu cuttu*, ac Belgice *Luisendoder*, h. e. pediculorum necator, quum, uti dictum est, inferior seu grisea & rugosa foliorum pars supra caput fricetur, ut pediculi ipsi adhæreant: Contusus cortex anthracibus inpositus, has aperit & pus extrahit.

Tabula Quinquagesima Sexta

Ramum exhibet *Perlarii primi*, cum fructu ejus majore separato perlariformi.

Het bloeisel komt op korter trosjes, uit de schoot der stelen, gelyk aan 't Caju ceram, *zynde kleine groene knopjes, daar op mede peerlvrugten volgen: 't wast op Amboina, aan de rivierkant van den Elphant en Waytomme, als mede op 't Hutueesche lant in kreupel-bosschen, die wel ter zonne staan; 't kleinbladige wast aan de rivier de Alph op Amboina, komt aan bladeren ook overeen met 't Omasche, dog zy zyn wat kleinder, smalder, niet zo hairig als 't vorige van de Waytommo, niet gezaagt, met lange spitsen en stelen; de vrugten hangen aan kleine trossen gelyk de Aalbesien, dog kleinder, ydelder, en groen van couleur.*

Een stuk van 't versche hout of dikke takken in zeewater gesmeten, daar 't niet boven vier voeten diep is, blyft aldaar op de grond leggen rotten, waar na toe dan kruipen zeker slag van witte hoorntjes, Bia salowacco *genaamt, dewelke men gebruikt om de Amboinsche schilden mede in te leggen, en by de Alphoerese Cavalliers of voorvegters, om de hals te dragen.*

Men behoeft egter 't bovenstaande Omase, Bandase, en 't laatstgenoemde Amboinsche grootbladige Cossir tot geen byzondere zoorten maken, dewyl 't onderscheit te klein is, en alle drie worden middelbare bomen, dewelke hare draden uit den stam en dikke takken geven, dog zo veel niet als de kleinbladige Varinga. Met de Varinga heeft ze daar en boven nog dit gemeen, dat de zadekens tusschen opgelegde stenen of oud muurwerk vallende, ligtelyk op komen, daar ze zig dan met hare wortelen zo vast om de stenen vlegten, en met hare einden de aarde zoeken, dat ze haar dan straks in draden verdelen, zo dat 't een vermaak is om te zien, wat moeite dit boompje doet om zyn voetsel te zoeken, zomtyts een of twee vademen van den stam kruipende; de dikke wortelen verder onder de aarde, lopen een stukweegs bloot, met veele bultige bogten, beneden met de draden in de aarde vast, zo dat zyne wortelen niet diep in de aarde dringen, maar langs den kruin derzelver kruipen; en ik heb gehad een boompje alrede een arm dik, dat nog geen wortel in de aarde hadde, maar om de opgeleide stenen vast hing.

Met de Cananga-bloem heeft ze deeze verdrietige eigenschap gemeen, dat het jaarlyks in de drie laatste droge maanden February, Maart, en April, lelyke zwartagtige en doornagtige rupsen voortbrengt, dewelke alle de bladeren afweiden, daar na afvallende, de naaste huizen en erven vervullen, in de regenmaanden wint ze wederom nieuw loof, en in 't begin van de droge Moesson zyne besien, wanneer 't vol spreeuwen zit, die dezelve op-eten, zo dat 't een moeyelyke boom is, omtrent woningen van menschen.

Zommige Amboinesen noemen hem Matta cuttu, *dat is in 't Maleits* Bunu cuttu, *in 't Duits* Luisendoder, *dewyl men, als gezegt, met de onderste of gryse zyde over 't hooft strykt, om de luisen daar aan te doen hangen, de gekneusde schorsse op bloetvinnen gelegt, doet ze opbreken, en trekt den etter uit.*

De Ses en Vyftigste Plaat

Vertoont een tak van de eerste *Paerl-struik*, met deszelfs groote en paerldragende vrugt afzonderlyk.

CAPUT SEXAGESIMUM SECUNDUM.

Perlarius alter. Caju nassi nassi.

Hic frutex plurimis longis & rectis sese erigit ramis, estque aliquando simplex tantum frutex, aliquando truncum format parvum, brachium crassum, cortice obductum glabro, qui in ramis est lanuginosus & ruffus, hisce folia insident inordinata, vulgaris formæ, uti in Europa Lauri folia sunt, in India Lansii folia, sex septemque pollices longa, tres ac tres cum dimidio lata, quorum oræ vix dentatæ sunt, acsi sinuosa essent, ipsorum costæ sunt raræ, obliquæ, ac irregulares, superne intense sunt viridia, inferne gilva, & ad tactum lanuginosa, sed flaccida & mollia: ipsorum petioli lanuginosi quoque sunt & ruffi, punctulis notati, ex horum alis plures dependent pedunculi uti in Ribesiis, qui capitula sustinent vaga & viridia instar seminis Coriandri, quæ sese parum aperientia flosculos exhibent albos, ex quatuor petalis seu apicibus formatos, hosce insequuntur baccæ paucæ, albis Ribesiis similes, sed majores, rotundæ, seu parum angulosæ, albicantes, & semi pellucidæ, molles, ac per longitudinem lineis fuscis distinctæ, intus in aquosa medulla plurima parva, angulosa, ac nigra locantur granula, arenosa quasi: Baccæ hæ porro sunt fatuæ, dulces, sed edendo aptæ, sapor vero foliorum ingratus est, ac parum adstringens.

Ejus rami fragilissimi sunt, atque intus repleti medulla, parva, sicca, & fusca, cortex fuscus est, atque viridibus punctulis variegatus, tenuis, fragilis, ac facile decorticari potest, sed in minora facile frangitur frusta.

Septembri & Octobri maturi observantur fructus, quorum pauci ad maturitatem perveniunt perfectam, quum ab avibus adeo vexentur, ac reliqui a pueris comedantur: Radix externe obscure ruffa est, in nodos quodammodo divisa, interne vero integra: præcedens vulgaris est, ac mas vulgo habetur, quum hæc femina latiora gerat folia, majora, & flaccidiora, nec inferne adeo gilva, nec petioli aut rami adeo ruffi sunt, sed crassiores & molliores, atque cum hac convenit illa species, quæ in Ternata crescit, ac folia gerit magna & ampla, instar rubri *Cabi cabi*, quæ glabra sunt & splendentia, ac sonitum edentia, si confricentur, ejus petioli crassi sunt, sed molles & herbacei: Utriusque fructus sunt uti præcedentis maris.

Nomen. Latine *Perlarius alter*, quum nostra natio ejus fructus comparet cum perlis, Malaice *Caju nassi*, seu *Nassi nassi*, incolæ enim illos adsimulant coctæ Oryzæ, magis propria est Ternatensium denominatio *Soffo manni manni*, h. e. rosarii grana, Amboinice in Hitœa *Aylaun marva*, h. e. puellarum folia ob ipsorum mollitiem, in Leytimora *Hua*.

Locus. In campis crescit ad fluminum ripas, & silvarum oras, femina autem in frigidis vallibus: Ipsius plantulæ in hortos delàtæ altiores excrescunt, fructusque magnitudine gerunt Grossulariæ.

Usus. Hæc planta refrigerantem ac simul leviter diureticam habet virtutem, ejus radix contrita propinatur in febribus ad refrigerium, recentia folia ac molles rami præsertim feminæ seu Ternatensis aquæ incocti propinantur tanquam comprobatum remedium in Sarampa seu morbillis, ad illos expellendos, ac simul corpus refrigerandum, quod Ternatensium unicum ac vulgatissimum est remedium hoc in morbo, qui tam periculosus est hisce in terris, quam pestis: Iidem surculi ac folia cum illis *Goemiræ* tanquam Tabacum minutim conscissa, cumque septem albis fabis aquæ incocta in arundine Bambu, comesta & propinata conducunt viris, inpotentia Veneris laborantibus, albumque curant feminarum fluxum. Amboinenses solliciti sunt ex superstitione hortorum palos ex hoc formare ligno, dicentes, hos licet altissimos ab apris facile transiliri, forte per femineum ac molle hujus arbusculæ nomen seducti.

Silvestrem *Caju nassi* speciem habeo illum fruticem, qui ab Hitœnsibus proprie *Hua* vocatur, folia enim gerit illis præcedentis maxime similia, sed latiora & rugosiora, parumque serrata, prope petiolum angustata, ruffisque costis pertexta.

Ex

LXII. HOOFDSTUK.

De tweede Paerl-struik.

Deeze beester schiet op met veele regte en lange takken, blyvende zomtyts een enkelde struik, zomtyts formeert het een kleine stam van een arm dik, met een effene schors, die aan de takken wolagtig en ros is, daar aan staan de bladeren zonder order, van gemeen fatsoen, gelyk men in Europa van de Laurierbladeren, in Indien van de Lancebladeren zegt, ses en zeven duimen lang, drie en drie en een half breet, de randen zyn donker getant, als of ze bogtig waren, de ribben zyn weinig, schuins, en zonder order, zy zyn boven hoog-groen, van onderen vaal, en wolagtig in 't aantasten, dog slap, en zagt; hare stelen zyn mede wolagtig en ros, met puntjes gestipt, uit haren schoot komen veele steeltjes af hangen, regt als de trossen van Aalbesien, bezet met ydele groene knopjes als Coriander, dewelke haar een weinig openende, vertonen kleine witte bloempjes, van vier blaatjes of spitsen gemaakt, daar op volgen weinige besien, de Aalbesien gelyk, dog grooter, rond, of een weinig boekig, wit, half doorschynende, week, en in de lengte met bruine linien gestreept; binnen in 't waterige vleesch leggen veele kleine boekige en zwarte korltjes als zant. De besien zyn voorts laf, zoet van smaak, dog bequaam om te eten, die van de bladeren is vies, onaangenaam, en wat adstringerende.

De takken zyn zeer bros, hebbende binnen een klein, droog, en ros merg, de schorsse is op 't rosse met groene puntjes gestipt, dun, bros, en laat zig ligt afschillen, dog breekt kort af.

In September en October ziet men de rype vrugten, dog weinige komen tot perfectie, om dat hun 't gevogelte geen rust laat, en de rest door de jongens opgesnapt word, de wortel is van buiten donker-ros, eenigzints in leden verdeelt, dog van binnen doorgaande, het bovenstaande is 't gemene, en werd voor het manneken gehouden; 't wyfken heeft breder, grooter, en slapper bladeren, van onderen zo vaal niet, nog de stelen en takken zo ros niet, ook dikker en weeker, en hier mede komt over een, 't geen in Ternaten wast, 't welk heeft groote en brede bladeren, gelyk de rode Cabi cabi, *glad, en glimmende, ruischende als men ze wryft, de stelen zyn dik, dog week, en kruidagtig, de vrugten van beide zyn als aan 't voorgaande manneken.*

Naam. *In 't Latyn* Perlarius alter, *om dat onze natie deeze vrugt by Paerlen vergelykt, in 't Maleits* Caju nassi *of* Nassi nassi, *want de Inwoonders vergelyken ze by gekookte rystkorls; nog eigentlyker spreken de Ternatanen die ze* Soffo manni manni, *dat is Paternosterkorls noemen. Amboins op Hitoe* Aylaun marva, *dat is Meiskens-bladeren van hare zagtigheid, op Leytimor* Huæ.

Plaats. *Het wast in de velden aan de oevers van de rivieren, en kanten van bosschen, het wyfken in koele valeyen. De plantjes in de hoven gebragt, schieten hoger op, en gewinnen zo groote vrugten als Kraakbesien.*

Gebruik. *Deeze plant heeft een verkoelende en daar by een zagtdryvende kragt, de wortel werd gewreven en ingenomen in de koortsen, alleenlyk om te verkoelen, de versche bladeren met de gehele weeke takken, inzonderheid van 't wyfken of Ternataanse in water gekookt en gedronken, zyn een beweerd middel in de Sarampa of Maselen, om die uit te dryven, en met een te verkoelen, zynde dit der Ternatanen eenigste en gemeenste medicyn in die ziekte, die zo zorgelyk hier te lande is, als een pest, dezelfste jonge telgen of bladeren met die van* Goemira *klein gesneden als Tabak, met zeven witte boontjes in water en een Bamboesje gekookt, gegeten en gedronken, helpt de mannen, dewelke Inpotentiam veneris hebben, en geneest de witte vloeden. De Amboinesen zyn bekommert, uit eenige superstitie, tuinstaken van dit hout te maken, zeggende, dat dezelve, al zyn ze nog zo hoog, ligtelyk van de wilde zwynen overgesprongen werden, misschien haar stotende aan de weeke en vrouwagtige naam van dit boompje.*

Voor een wild geslagt van Caju nassi *houd ik, 't geene de Hitoeesen eigentlyk* Hua *noemen, want 't heeft bladeren 't voorgaande meest gelyk, dog breder en ruiger, weinig gezaagt, na den steel toesmallende met rosse ribben doortogen.*

Uit

Tab. LVIII.

Tab. LVII.



Ex ipforum alis racemus provenit copiofus, ruffus penitus, parvisque capitulis obfeffus, mufcofis quafi, quæ in baccas excrefcunt parvas inftar feminis Coriandri, virides, parvisque granulis intus repletas, quæ potiffimum pereunt ac decidunt.

Lignum eft quoque album, ac medullam gerit ruffam & ficcam: Ejus racemi Octobri in confpectum veniunt: Hitœnfes hunc vocant *Huæ*, uti Leytimorenfes omne *Caju naffi*, alii vero *Aymalua*, h. e. puellarum arbor, non tantum ob foliorum flacciditatem, fed etiam quum cuncta opera & adpofita in hortis, ubi pofita eft, tarde ac flaccide peragit, alii hanc habent tanquam marem *Caju naffi*.

Frutex hic apud illos infamis admodum eft atque exofus, ita ut in hortis fuis novis non tolerent, nec in ædibus crement, credentes in tali domo intra breve temporis fpatium aliquem moriturum effe, licet modo gallina effet: Nullos quoque palos feu Paggers ex hoc fabricabunt ligno ob rationem fupra dictam: credunt autem infortunatam hanc effe plantam potiffimum ea ex re, quod fuum femen ad maturitatem perfectam non generet: Crefcit vero in campis, litore, & fterilibus locis ad pedis craffitiem.

Tabula Quinquagefima Septima

Ramum exhibet *Perlarii alterius.*

Uit haar fcboot komt een gebeel bos van ftelen, gantfcb ros, en met kleine knopjes bezet, die mosagtig fcbynen, waar uit worden kleine beften, als Coriander, groen, met klein zaat van binnen, dog meeft bedervende, en afvallende.

Het bout is mede wit, en beeft een ros en droog merg, zyn troffen ziet men in October. De Hitoeuefen noemen bet Huæ, *gelyk de Leytimorefen alle bet* Caju naffi, *andere* Aymalua, *dat is, jonge Vrouwenboom, niet alleen wegens de flappigbeid der bladeren, maar ook om dat bet al 't werk en voornemen in de tuinen, daar 't ftaat, flappelyk doet voortgaan, andere bouden 't voor 't mannetje van* Caju naffi.

Het is een beefter by bunlieden zeer infaam en gebaat, zo dat ze bet nog in de nieuwe tuinen, nog in bare buizen niet branden zullen, gelovende, dat in deszelfs buis in 't kort iemant zal fterven, al zou bet maar een boen zyn: zo zullen ze ook geen pagger-ftylen daar van maken, en dat om bovenftaande reden; dit nemen ze daar uit af, dat bet een ongelukkige plant moet zyn, om dat ze baar eigen zaat tot geen perfectie brengen kan. Het waft in de velden, op ftrant, en onvrugtbare plaatjen, tot de dikte van een been.

De Seven en Vyftigfte Plaat

Vertoont een tak van de tweede *Peerl-ftruik.*

CAPUT SEXAGESIMUM TERTIUM.

Mamanira. Mamaniran.

SUbfequentes hi tres frutices adfinitatem quandam gerunt cum binis prioribus, tantamque inter fefe fimilitudinem, exceptis paucis quibusdam varietatibus, ut vix diftingui poffint.

Primo. *Mamanira* humilis eft frutex, vix virum altus, ejusque truncus, ad fummum brachii craffitiem habet, ejus folia bina fibi funt obpofita, atque quodammodo per paria, inferius lata, fuperius fenfim anguftata, quinque & fex pollices longa, binos lata, ad oras fubtiliter ferrata, inftar Urticæ, fubtus albicantia, feu ad tactum lanuginofa, quales & petioli funt, faporis ficci & fatui, ex quavis foliorum ala petiolus excrefcit, coronulam fuftinens feu umbellulam, ex pallide purpureis flofculis compofitam, qui in baccas excrefcunt vix feminis Coriandri magnitudinem habentes, quæ funt fuccofæ & violaceæ, intus vero continent officulum parvum angulofumque: Ejus lignum eft molle, leve, & ficcum.

Nomen. Latine *Mamanira*, Malayice *Mamaniran*, Baleyice *Ringan ringan* feu *Ingan ingan*, quod nomen commune eft cum *Caryophyllaftro litoreo*, fupra defcripto, h. e. leve lignum: Amboinice . . . . Javanice *Mamiran.*

Locus. In arenofis crefcit locis & apertis campis, in loco gracili ad oras filvarum & hortorum defertorum.

Ufus. Nulli rei ejus lignum infervit nifi foco, quum facile exficcetur, atque flammam concipiat, fed carbones non format, ac mox in cineres comburitur, quidam ejus radicem laudant tanquam antidotum contra venenatos pifces, *Djamor* feu fungos, cancros &c. fi mafticata radix aquæ incoquatur cum viridi Catjang, ac propinatur: Ejus folia cum pauxillo Curcumæ contrita Emplaftri forma fordidis inponuntur ulcerationibus ad illas depurandas & exficcandas, fi vero tumores duri adfint, undique circumponenda funt calefacta folia rubri *Cabi cabi*, h. e. *Folii bracteati rubri*: Foliorum decoctum cum rubro *Sullaffi* puerperis quoque propinatur poft partum ad depurationem & exficcationem, uti & ad menftrua promovenda.

Tabula Quinquagefima Octava

Ramum exhibet *Mamaniræ.*

LXIII. HOOFDSTUK.

De Mamanire-ftruik.

DE navolgende drie beefteren bebben nog eenige maagfcbap met de twee voorgaande, en zo groote gelykenis met malkanderen, bebalven weinige byzondere veranderingen, dat men ze qualyk onderfcbeiden kan.

De eerfte Mamanira, *is een lage ftruik, fcbaars een man boog, en de ftam op 't meeft een arm dik, de bladeren ftaan twee tegen malkanderen, en eenigzints in ryen, agter breet, voor allenkskens toegefpitft, vyf en fes duimen lang, twee breet of wat meer, aan de kanten fyn gezaagt, als Brandnetels, aan de onderfte zyde witagtig of wollig in 't aantaften, gelyk ook de ftelen zyn, van fmaak droog en fmets; uit de fcboot van yder blad waft een fteeltje, 't welk draagt een klein kroontje, of dolle van bleek-paerfe bloempjes, waar uit werden kleine beften, fcbaars zo groot als Coriander, ligt-violet, en fappig, van binnen leit een klein boekig fteentje, bet bout is zagt, ligt, en droog.*

Naam. *In 't Latyn* Mamanira, *op 't Maleits* Mamaniran, *op 't Baleits* Ringan ringan, *of* Ingan ingan, *een naam gemeen met 't bovenftaande* Caryophyllafter litoreus, *dat is ligt bout, op Amboin . . . . op Java* Mamiran.

Plaats. *Het waft in zandige en opene velden, op een magere gront, aan de kanten van de boffcben, en verlatene tuinen.*

Gebruik. *Hy deugt fcbier niets dan tot brandbout, dewyl bet ligt opdroogt, en bet in 't vuur geen kolen zet, maar ftraks tot affcbe vervalt; zommige pryzen zyne wortelen, als een tegengift tegens quade viffcben,* Djamor *of Campernoelien, Krabben enz. Als men de geknaauwde wortel in water kookt, met groene Catjang indrinkt, de bladeren met een weinig Curcuma gewreven werden, pleifter-gewys opgeleit op vuile ulceratien om die te zuiveren en te drogen; maar als 'er barde zwellingen by zyn, moet men boven op en rontom leggen; de bladeren van root* Cabi cabi, *dat is,* Folium bracteatum rubrum, *warm gemaakt; ook werd bet afzietzel van deeze bladeren met rode* Sullaffi *de kraamvrouwen ingegeven naar bet baren, om die te zuiveren, en op te drogen, als mede om de maandftonden te bevorderen.*

De Agt en Vyftigfte Plaat

Vertoont een tak van de *Mamanire-ftruik.*

CAPUT SEXAGESIMUM QUARTUM.

Mamanira alba. Daun sanca.

ALba hæc species fruticem gerit præcedenti similem, qui multis quoque ramis sese erigit non ultra viri altitudinem, ejus superiores partes lanuginosæ sunt, & ad tactum molles: Folia plerumque bina sibi sunt obposita, illis prioris similia, sed paulo latiora, ad oras maxime & subtiliter serrata instar foliorum Urticæ, superne obscure virentia, rugosa, inferne cinerea, lanuginosa, crassisque obliquis venis pertexta, cæterum ejusdem coloris cum præcedenti, quatuor ac fere quinque pollices longa, tres lata digitos, saporis sicci, ad illum foliorum Guajavi adcedentis, odorque ad arborum pediculos adcedit.

Flores brevibus & coadunatis ex racemis dependent, minimi & albi, prope foliorum ortum undique circa petiolos: Illos fructus insequuntur pusilli, & rotundi, quorum pauci perfecti excrescunt, suntque albi & succosi. Ejus cortex est tenuis, fragilis, & siccus, lignum, uti prioris, molle est & inutile.

Nomen. Latine *Mamanira alba*, Malaice *Daun sanca*, Baleyice *Mamaniran pœti* & *Ingan ingan*, Javanice *Caju sanca*.

Locus. In sterilibus crescit agris in levibus silvis, & desertis hortis uti prior, sed rarius obcurrit.

Usus. Ad focum etiam adhibetur uti prior, facile enim flammam concipit, ac cito in cineres convertitur, unde & apud Baleyenses suum sortita est nomen: sic & mulieres hujus folia coquunt cum Sulassi seu Basilico, atque puerperis ista propinant instar præcedentis. Alii ejus radices coquunt, quas exhibent contra Diarrhæas, ad exsiccandum vero, priorem præferrem, quum siccioris sit naturæ, atque alba hæc species acrior sit: Folia ejus contrita, & aceto incocta cum Oryza & Cumino, duris inposita tumoribus, illos dissipant.

Tabula Quinquagesima Nona

Ramum exhibet *Mamaniræ albæ*.

LXIV. HOOFDSTUK.

De witte Mamanire-struik.

DE witte zoort is een struik de voorgaande gelyk, ook met veele takken regt opschietende niet boven een man boog, baar opperste deelen zyn wolagtig, en zagt in 't aantasten, de bladeren staan meest tegen malkander, de vorige gelyk, dog wat breder; aan de kanten merkelyk en fyn gezaagt gelyk de Netel-bladeren, aan de bovenste zyde donker-groen, ruig, aan de onderste graauw, wolagtig, met dikke schuinse aderen, anders van dezelfste couleur als de vorige, vier en schaars vyf duimen lang, drie vingeren breet, van smaak mede droog, na de Cujavos-bladeren trekkende, en de reuk na Boom-luizen.

De bloemen bangen aan korte, en op malkander gedrongene trosjes, zeer klein, en wit van verwe, by den oorsprong der bladeren rontom de stelen, daar op volgen kleine ronde vrugten, waar van weinige tot perfectie komen, en ook wit en vogtig zyn. De schors is dun, bros, en niet zappig, 't bout als boven ligt, en ondeugent.

Naam. *In 't Latyn* Mamanira alba, *op 't Maleits* Daun sanca, *op 't Baleits* Mamaniran pœtj *en* Ingan ingan, *op Java* Caju sanca.

Plaats. *Het wast op magere velden in kreupelbosch en verlatene tuinen als 't vorige, dog wert weiniger gevonden.*

Gebruik. *Het wert mede tot brandbout gebruikt als 't vorige, 't brand ligt, en vervalt ook ligt tot asch, waar van bet in 't Baleits ook zyn naam beeft: zo koken de vrouwen deeze bladeren ook met Sulassi of Basilicum, en geven bet de kraamvrouwen te drinken gelyk bet vorige; andere koken de wortelen, en geven bet te drinken in alle rbande buikloop, dog om op te drogen zoude ik bet voorgaande beter bouden, om dat 't zelve droger van aard is, en de witte zoort min of meer scherpigbeid beeft. De bladeren gewreven, met azyn gekookt, ryst, en wat Cumein, en omgeslagen op de barde gezwellen, verdryft dezelve.*

De Negen en Vyftigste Plaat

Vertoont een tak van de *witte Mamanire-struik*.

CAPUT SEXAGESIMUM QUINTUM.

Frutex Ceramicus. Caju ceram.

A præcedenti *Mamanira alba* parum differt *Caju ceram*, immo ejus tantum varietatem habeo, altior autem excrescit, ramosque gerit magis regulares, quibus folia insident bina sibi obposita, non autem per paria uti in binis præcedentibus, sed cruciata, suntque minora prioribus, quatuor pollices longa, binos lata digitos, non rugosa vel lanuginosa, sed glabra, atque ad oras adeo subtiliter serrata, ut vix distingui possit, ipsorum apices quoque breviores sunt, superne glabra, viridia, & splendentia, inferne grisea & magis alba, quam in binis prioribus, multis obliquis admodum costis, atque inter has plurimis venulis pertexta, saporis ingrati & Filicini.

Flores itidem albos profert in brevibus corymbis seu umbellulis plurimis circa ramos positis, quales & fructus sunt instar albi nempe Corallii, qui ab avibus maxime expetuntur: Cortex & lignum est siccum & leve, uti binorum antecedentium. Radix non profunde sub terra sese extendit, sed hinc inde surculos profert, qui transplantari possunt.

Nomen. Latine *Frutex Ceramicus*, juxta Malayense nomen *Caju ceram*, quod in Banda usitatum est, sive quod ex Cerama ipsi obposita primi eum adduxerint, sive quod ab ejus incolis usum ipsius primum edocti fuerint.

Locus. In Amboina ignotus est hic frutex, Bandæ in hortis plantatur ob subsequentem ejus usum; e Ceramæ regione in sinu Hayæ & Haytœmette sponte in silvis crescit.

Usus. In Banda ad nullum alium adhibetur scopum, nisi ad pisces enecandos & capiendos, hunc in finem ejus folia in mortario contunduntur, & cum cinere con-

LXV. HOOFDSTUK.

De Ceramsche Struik.

VAn 't voorgaande witte Mamaniran *verschilt bet* Caju ceram *zeer weinig; ja ik boude bet slegts voor een verandering daar van, 't schiet boger, en met ordentelyker takken op, waar aan de bladeren ook twee en twee tegen malkander staan, niet in ryen, gelyk de twee voorgaande, maar in 't kruis, de bladeren zyn kleinder dan de voorgaande, vier duimen lang, twee vingeren breet, niet ruig of wolagtig, maar glad, aan de kanten zo fyn gezaagt, dat men bet even kennen kan; de spits is ook wat korter, boven effen, gras-groen, blinkende, van onderen grys, en witter dan de twee voorgaande, met veele zeer schuinse ribben, en daar tusschen met fyne adertjes uitgeweven, onlieffelyk en Vaarnagtig van smaak.*

Het bloeisel is insgelyks wit, op korte dollen of trosjes by malkander staande rontom de takken, gelyk ook zyn de vrugten; te weten als witte Koraal, die de vogeltjes gaern eten. De schors en bout is droog en ligt, gelyk aan de twee voorgaande. De wortel verspreit zig niet diep onder de aarde, bier en daar nieuwe scheutjes voortbrengende, die men verplanten kan.

Naam. *In 't Latyn* Frutex ceramicus, *na 't Maleits, in Banda gebruikelyk* Caju ceram, *of om dat zy bet van 't tegenover gelegene Ceram gebaalt, of van dezelve zyn gebruik eerst geleert bebben.*

Plaats. *Het is in Amboina onbekent, in Banda werd bet in de boven geplant wegens 't volgende gebruik, tegen over op Ceram, in de bogt van Haya en Haymoetette wast bet van zelfs in 't wild.*

Gebruik. *In Banda doen ze daar anders niet mede dan visschen te vergeven en te vangen, tot dien einde nemen ze de bladeren, stampen ze in een vyzel, en vermengen ze met*

conmiſcentur ad corbiculi quantitatem, quem per noctem obtegunt: hunc ſecum portant ad loca, quæ maris refluxu rupibus adſunt, vel ubi ſuſpicantur piſces latere, projiciunt hæc folia ac manibus conterunt, donec ſpumam excitent, omnes piſces in locis iſtis latitantes mortui intra breve temporis ſpatium in conſpectum veniunt: Hominibus tamen aliisque animalibus non nocent, ſturni enim aliique volucres ejus fructus comedunt, oves & hirci ejus depaſcuntur folia: atque radix interne etiam in re Medica adhibetur: Hoc ſupra memoratum tantum intelligendum eſt de domeſtico Caju Ceramo, qui in hortis tantum plantatur, & cujus folia venduntur ad piſces capiendos, præter hunc in Banda alius ſilveſtris *Caju ceram* obcurrit, qui prioris mas habetur, folia gerens breviora magisque lanuginoſa domeſtico, nullius eſt virtutis ac potiſſimum ligno foci inſervit, quem tamen unum eundemque habeo cum mox præcedenti Amboinenſi *Daun ſanca.*

Tabula Sexageſima

Ramum exhibet *fruticis Ceramici*, cum *racemo frugifero* ſeparato.

met aſch, omtrent een korfje vol, dat ze 's nagts toedekken; hier mede gaan zy dan na de plaatzen, die by 't aflopen der zee in de klippen ſtaan, of daar ze viſſchen vermoeden, ſtroyende en wryvende met de handen de bladeren, tot dat ze ſchuimen, zo komen alle de viſſchen, die daar in zyn, dood boven dryven. Daar is egter voor menſchen geen ſchadelyke eigenſchap in, nog voor ander gedierte, want de ſpreeuwen en andere vogelen eten de vrugten; ſchapen en bokken weiden de bladeren af, en de wortelen gebruikt men ook in de Medicynen binnens lyfs. Dit bovengemelde is te verſtaan van het tamme Caju ceram, dat men alleen in de boven plant, en waar van men de bladeren verkoopt, om viſch daar mede te vangen; behalven dat hebben zy in Banda nog een wild Caju ceram, voor 't manneken van 't bovenſtaande gehouden, met korter en wolagtiger bladeren dan het tamme, van geene kragten, meeſt tot ligt brandhout dienende, 't welk ik voor een en 't zelfde houde met het naaſt voorgaande Amboinſche Daun ſanca.

De Seſtigſte Plaat

Vertoont een tak van de *Ceraamſche heeſter*, met een *vrugtdragende tros* afzonderlyk.

CAPUT SEXAGESIMUM SEXTUM.

Cortex piſcatorum. *Roſſu.*

Roſſu arbuſcula eſt altior præcedentibus, truncum gerens rectum & ſimplicem, pedem craſſum, qui in tenuia & longa dividitur flagella. Folia ſunt alternata, formam gerentia ſummitatis haſtæ, ſex pollices longa, unum cum dimidio lata, in longum durumque apicem deſinentia, qui ſiccus, firmus, parumque incurvus eſt, ad oras ſunt ſerrata, obſcure virentia, ad tactum rugoſa, ſed non lanuginoſa, ſaporis & odoris ingrati.

Ex ipſorum alis multi dependent racemuli, inque iis capitula obſcure virentia, vix magnitudinem habentia Viciæ, quæ ſuperne aliquid quaſi muſcoſi videntur gerere, qui forte floſculi ſunt: His ſuccedunt fructus ſeu baccæ parvæ, & rotundæ, vix magnitudinem ſeminis Coriandri habentes, diu virentes, dein ex nigro fuſcæ, & inſtar Corallii ſplendentes, intus in ſuccoſa carne oſſiculum reconditur durum & anguloſum, quod ſemen eſt. Cortex glaber eſt, fuſcus, plerumque flavis punctulis notatus, interne ſuccoſus, & ruffum tingens colorem: Lignum eſt molle, ſiccum, nec durabile.

Nomen. Latine *Cortex piſcatorum* a ſubſequenti uſu. Malaice *Roſſu*, Amboinice *Mamuſſut*, in Leytimora *Mawal*, Java *Angrung*.

Locus. In apertis creſcit agris & ventoſis collibus.

Uſus. Trunci cortex apud piſcatores in magno uſu eſt, qui cum illo fila piſcatoria fricant, unde primo obſcure ruffeſcunt, ac dein ſiccata nigreſcunt, atque in aqua marina durabilia ſunt, ita ut virtutes habeat *Tanarii* ſupra *libro quinto* deſcripti. In re Medica nullum obtinuit uſum. Aviculæ ejus baccas comedunt, per quas in hortis propagatur ac ſeritur, ubi læte ſæpe progerminat ad binorum hominum altitudinem: ſiccum ejus lignum foco etiam adhiberi poteſt: ac licet folia ingratum ac Sambucinum gerant odorem, a quibusdam tamen in cibis adhibentur, ac præſertim in illo *Boboto* dicto, uti ejus præparandi modus ſupra libro quinto in *folio hircino* ſeu *Daun cambing* indicatus eſt.

In Rumphii adpendice hæc adduntur.

Javanis & Balcyenſibus dicitur *Angrung*, ex cujus radicibus decoctum præparant, quod propinant contra dyſenteriam & mictum cruentum.

Tabula Sexageſima Prima

Ramum exhibet *Corticis piſcatorii.*

LXVI. HOOFDSTUK.

De Schorſſe der Viſſers.

Roſſu *is een boompje hoger dan de voorgaande, met een regte enkelde ſtam, een been dik, verdeelt in dunne en lange gerten; de bladeren ſtaan te wederzyden tegen malkander, gefatſoeneert als het yſer van een piek, ſes duimen lang, een en een half breet, met een lange harde ſpits, die droog, ſtyf, en wat gebogen is, aan de kanten gezaagt, zwart-groen, ruig in 't aantasten, dog niet wolagtig, onlieffelyk van ſmaak en reuk.*

Uit hare ſchoot hangen veele trosjes, en daar aan donker-groene knoppen, qualyk zo groot als een Vitſe, die boven op wat mosagtig vertonen als het bloeiſel, daar op volgen de vrugten of beſien klein en rond, ſchaars zo groot als een Coriander, langen tyd groen, daar na zwartbruin, en blinkende als Koralen: Binnen in 't zappig vleeſch leid een hard en hoekig ſteentje, 't welk het zaat is. De ſchors is effen, bruin, doorgaans met geele puntjes geſpikkelt, binnen zappig, en ros verwende, 't hout week, droog, en vergankelyk.

Naam. *In 't Latyn* Cortex piſcatorum, *van 't volgende gebruik, op 't Maleits* Roſſu, *op Amboin* Mamuſſut, *op Leytimor* Mawal, *op Java* Angrung.

Plaats. *Het waſt in opene velden en op lugtige heuvelen.*

Gebruik. *De ſchors van de ſtam is by de viſſchers in groot gebruik, die daar mede hare viſchlynen wryven, waar door ze eerſt donker-ros, daar na gedroogt zynde zwart werden, en durabel in zee-water, zo dat het de kragt heeft van* Tanarius, *boven in 't vyfde boek beſchreven. In de Medicynen is het onbekent, de vogeltjes eten zyne beſien, en zaaijen ze daar naar hier en daar in de tuinen, daar het dikwils opkomt, en wel twee mannen boog opſchiet; 't droge hout kan men tot branden gebruiken, hoewel de bladeren een vieſen en Vlieragtigen reuk hebben, zo werden ze nogtans by zommige in de koſt gebruikt, inzonderheid die men* Boboto *noemt, op de manier gelyk boven in 't vyfde boek van* Folium hircinum *of* Daun cambing *gezegt is.*

In de Adpendix van Rumphius wert 'er dit bygedaan.

Op 't Javaans en Baleits hiet het Angrung, *uit wiens wortelen dezelve een afkookzel maken, en 't drinken tegens den bloed-loop en het bloed-wateren.*

De Een en Seſtigſte Plaat

Vertoont een tak van de *Viſſchers-ſtruik.*

CAPUT SEXAGESIMUM SEPTIMUM.

Frutex carbonarius primus. Salay.

SAlay mediocris est arbor, truncum gerens humilem, ac crus circiter crassum, quam alii *Arboris rubræ* seu *Aycau*, putant esse speciem, alii vero *Caryophyllastrum* esse dicunt, utrique vera dicunt, mixtam enim illarum arborum habet formam, sed tantopere diversam, ut peculiarem censeamus esse fruticem, binæ vero ejus sunt species alba & rubra, quarum differentia potissimum in cortice ac ligno consistit.

Primo. *Salay albus* surculos profert tenues ac firmos, quibus folia per ordines insident seu per paria ample distantia, quæ formam habent apicis minoris hastæ, tres quatuorque pollices longa, præter longum ipsorum apicem, ac tribus nervis longitudinalibus donata, quorum bini extremi prope oras excurrunt, ipsorumque interstitia repleta sunt plurimis costis transversalibus, per quas folium ab inferiore parte rugosum est, suntque porro superne obscure virentia, inferne pallide cinerea ac lanuginosa, scabra, sicca, ubi franguntur, sonitum edentia, sapore cum *Aycou* convenientia, qui est ex acido adstringens.

Fructus rari ac vagi dependent tenuibus in petiolis ex foliorum alis, suntque parvæ ac rotundæ baccæ, instar illarum Juniperi, seu paulo majores, ac coronula ornatæ, quæ ex quatuor formantur squamis, suntque porro siccæ, duræ, & cinereæ, intusque repletæ granulis parvis angulosis, pallide fuscis & splendentibus instar seminis Acetosæ, sed minoribus.

Cortex parum laceratus est, ex albo & viridi mixtus, sordidus ac muscosus: Lignum ejus est album, siccum, & si cædatur, satis durum.

Secundo. *Salay ruber*, arbuscula est priori similis, ejus vero cortex ex rubro & cinereo variegatus est, ac folia eandem cum præcedente habent formam ac magnitudinem, per tria quatuorve paria rachidi insidentia, quorum inferiora binos pollices longa sunt, ac magis uno lata, superiora tres quatuorve longa, excepto apice, ac vix binos lata, superne glabra & læte virentia, inferne non ita albicantia, sed magis ad viridem accedentia colorem.

Ejus fructus sunt quoque baccæ instar Piperis, itidem coronatæ, ac binæ tresve simul ex petiolis dependent, talesque bini petioli simul ex foliorum alis proveniunt, suntque squamosis ac foliaceis parvis repletæ seminibus.

Lignum est grave, durum, & album, sed siccum est & ruffum, sique cædatur difficulter per medium seu transversaliter finditur ob ejus duritiem, ita ut secures cito perdantur, per medium vero facile finditur, estque siccum admodum, & facile flammam concipit, licet sit viride.

Ambæ hæ species fructus suos proferunt Decembri, qui diu ex arbore dependent.

Nomen. Latine *Frutex carbonarius primus*, *albus*, & *ruber*, Malayensibus nullum obtinuit nomen, Macassarensibus vero dicitur *Tsjammo*, Amboinensibus *Salay* & *Salayer*, quibusdam *Saba* & *Mebu lappia*, alii illum vocant *Tsjenke utan daun kitsjel*, licet erronèe, hoc enim nomen *Caryophyllastro primo* competit supra descripto, qui in Leytimora vulgo *Halat* dicitur.

Locus. In ventosis crescit collibus atque ubique in insularum parvis silvis, uti & in Celebe.

Usus. Hujus lignum elegans ac optimum est, ex quo carbones exuruntur, sed plurimum miscetur cum illo *Arboris carbonariæ* seu *Kenet*, quæ simul in fossis comburuntur, atque hi carbones optime conducunt fabris indigenis, qui opus suum peragunt cum parvo igne, nostrates vero illos contemnunt, quum majorum folium viribus resistere nequeant, sed cito quasi avolant & disparent.

Cortex est *Ubat papeda*, unde & nomen *Mebu lappia* accepit, licet subsequens latifolia species melius in hunc conducat finem, ex rectis stipitibus raro ultra hominem altis pali seu Paggers optime formantur, tenera folia ad volvulos Tabacarios seu Bonchos adhibentur.

Est

LXVII. HOOFDSTUK.

De eerste Houtskole-struik.

SAlay *word een middelmatige boom, met een lage stam, omtrent een dye dik, dewelke sommige voor een medezoort van* Arbor rubra *of* Aycau, *anderen voor* wilde Nagelen *houden, beide hebben ze gelyk, want hy heeft van beide een gemengde gedaante, dog zo veel verschillende, dat wy hem voor een byzondere heester stellen, hy heeft twee zoorten witte en rode, het onderscheit meest in de schorsse en 't hout vertonende.*

1. Witte Salay *heeft dunne en styve ryskens, daar aan staan de bladeren in ryen tegen en wyd van malkander, gelykende een spits van een kleine piek, drie en vier duimen lang, behalven de lange spits, met drie zenuwen in de lengte, waar van de twee uiterste digt by de kanten lopen, en de tusschenplaatsen zyn doorregen met veele dwers-ribben, die het blad van onderen rimpelig maken; voorts zyn ze boven donker-groen, van onderen ligtgraauw of wolagtig, styf, droog, en in 't breken krakende, van smaak na het* Aycou *trekkende, dat is uit den zuren adstringerende.*

De vrugten hangen weinig by malkander, op dunne steeltjes uit den schoot der bladeren, en zyn kleine ronde besien als Genever, of wat grooter, met een kroontje boven op, van vier schubbetjes gemaakt, droog, hard, en graauw, binnen zyn ze gevult met kleine hoekige zaden, ligt-bruin, en blinkende als 't zaat van Zuring, dog kleinder.

De schorsse is wat gescheurt, uit den witten en groenen gemengt, vuil of mosagtig: 't hout is wit, droog, en in 't kappen redelyk hart.

2. Rode Salay *is een boompje 't vorige gelyk, dog de schorsse is uit den rode en graauwe gemengt, de bladeren zyn van dezelfde fatsoen en grootte, met drie en vier paar aan een rysken, de agterste twee duimen lang, ruim een breet, de voorste drie en vier lang, behalven de spits, en schaars twee breet, boven glad en blyde-groen, van onderen zo wit niet, maar meer na den groene trekkende.*

De vrugten zyn mede besien, klein als Peper, ook met een kroontje, hangen twee en drie by malkander op een steeltje, en zulke steeltjes twee uit een schoot der bladeren, schilferig, en van binnen met diergelyk klein zaat gevult.

Het hout is zwaar, hard, en wit, maar besterft ros en bruin als men het kapt, moeyelyk dwers te kappen volgens zyne hardigheid, zo dat het ook de bylen bederft, maar splyt zeer ligt in de lengte, is zeer droog, en brand ligt al is het groen.

Beide deeze zoorten vertonen haar vrugten in December, en men ziet ze lang aan den boom hangen.

Naam. *In 't Latyn* Frutex carbonarius primus albus & ruber, *in het Maleits heeft het geen naam, op Macasser by sommige* Tsjammo, *in 't Amboins* Salay *en* Salayer, *by sommige* Saha *en* Mehu lappia, *sommige noemen het* Tsjenke utan daun kitsjel, *hoewel qualyk, want deeze naam komt* Cariophyllaster primus *toe, hier boven beschreven, op Leytimor in 't gemeen* Halat *genaamt.*

Plaats. *Het wast op lugtige heuvelen, en overal in de kreupelbossche Eilanden, als mede op Celebes.*

Gebruik. *Dit is een kostelyk hout om kolen daar van te branden, dog werd meest gemengt met dat van* Arbor carbonaria *of* Kenet, *en t'zamen in kuilen gebrant. Deeze kolen zyn goed voor alle Inlandsche Smits, die haar werk by een klein vuur verrigten, dog de onze willen ze niet gaerne hebben, om dat ze de groote blaasbalken niet konnen verdragen, maar ligt vervliegen.*

De schors is een Ubat papeda, *waar van het de naam* Mehu lappia *heeft, hoewel 't volgende breedbladige daar toe bequamer is, uit de regte stammen, die men zelden vint, niet boven een man hoog, werden goede paggersteilen gemaakt, de jonge bladeren werden gebruikt tot Bonkos of rolletjes, waar in men den groenen Tabak wint.*

Daar

a
b

Est & alia latifolia *Salay* species, *Sesel* simillima, cujus folia bina sibi sunt opposita, sed ample distantia, tres quatuorque pollices longa, binos lata, tribus acutis costis per longitudinem donata, tenuia & glabra, subtus non albicantia, nec tot lateralibus costis pertexta.

Ejus fructus bini simul dependent magnitudine Pisorum, qui supra parum sunt umbilicati, intus in nigra ac cœrulea medulla innumera locantur semina arenam tenuem referentia.

Nomen. Latine *Frutex carbonarius latifolius*, Malaice *Salay lebber.*

Usus ejus est uti prioris, ad carbones nempe ex eo exurendos, vulgaris quoque est in Java, ibique vocatur *Daun kikir*, h. e. *folium avarum*, quum tam pusillos volvulos Tabacarios subpeditet, in quibus modo tria quatuorve Tabaci ramenta servari possunt.

Tabula Sexagesima Secunda

Ramum exhibet *Fruticis carbonarii*, cum folio majore *a*, & fructu *b* separato.

CAPUT SEXAGESIMUM OCTAVUM.

Frutex carbonarius asper. Ya.

Hic frutex folia gerit illis præcedentis maxime adcedentia, sed longiora, quinque & sex pollices longa, digitum lata, ac longiore apice donata quam *Salay*, ad oras obscure serrata, scabra, & per siccitatem sonitum edentia, ad tactum rugosa & acuta quasi, sunt autem maxime fragilia, ac mox emarcida, & sese convolventia, superne ex nigro virentia, inferne albicantia: Ex quavis foliorum ala brevibus ex petiolis binæ dependent rotundæ pilulæ magnitudine fere Fragorum, seu fructuum *Labarong*, externe squamosæ & virides, interne paucis angulosis repletæ seminibus, ejus folia tres nervos habent longitudinales, quorum bini laterales non in ipsum excurrunt apicem, sed a binis aliis excipiuntur: Ramorum cortex fuscus est & fragilis, atque truncus ad summum cruris crassitiem obtinet; lignum flavescit, satis durum est, & firmum, sed leve.

Pilulæ ejus sub initium pluviosorum mensium conspiciuntur, quum & folia magna ex parte decidunt, longæque ac firmæ ipsorum rachides sensim quoque ac cum sonitu quasi abrumpuntur & decidunt.

Nomen. Latine *Frutex carbonarius asper*: Amboinice in Hitua ac vulgo *Ya.* In Uliasserensibus insulis *Hissa uren*, h. e. Malaice *Pitsja*, quum folia ac rachides tam facile frangantur, quam vetula testa; in Oma *Sissin* dicitur.

Locus. Tam in litore quam in montibus provenit in levibus silvis, locis sterilibus ac ventosis, plerumque autem plurimis excrescit stipitibus haud ultra brachium crassis.

Usus. Longi ac recti ejus rami adhibentur ad costas nassarum, quum in aqua marina maxime sint durabiles, crassiores stipites palos præbent ac tigna ædium vulgarium Amboinensium: Uliasserenses incolæ corticem ejus potui *Towack* infundunt, uti *Ubat* seu *Pharmacum Saguero* miscetur, idem quoque cortex est *Ubat papeda* uti omnium *Salay* specierum. Folia contrita & illinita *Noman* atram faciei curant, quæ tetra Lepræ species est, per quam homines nigro defœdantur colore instar diabolorum.

N. B. Huic Capiti nulla adjecta fuit Icon.

Daar is nog een breedbladige Salay, *het* Sesel *zeer gelyk, wiens bladeren staan twee en twee tegens malkander, met wyde tusschenplaatsen, drie en vier duimen lang twee duims breet, met drie scherpe ribben in de lengte, dun en glad, van onderen niet witagtig nog met zo veele dwersribben doortogen.*

De vrugten hangen twee en twee by malkander, in de grootte van erweten, met een klein kuiltje boven op, binnen in een zwart-blaauw merg, leggen ontelbare kleine zaden als fyn zant.

Naam. *In 't Latyn* Frutex carbonarius latifolius, *in 't Maleits* Salay lebber.

Gebruik. *Men gebruikt het mede om kolen daar van te branden, gelyk het bovenstaande. Het is mede gemeen op Java, en hiet daar in 't Maleits* Daun kiker, *dat is* Gierig-blad, *om dat men zulke kleine Bonkossen daar van maakt, daar in qualyk drie of vier snibbeltjes Tabak zyn.*

De Twee en Sestigste Plaat

Vertoont een tak van de *Houtkools-struik*, met een grooter blad *a*, en de vrugt *b* afzonderlyk.

LXVIII. HOOFDSTUK.

De ruige Houtskool-struik.

Deeze struik heeft bladeren met de voorgaande Salay *meest overeenkomende, vyf a ses duimen lang, en een vinger breed, met nog een langer spits als het* Salay, *aan de kanten donker gezaagt, styf, en van droogte rammelende, ruig en scherp in 't aantasten, zeer bryzelig, en straks verdorrende, en t'zamen rollende, boven zwart-groen, van onderen witagtig. Uit ieder schoot der bladeren hangen aan korte steeltjes twee ronde pilullen, in de grootte van halfwassen aardbesien of de vrugten* Laharong, *buiten schubagtig en groen, binnen met weinige hoekige zaden vervult. De bladeren hebben drie zenuwen in de lengte, waar van de twee aan de zyden niet tot aan de spitsen komen, maar werden door twee andere vervangen. De schorsse der takken is bruin en bryzelig, de stam werd op 't meest een dye dik. Het hout is geelagtig, redelyk hart en styf, dog ligt.*

De Pilulen ziet men in 't begin van de oogst of regen Mousson, als dan vallen de bladeren meest af, de lange en styve ryskens breken ook kort en al krakende af.

Naam. *In 't Latyn* Frutex carbonarius asper: *Amboins op Hitu en in 't gemeen* Ya. *In de Uliassers* Hissa uren, *dat is in 't Maleits* Pitsja, *dewyl 't blad en takken zo ligt breken als een oude verrotte potscherve, op* Oma *wert het* Sissin *genaamt.*

Plaats. *Het wast zo wel op strant als in 't gebergte, en in 't kreupel bosch, op dorre en lugtige plaatzen; merendeels schiet het met verscheide stammen op, niet boven een arm dik.*

Gebruik. *De lange en regte takken werden gebruikt tot ribben van de vischfuiken of korven, vermits zy in zout water durabel zyn, de dikkere stammen werden gebruikt tot sparren en steilen aan de gemene huisjes of hutten der Amboinesen. De Inwoonders van de Uliassers doen de schorsse in haar* Towack, *gelyk men het* Ubat *of* Pharmacum *in de Saguweer doet. Dezelfste schors is mede een* Ubat papeda, *gelyk alle* Salay. *De bladeren gewreven en opgesmeert, genezen het zwarte* Noman *in 't aangezigt, een lelyke zoort van* Lepra, *waar door de menschen zo zwart werden als duivels.*

N. B. By dit Hoofdstuk is geen afbeelding van de Plant geweest.

CAPUT SEXAGESIMUM NONUM.

Folium politorium. Ampelaas.

A *Mpelaas* ad *Varingæ* ſpecies referri poſſet, quum vero plerumque tantum fruteſcat, atque ab incolis peculiaris habeatur planta, hinc ipſi etiam hic ſuum tribuam locum: binæ ejus ſunt ſpecies, humilis ſeu vulgaris, qui frutex modo eſt, alter in arbuſculam excreſcit.

Ampelaas vulgaris frutex eſt, ramos quosdam emittens longos, rectos, & lentos, qui tamen inferius brevem formant truncum, pedem craſſum, illis folia undique inſident inregularia, brevibus & craſſiuſculis in petiolis, quæ cum illis *Varingæ latifoliæ* conveniunt, ſunt autem dimidio minora, & inæqualis magnitudinis, inferiora enim tres & quatuor pollices longa ſunt, unum cum dimidio lata, ſuperiora quinque & ſex pollices longa ſunt, ac binos lata, in longum apicem deſinentia, craſſa, firma, rugoſa, & acuta inſtar linguæ felis, præſertim in ſuperiore ipſorum parte, ad oras non ferrata, prope nervum medium bini alii obliqui concurrunt, qui non ample ſeſe extendunt, ſed in alias deſinunt transverſales coſtas. Sic quoque nervus medius non perfecte folium in binas dividit partes, ſed una ſeu altera pars ſemper anguſtior eſt, qui character hiſce foliis communis eſt cum illis *Goby*: Coſtarum interſtitia pertexta ſunt innumeris minimis venulis cancellatis, quales obſervantur in *Varingæ* & *Goby* foliis, atque hæc, ſi abrumpantur, lac quoddam fundunt. Decerpta quoque mox ſicca ſunt, dura, & ſonora, inſtar corii exſiccati.

Nullos profert flores, ſed fructus minimos ſeu groſſulos, uti *Varinga groſſularia*, ſunt autem paulo majores, obſcure virentes, ſicci, & inſipidi, qui eodem quoque modo ramis inſident.

Ampelaas arborea rectum emittit truncum craſſitie Pinangæ, in obſcuros quoque annulos diviſum: Ejus folia potiſſimum conveniunt cum illis *Goby*, non autem ſunt dentata, ſed integra, & in teneris parum ſinuoſa, rugoſa, & verrucis acuminatis obſeſſa, unaque folii pars multo anguſtior eſt altera, ita ut nervus medius non directe per mediam folii partem decurrat, ſuntque quinque vel ſex pollices longa, binos cum dimidio & tres lata, tres quoque nervi ad inferiorem folii partem concurrunt, ac bini laterales non ample excurrunt, ſunt autem flaccidiora quam prioris, nec tam bene poliunt.

Fructus ſunt uti prioris: ejus cortex rugoſus eſt, muſcoſus, & in ramis lentus, lignum mollius eſt quam præcedentis, quod ſatis ſolidum ac durum eſt: Utriusque fructus ac potiſſimum minoris ſpeciei raro in conſpectum veniunt, quum continua ramorum avulſione inpediantur excreſcere.

Nomen. Latine *Folium politorium*, Malaice, Javanice, & Baleyice *Ampelaas*, vulgo Malayenſibus dicitur *Daun goſſo*, h. e. folium politorium ab ejus uſu, Amboinice in Hitua *Wellat*, in Leytimora *Itilat* & *Ila â un*.

Locus. In ventoſis creſcit collibus ac locis ſoli bene expoſitis, quoque ſolum ſit durius, eo craſſiora & firmiora ſunt ejus folia: in cunctis fere inſulis aquoſæ Indiæ creſcit, prima nempe ſeu humilis ſpecies, altera enim ſeu arborea a quibusdam non pro vera habetur Ampela, ſed *Goby* ſpecie.

Uſus. Hujus arboris folia tantum in uſu ſunt, quæ ligniarii, ciſtiarii & politores lignorum ſicca ſervant, ipſis enim perdolata poliunt ligna, præſertim ſcriniorum, ciſtarum, & ſedilium tortilium, unde illa glabram adquirunt polituram atque eleganter poliri poſſunt, folia enim hæc diu ſunt ſcabra & rugoſa, atque e ligno omnem tollunt ſcabritiem, nigrum Accarbahar ſeu Corallia eleganter quoque per hæc poſſunt glabra & polita reddi.

In Luhuneſi regione tertiam ejus inveni ſpeciem, quæ frutex erat longa & recta emittens flagella, quibus folia undique erecta inſidebant, majora, craſſiora, & firmiora quam vulgaris, coloris ex nigro virentis, atque integra, magisque rugoſa: Rami fructibus onuſti erant, lignum ſatis durum erat, ſed non ultra pedem craſſum. In Nako hujus ingens invenitur arbor.

In

LXIX. HOOFDSTUK.

Het Polyſt-bladt.

A Mpelaas *zoude men onder de zoorten van* Varinga *mogen rekenen, dog dewyl het gemene maar een heeſter blyft, en van de Inlanders voor een byzondere plant gehouden word, zo zullen wy hem hier ook een byzondere plaats geven. Hy heeft twee zoorten, het lage of gemene, blyvende een heeſter, de tweede werd een boom.*

Het gemene Ampelaas *is een ſtruik, met ettelyke lange, regte, en taaije takken opſchietende, die egter beneden een korte ſtam van een been dik formeren, daar aan ſtaan de bladeren rontom zonder order op korte dikke ſtelen, dewelke gelyken die van de grootbladige* Varinga, *dog die wel de helft kleinder zyn, van ongelyke grootte, want de agterſte zyn drie en vier duimen lang, een en een half breed; de voorſte zyn vyf en ſes duimen lang en twee breet, voor met een lange ſpits, dik, ſtyf, ruig, en ſcherp als een Kattetong, byzonderlyk aan de bovenzyde, aan de kanten ongezaagt, by de middelzenuwe ſtoten nog twee andere ſchuinſe t'zamen, die niet verre lopen, maar ſtuiten tegen andere dwers-ribben. Zo deelt ook de middelzenuwe 't blad niet regt in tween, maar d'een of voorſte helft is altyt ſmalder, welk merkteken deeze bladeren gemeen hebben met de* Gohy. *De tuſſchenplaats van de ribben zyn doorweven met ontallyke kleine adertjes, die zodanige ruitjes maken, gelyk men ziet aan de bladeren van* Varinga *en* Gohy, *gelyk ze ook in 't afbreken een weinig melk geven. De afgetrokkene werden ſtraks droog, hard, en rammelende als geſchrompelt Leer.*

Het draagt geen bloeiſel, maar wel kleine vrugten of Vygen, gelyk de Varinga groſſularia, *dog wat grooter, donker-groen, en droog, zonder ſmaak, die ook op dezelfſte manier aan de takken zitten.*

Het boomagtige Ampelaas *ſchiet met een regte ſtam, in de dikte van een Pinang-boom, ook in donkere leden verdeelt. De bladeren komen meeſt overeen met het* Gohy, *dog zy zyn niet getant, maar met hele kanten, of aan de jonge ſlegts een weinig bogtig, ruig, en met ſpitſe wratten bezet; de eene helft van 't blad is merkelyk ſmalder, dan de andere, zo dat de middelzenuwe niet regt door het midden gaat, van vyf tot ſes duimen lang, twee en een half en drie breet; agter ſtoten ook drie zenuwen te zamen, en de twee ter zyden lopen niet verre, zy zyn ſlapper dan de vorige, en ſchueren zo wel niet.*

De vrugten zyn als aan 't vorige: de ſchors is ruig, mosagtig, en aan de takken taai, het hout is weker dan aan 't vorige, 't welk redelyk digt en hart is. De vrugten aan beide, dog meeſt aan de kleine ziet men zelden, om dat 't door 't gedurig afrukken der takken onder de voet gehouden werd.

Naam. *In 't Latyn* Folium politorium, *op Maleits, Javaans, en Baleits* Ampelaas, *in 't gemeen Maleits noemt men het* Daun goſſo, *dat is Schuerbladt, van zyn gebruik, Amboins op Hitu* Wellat, *op Leytimor* Itilat *en* Ila â un.

Plaats. *Het waſt op lugtige heuvelen en plaatſen, die wel ter zonne ſtaan, en hoe harder de grond is, hoe dikker en ſtyver bladeren het heeft. Het waſt meeſt in alle Eilanden van Water-Indien, te weten de eerſte of lage zoorte, want de tweede rekenen veele voor geen opregte Ampelaas, maar voor een zoort van* Gohy.

Gebruik. *Van deeze ſtruik heeft men geen ander gebruik, dan in de bladeren, dewelke de Timmerlieden, Kiſtemakers, en alle die in 't hout werken, gedroogt bewaren, want met dezelve ſchueren ze al het opgeſchaafde houtwerk, inzonderheid kantoren, kiſten, gedraaide ſtoelen, en al fyn werk, waar van zy glad en effen werden, en daar na het polyſt te beter aannemen, want de bladeren houden deeze ruigheid en ſcherpheid lange tyd, en nemen van 't hout alle oneffenheid weg. Zwart Accarbahar of Kraalboompjes kan men ook mooi daar mede ſchueren en glad maken.*

Op 't Luhuneſe land heb ik nog een derde zoort gevonden, zynde ook maar een ſtruik met lange en regte takken, daar rontom de bladeren meeſt overeind ſtonden, grooter, dikker, en ſtyver dan aan 't gemene, zwart-groen van couleur, met effene kanten, en alzo ruig. De takken hingen vol vrugten, 't hout was redelyk hart, dog niet boven een been dik. Op Nako hebben ze egter een groote boom hier van.

In

In Adpendice hæc adduntur.

Similis arbuſcula obcurrit in *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 60. deſcripta ſub nomine Malab. *Teregam:* Portugallice *Arvore da raspa*, Belgice *Ryf-boom*, cujus rugoſa folia itidem adhibentur ad ligna polienda.

Tabula Sexageſima Tertia

Ramum exhibet fruticis, qui *Folium Politorium Rumphio* vocatur, atque ſine dubio ad *Ficus Indicas* pertinet, uti ex ejus deſcriptione, ac præſertim fructibus conſtat: quam ſententiam quoque fovet *Cl. Commelinus* ad *Teregam H. Malab.*; quæ hinc ipſi in notis ibi dicitur Ficus Malabarica foliis rigidis, fructu rotundo lanuginoſo, flaveſcente, Ceraſi magnitudine.

In het Byvoegzel wert 'er dit bygedaan.

Een diergelyk boompje is beſchreven in het derde deel Fig. 60. *van de* Hortus Malab. *met den Malabaarſche naam* Teregam, *in 't Portugees* Arvore da raspa, *op 't Duits* Ryf-boom, *wiens ruige bladeren mede gebruikt werden tot het ſchueren van houtwerk.*

De Drie en Seſtigſte Plaat

Vertoont een tak van het *Polyſt-bladt*, welke boom zekerlyk tot de zoorten van *Indiſche Vygen* behoort, zo als uit deszelfs beſchryving en de vrugten klaarlyk blykt, in welke gedagten ook is de Hr. *Commelin* omtrent de *Teregam* van de *Hortus Malab.*, welke hy daarom in de aantekeningen aldaar noemt Malabaarſche Vygeboom, met ruwe bladen, en een ronde, wolagtige, en geelagtige vrugt, in de grootte van een Kers.

CAPUT SEPTUAGESIMUM.

Folium calcoſum. Daun capur.

HÆc eſt arbor mediocris, non fruticoſa, ſed ſimplicem plerumque emittens truncum, inſtar Ricini, cui quodammodo adfinis videtur eſſe, in raros dividitur ramos, quibus folia undique inſident folitaria, inregularia, & quodammodo vaga, longis ac rotundis petiolis inſidentia: Folia hæc bivel triformia ſunt juxta ætatem, juniora enim in quinque notabiles angulos ſunt diviſa, inſtar foliorum *Malvæ*, bini vero ſupremi anguli maxime dentati ſunt, ac binas peculiares formant lacinias, bini autem inferiores parvi ſunt ac vix prominentes, ſuntque porro ample dentata: Seniora folia hoſce plerumque perdunt angulos, ad unam modo partem anguli veſtigium exhibentia, in omnibus vero prope petiolum quinque magni concurrunt nervi, exceptis pluribus aliis, qui folium inferne rugoſum conſtituunt; Superiora decem & undecim pollices longa ſunt, inferiora ſeptem & octo, ac ſemper pollicem latiora, quam longitudinem & ipſorum petioli obtinent, unde & quædam retro flexa ſunt: Folia ſubtus, petioli, ac porro rami alba & craſſa arenoſaque farina quaſi conſperſi ſunt inſtar calcis, quæ manibus etiam adhæret, quum tractentur.

Flores in ramorum extremo excreſcunt longis in petiolis ſeu racemis, a decem ad octodecim pollices longis, quorum quinque ac ſex ſuperius conjuncti ſunt, ac rami finem ad latus comprimunt, cui tenera inſident folia: Petioli hi undique obſeſſi ſunt capitulis ex cinereo viridibus, inſtar Lini capitulorum, quæ quinque obſcuris ſulcis notata ſunt ac ſtriata, atque ruffa craſſaque medulla conſperſa: Matutino tempore hæc ſeſe aperiunt in quinque breves & amplos radios, qui fundum conſtituunt, intus ex viridi flaveſcentes, inque medio pilulam formant ex craſſis ſtaminibus conſtructam, antheras floris gerentibus.

Fructus eſt inſtar Ceraſi nigri minoris, longiuſculo & flaccido inſidens petiolo, plerumque ex binis tribusve ſegmentis conſtans, coloris ex cinereo viridis, ac quoque arenoſus, quodvis autem ſegmentum ſulcatum eſt, & unum altero majus, quod inſtar adpendicis eſt, plerumque enim hic fructus bifidus eſt, ſique trifidus ſit, illum Ricini refert, intra menſem hi fructus matureſcunt, ac cito dehiſcunt, unumque alterumve exhibent officulum Piſum referens minus, quod obducitur carne tenui & aurea, intus vero reconditur granulum durum, nigrum, ex rotundo acuminatum, atque externe multis cavitatibus inæquale.

Rami rotundi ſunt, albicante & glabro obducti cortice, lignum eſt album, molle, & ſubtile, inſtar illius Tiliæ: Fructus in medio Orientalis anni temporis in conſpectum veniunt.

Nomen. Latine *Folium calcoſum*, Malaice *Daun capur*, Ternatice *Hate fica fica ngadu* ſeu *doſſal madoro*, Amboinice *Ayaur* ſeu *Tatume aur*, in Lœhoa *Tattume cabule*, in Uliaſſerenſibus inſulis *Luba* & *Ruba*, in Homa *Toa*, quidam hanc quoque vocant arborem *Aynitu*.

Locus. In Amboina, Cerama, & Moluccis creſcit, ubique in minoribus ſilvis ac deſertis hortis.

LXX. HOOFDSTUK.

Het Kalk-bladt.

Dit werd een middelbare boom, niet ſtruikagtig, maar meeſt met een enkelde ſtam opſchietende, gelyk een Ricinus, met den welken het eenige verre maagſchap ſchynt te hebben, en verdeelt zig in weinige takken; rontom dezelve ſtaan de bladeren enkelt, zonder order, wat wyd van malkander, en op lange ronde ſtelen. De bladeren zyn van twee of driederlei fatſoen, na hare ouderdom; want de jonge zyn in vyf merkelyke hoeken verdeelt, gelyk het blad van Malva; dog de twee voorſte hoeken zyn diep gekerft, en maken twee byzondere lappen, ſtaande na voren, maar de twee agterſte hoeken zyn klein, en even uitſtekende, voorts rontom wyd getant, de oude bladeren verliezen meeſt de voornoemde hoeken, ſlegts aan de eene zyde de voetſtappen van een hoek behoudende, en aan alle ſtoten van onderen vyf groote zenuwen by den ſteel t'zamen, behalven nog veele anderen, die 't blad van onderen ruig maken: de voorſte zyn tien en een halve duimen lang, de agterſte zeven en agt, en t'elkens een duim breder, zo lang ook hare ſtelen zyn, waar van zommige agterwaarts gebogen ſtaan, de bladeren van onderen, ſtelen, en 't voorſte der takken zyn met een wit en grofzandig meel behangen, als kalk, 't welk aan de handen blyft hangen, als men ze handelt.

Het bloeiſel komt voort aan het uiterſte der takken, aan lange ſtelen, of troſſen van tien tot agttien duimen lang, waar van vyf a ſes aan 't voorſte by malkander ſtaan, en drukken 't eind van de tak, daar aan de jonge blaatjes ſtaan, geheel ter zyden uit. Zy zyn rykelyk behangen met graauw-groene knoppen, als vlasdodden, met vyf donkere vorens geſtreept, en met een ros zandig meel beſtrooit, in de morgenſtonden openen ze haar in vyf korte en brede ſtraaltjes, dewelke het boompje uitmaken, van binnen groen-geel, en hebben in de midden een pilulle van dikke draatjes gemaakt, en daar op geele noppen.

De vrugt is als kleine Krieken, ieder op een langagtig ſlap ſteeltje, door malkander uit twee en drie deeltjes gemaakt, grys-groen, en mede zandig, en ieder deel met nog een byzondere voren, waar van het eene deel altyt grooter is, 't ander als een byvoegzel van 't groote, want de tweedelige zyn de meeſte, maar de driedelige vertonen een jonge vrugt van Ricinus; zy werden binnen een maant ryp, en berſten haaſt open, en vertonen een a twee ronde korls, als kleine erweten, bekleet met een dun en gout-geel vleeſch, binnen leit een hard en zwart ſteentje, uit den ronden wat toegeſpiſt, en buiten om met veele kuiltjes.

De takken zyn rond, met een witagtige, effene ſchorſſe bedekt, 't hout is wit, week, en fyn als Linden-hout, de vrugten ziet men in 't midden van de Ooſt Mouſſon.

Naam. *In 't Latyn* Folium calcoſum, *in 't Maleits* Daun capur, *op Ternaten* Hate fica fica ngadu *of* doſſal madoro, *op Amboin* Ayaur *of* Tatume aur, *op Loeboe* Tattume cabule, *in de Uliaſſers* Luha *en* Ruha, *op Homa* Toa, *zommige noemen 't ook* Aynitu.

Plaats. *Het waſt in Amboina, Ceram, en de Moluccos, overal in 't kreupelboſch en in verlatene tuinen.*

Uſus. Gebruik.

Usus. Trunci non ultra pedem crassi adhibentur ad vulgares palos, qui iterum nempe excrescere possunt, ubi enim in obtecto locantur loco, cito pereunt, in Uliasserensibus lignum sumunt tenuissime scissum & siccatum, quod aliis admiscent ramentis odoratis pro suffimigio, quum & quodammodo etiam sit odoratum: Tenera ejus folia cum Curcuma & aqua marina contrita omnibus scabiosis malis inliniuntur, ad illa curanda, uti cum Haleco litorea idem peragitur.

Corticis succus alicujus oculis instillatur & propinatur in horripulatione febris, quæ aliquando cessat, sed fortiter oculos vellicat at sine noxa, per quam forte alterationem febris expellitur: Cavendum autem est quam maxime, ne farina arenosa foliis ac petiolis adhærens alicujus oculos tangat, quum dolorem ingentem excitet. Hujus arboris folia in pulverem comburuntur, ac cum Baru Sagueri arboris miscentur ad focum igniarium suscitandum, cinisque horum foliorum in Ternata adhibetur ad pigmentum Cassomba dictum.

Gebruik. *De stammen die niet boven een been dik zyn, werden tot dagelykse pagger-steilen gebruikt, te weten, daar het weder uitschieten zal, want gedekt staande vergaat het haast; in de Uliassers nemen ze 't dunste gesneden en gedroogt hout, en mengen het met andere riekende spaanderen tot reukwerk, om dat het eenigzints welriekent is. De jonge bladeren met Curcuma en zeewater gewreven, smeert men op alderhande schurftheid, om die te genezen, gelyk men met de* Halecus litorea *doet.*

Het sap van de schors druipen ze iemant in de ogen, geven hem ook daar van te drinken, als de huivering van de koorts aankomt, dewelke zomtyts daar van wel overgaat, maar 't byt dapper in de ogen, hoewel zonder schade, door welke alteratie de koorts misschien verschiet, maar men moet zig wel wagten van 't zandige meel aan de bladeren en stelen hangende, dat het niemant in de ogen komt, want het veroorzaakt groote pyn. De bladeren van deeze boom werden tot pulver gebrant, en met Baru van Saguweers-bomen gemengt tot tontel, om 't vuur ligt te ontfangen, de gebrande assche van de bladeren dienen in Ternaten tot Cassomba-verwen.

In Adpendice hæc adduntur.

Altera datur *Folii calcosi* species, foliis cum *Daun baru* conveniens, quæ nempe sunt cordiformia, quinque pollices longa & lata, ipsorum sinus autem non est profundus, suntque ad oras ample dentata, nec angulis protuberantibus donata, superne obscure virentia, inferne albicantia, ac farina ista consperſa, quæ abradi potest, tres nervi prope foliorum ortum concurrunt, ac quodvis folium tereti insidet petiolo rugosoque sine ordine circa ramos.

Dit wert in het Aanhangzel 'er bygedaan.

Daar is nog een tweede zoort van Folium calcosum, *aan bladeren het* Daun baru *gelyk, te weten hertformig, vyf duimen lang en breed, dog de kloof is niet zeer diep, aan de kanten wyd getant, en zonder uitstekende hoeken, boven doods-groen, van onderen witagtig, en met meel bestrooit, het welk zig afvryven laat, drie zenuwen stoten by den oorspronk t'zamen, en yder bladt staat op een lange, ronde, en wat ruige steel, zonder order rontom de takken.*

Tabula Sexagesima Quarta

Ramum exhibet fruticis, qui *Folium calcosum Rumphio* vocatur, ubi litt. A *tenerum denotat folium* quinque angulis notatum. B *vetustum* folium, cujus anguli in sinus excreverunt.

De Vier en Sestigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, welke het *Kalk-bladt* by *Rumphius* genaamt wert. Alwaar lett. A aanwyst een *jong bladt* met vyf hoeken. B een *oud bladt*, wiens hoeken in plooijen uitgegroeit zyn.

CAPUT SEPTUAGESIMUM PRIMUM.

Frutex excæcans. Kyel.

Supra libro tertio arborem excœcantem descripsimus, cujus incolæ hanc putant esse speciem, atque unum idemque dant nomen, ego autem tanquam diversam plantam hanc describere malui.

Frutex est, varios emittens ramos, inferius parvum formans truncum, fallax autem est arbuscula, eleganti & glabra sua forma homines adliciens, noxia autem est, si tractetur, unde necesse est, ut rite adtendatur, & adcuratam ejus notitiam habeamus, ejus vero rami sunt rotundi, elegantes, glabri, ac fusco cortice obducti, qui superne viridis est: Folia ejus sunt cordiformia, sed inferius non sinuosa, superius in acutum apicem desinentia, intense glauca, mollissima & glabra ad tactum, nullo autem modo splendentia, vetusta quatuor pollices longa sunt, tres lata, ac potissimum cordiformia, juniora sex pollices longa sunt, quatuor lata, cuspidem hastæ referentia, integra, sed parum in arbore sinuosa, atque ordinatis parallelisque costis pertexta, longis insident petiolis uti Populi folia, quæ superne subrotunda sunt, inregulariter autem e ramis excrescunt.

In ramulorum summo flores excrescunt longis ex julis, sex septemve digitos longis, uti in arbore excæcante, sunt autem longiores, inque iis primo proveniunt capitula ex flavo viridia, quæ in flosculos excrescunt flabelliformes, sunt enim brevia filamenta seu stamina pilosa, nigras antheras gerentia, in semi circulo locata, hæc fructus subsequuntur ex rotundo angulosi, ex cœruleo virentes colore, illis Capparidis similes, sed majores, rarique perfecti sunt, intus officulum reconditur fuscum, alba ac molli medulla repletum, plurimæ vero hæ baccæ vacuæ sunt. Huc usque omnes ejus partes externe elegantes fuere, sed funestum subsequitur, quod est ejus lac, ex petiolis abruptis exstillans, primo candidum, dein siccum cœrulescens, est autem non ita copiosum, quam in arbore excœcante, sed magis nocivum, uti mox

LXXI. HOOFDSTUK.

De blindmakende Struik.

Boven in het derde boek hebben wy beschreven een Arbor excæcans, *waar van de Inlanders dit voor een medezoort houden, en ook eenderlei naam geven, dog ik heb het liever voor een byzondere plant willen beschryven.*

Het blyft een heester, met verscheidene takken opschietende, of beneden een kleine stam formerende, het is een bedriegelyk boompje, met zyn fraaije en gladde gedaante de menschen aanlokkende, dog schadelyk om te handelen, en dient dierhalven wel gekent te zyn, want zyn takken zyn ront, mooi, effen, en met een bruine schors bekleet, zonder boesem, en voor met een lange spits, hoog zeegroen, zeer zagt, en glad in 't aantasten, dog geenzints na boven toe groen. De bladeren hertformig, dog agter blinkende, de oude vier duimen lang, drie breet, en meest hertformig; de jonge ses duimen lang, vier breet, en 't yser van een partisaantje gelykende, zo als de Spaanse Vaandrigs dragen, met effene kanten, hoewel ze aan de boom wat bogtig staan, en met parallele ribben geschikt doortogen: zy staan op lange stelen gelyk de Populierbladeren, die boven rontagtig zyn, zonder order om hare takken.

Aan 't voorste der ryskens komt 't bloeisel voort, zynde smalle kattekens, ses en seven vingeren lang, gelyk aan de Arbor excæcans, dog langer; daar aan ziet men eerst geel-groene knopjes, waar uit worden kleine bloempjes, ieder verbeeldende een wayertje, want 't zyn korte draatjes of hairtjes, met zwarte noppen, in een halve cirkel staande, naar deeze komen de vrugten, uit den ronden wat hoekig, blaauw-groen, de Cappers gelyk, dog grooter, en weinig tot volkomenheid, binnen leit een bruine korl, met een wit en week merg, dog de meeste besien zyn ydele. Tot nog toe is alles mooi geweest, maar de doot steekt in de pot, uit de afgebrokene stelen druipt een witte melk, die blaauwagtig besterft, wel zo veel niet als uit de Arbor excæcans, dog ruim zo schadelyk, gelyk straks zal gezegt werden; uit de gequeste takken druipt ze ook, dog schaars, en uit de stam schier geen. Het hout is

A
B

mox indicabitur, ex vulneratis ramis itidem exstillat, sed parva copia, atque ex trunco fere nullum: Lignum est album, molle, & inutile, deciduaque folia eleganter rubent, abrupta vero nigrescunt: Fructus Octobri in conspectum veniunt.

Nomen. Latine *Frutex excæcans:* Malaice *Caju matta buta darat*, h. e. lignum excæcans terrestre, ad distinctionem *arboris excæcantis*, quæ semper in litore crescit: Amboinice *Kiel* & *Siel*, in Leytimora *Sija mahuri*, aliis vero *Matta buli loumuri*, Baleyice *Plando* & *Plandje*, Javanice *Sabatimbia*, Ternatice *Jiddi lule*, h. e. sputum profluens, a forma siccorum julorum.

Locus. Ad oras silvarum crescit, in vallibus, campis, & minoribus silvis, sed ubique in parva copia, in Amboina, Java, Baleya, & Celebe obcurrit.

Usus. Primo monendum est, ne lac hoc nocivum alicujus oculos vel crudam tangat carnem, in oculis enim periculosius est ad hosce perdendos illo arboris excæcantis, licet rara ejus prostent exempla, quum & rarius obcurrat, quam litorea ista species, quam plerumque nautæ inprudenter cædunt, ut id supra loco suo fuit indicatum: Nihilominus tamen noxia hæc planta multum præbet usum, ac præsertim cortex ipsius lactescens, Amboinenses enim æque ac Baleyenses illum adhibent ad nigrum tingendum colorem, contundunt enim hunc cum foliis vel cortice Lehæ, quæ ipsorum est alumen, admiscentque nigræ argillæ, qua obvolvunt lintea alba, seu fila ex Gossypio contexta, quæ nigro inbuere volunt colore, perque aliquot septimanas ita deponunt, ex quibus dein vestimenta nigra ac striata texunt: Ejus lignum conterunt Indorum curatrices supra porphyritim cum aqua, inliniuntque artibus dolentibus, seu lancinationibus adflictis, quæ caussantur ab acribus humoribus circa articulos conlectis, quod plerumque gravium morborum præsagium est: Ternatenses ejus radicem interne quoque adhibent, non autem novi huc usque contra quosnam morbos.

Celebes populi ejus cortice non utuntur ad tincturam nigram formandam, sed ejus foliis ac fructibus, quos aquæ incoquunt cum *Daun contu*, quam in craterem effundunt, admiscentque ipsi cœnum nigrum, in quo lintea alba subigunt, ac tali modo per noctem ac diem deponunt.

Arbores ibi crassitiem adquirunt Pinangæ, non alte excrescentes, sed amplam formantes frondem, ipsarumque trunci vetustiores cor generant nigricans.

Tabula Sexagesima Quinta

Ramum exhibet *Fruticis excæcantis.*

is wit, week, en ondeugent, de afgevallen bladeren werden schoon root, maar de afgebrokene zwart, de vrugten ziet men in October.

Naam. *In 't Lateyn* Frutex excæcans, *in 't Maleits* Caju matta buta darat, *dat is 't landelyke blind bout, tot onderscheit van de* Arbor excæcans, *die altyt op strand wast, op Amboin* Kiel *en* Siel, *op Leytimor* Sija mahuri, *by andere* Matta huli loumuri, *in 't Baleits* Plando *en* Plandje. *Op 't Javaans* Sabatimbia, *op Ternaten* Jiddi lule, *dat is vloeyend speeksel, van de gedaante der droge kattekens.*

Plaats. *Het wast aan de randen van de bosschen, in de valyen, velden, en in 't kreupel bosch, dog overal weinig, men vint het in Amboina, Java, Baleys, en Celebes.*

Gebruik. *Voor eerst moet men gewaarschout zyn voor deeze schadelyke melk, dat ze niemant in de ogen of op 't raauwe vleesch komt, want in de ogen is ze periculeuser om dezelve te bederven, dan het strand blind bout, hoewel men weinige exempelen daar van heeft, om dat ze weiniger te vinden is dan de strandzoort, daar gemeenlyk 't bootsvolk onvoorzigtig inkappen, gelyk boven op zyn plaats gemeld is. Niet te min heeft men nog al veel gebruik van deeze schadelyke plant, inzonderheid van hare melkagtige schors, want zo wel de Amboinesen als Balyers gebruiken dezelve om zwart te verwen, namentlyk zy stampen dezelve met de bladeren of schors van Leba, 't welk haar aluin is, mengen dit onder zwarte klei, en bewinden daar mede het witte linnen of cattoen-gaarn, dat ze zwart willen hebben, en laten dat zo eenige weeken leggen, waar uit ze daar na zwart-gestreepte kleetjes weven. Zyn bout wryven de Indiaansche Meestressen op een steen met water, en smeren het op de leden, daar in zy pynelyke steeken gevoelen, veroorzaakt wordende door eenige scherpe humeuren omtrent de gewrigten vergadert, gemeenlyk een voorbode van zware ziekte. De Ternatanen gebruiken de wortel ook binnens lyfs, dog tegen wat ziekte heb ik nog niet ervaren.*

De volkeren van Celebes gebruiken tot zwart-verwen niet de schorsse, maar de bladeren en vrugten, dewelke zy in water koken met Daun contu, *gieten zulks in een bak, vermengen dat met zwarte modder, kneden 't witte linnen daar in, en laten 't aldus een dag of nagt staan.*

De bomen werden aldaar zo dik als een Pienang-boom, niet hoog, maar breet van kruin, en de oude stammen gewinnen een zwartagtig hert.

De Vyf en Sestigste Plaat

Vertoont een tak van de *blindmakende Struik.*

CAPUT SEPTUAGESIMUM SECUNDUM.

Cortex saponarius. *Langir.*

PLerumque frutex est altus & gracilis, simplici adsurgens trunco, aliquando in altam excrescit arborem, quæ truncum gerit rectum & glabrum, hominem circiter crassum, qui cunctos suos ramos in vertice explicat sed raros, quorumque rachides eo copiosiores sunt, ac breves, tenues, striatæ seu angulosæ, atque in summo bifidæ: Quumque primum a me tanquam frutex fuerit observatus, hinc eum hic locavi, quum alioquin inter arbores locum teneat.

Folia cum illis Syderoxyli conveniunt, sed sunt flaccidiora, attamen bina sibi quoque sunt obposita per bina, tria, ac quatuor paria una in rachide, quæ simplex ac inregulariter ex ramis excrescit, atque in summo tenuissima & angulosa est.

Folia ex rotundo oblonga sunt, tenuia, inferius lata, ac superius in obtusum apicem desinentia, paucis obliquis venis pertexta, subtus glauca, inæqualis magnitudinis, superiora enim ultra palmam longa sunt, transversalem manum lata, in medio latissima, inferiora triplo minora sunt, ac subrotunda, brevissimis petiolis insidentia, atque rachides prope ortum geniculatæ sunt seu articulatæ, ubi & ingens verruca locatur: Plurima foliorum pars ab insectis depascitur, flaccida sunt, & quasi emarcida.

Flores

LXXII. HOOFDSTUK.

De Seep-schors.

D*It blyft merendeels een hoge ranke heester, dog met een enkelde stam op[illegible], zomtyts werd het een hoge boom, met een regte en effene stam, omtrent een man dik, die alle zyne takken aan den top uitbreit, welke weinig zyn; dog de ryskens daar aan zyn zo veel meer, kort, dun, gestreept, of geboekt, en aan de voorste zig altyd in tween verdelende. Om dat hy dan in 't eerst voor een heester van my aangezien is, zo heb ik hem hier geplaatst, daar hy anders onder de bomen behoorde.*

De bladeren gelyken die van 't Yser-hout, dog zyn slapper, staan ook twee en twee tegen malkander, met twee, drie, en vier paren aan een rysken, die enkel en zonder order aan de takken staat, en na voren toe zeer dun en geboekt is.

De bladeren zyn langwerpig-rond, dun, agter breet, en voor met een stompe spits toelopende, met weinige schuinse aderen, van onderen blaauw-groen, zeer ongelyk van grootte onder malkander, want de voorste zyn ruim een hand lang, en een dwers-hand breet, en in de midden breetst, de agterste zyn driemaal kleinder, en meest rond, op zeer korte steeltjes. De ryskens by haar oorspronk hebben een buld of knietje, daar omtrent men ook een grote wrat ziet, de meeste bladeren zyn van 't ongedierte doorwreten, verslenst of verzengt, en staan als dor.

Het

Flores sunt albi, ac potissimum ex longis formantur staminibus instar flocci albi capillitii vel serici, plurimi simul adunati, & longo firmoque petiolo insidentes: Fructus sunt siliquæ tenues ac planæ, superius rotundæ, quatuor & quinque pollices longæ, binos latæ digitos, adeoque tenues, ut chartaceæ seu foliaceæ habeantur, in hisce ossicula locantur plana, transversalia, pauca, tenuiora & latiora illis Cucumeris, ex nigro fusca.

Rami fragiles sunt, cortex pallide cinereus, succosus, & lentus est, lignum exterius durum, interius album est ac molle.

Nomen. Latine *Cortex saponarius*, Malaice, Javanice, & Macassarice *Langir*, Amboinice in Hitœa *Pate*, & ad distinctionem *Pate* arboris, quæ est *Manga fœtida*, *Pate abbal*, Amboinenses enim hanc pro ipsius specie habent, quum tamen melius cum Syderoxylo conveniat, nisi hanc compararent cum illa ob acrem corticis succum, in Leytimora *Bate* vocatur.

Locus. In campis crescit, minoribus silvis, & in litore, in altis Amboinæ montibus raro obcurrit, frequentior est in Celebe circa Macassaram, ubi luxuriose ad fluminum ripas crescit.

Usus. Trunci ac radicum cortex magno in usu est ad caput lavandum, hoc enim melius depurat quam Sapo vel Limones ab omni inpuritate, muco, & squamis: Viridis autem non ita in hunc conducit finem quam siccatus, quum nimis acer sit, ac capillorum radices inde vacillent, unde & Macassarenses in fluviis natantes recentia sumunt ac præferunt folia, quæ ubique ad manus sunt in ipsorum ripis, non tamen ita depurant quam cortex, unde & hic in istum adservatur finem, ex arbore decorticatus, & ad solem exsiccatus, qui in fasciculis conligatus in loco servatur sicco, quumque caput isto lavare velimus, conteritur manibus in aqua, quæ inde spumescit, ac spuma hæc capiti & corpori instillatur, ubi mox disparet, quam primum sudores ac pinguedinem tangat, minima autem pinguedo inter fricandum cortici admixta, hunc enervat, ita ut nullam emittat spumam, hæc aqua ab oculis arcenda est, quum acris sit, illosque vellicaret; atque post lavamen hujus corticis quidam solebant Limonem tostum seu Calappi medullam capiti inlinire, quum *Langir* capillos reddat nimis siccos, præsertim in feminis, ita ut hos non rite possint flectere vel ligare: in aqua itidem conteritur, donec spumescat, atque inlinita felicissime curat venenatos ictus vesparum, apium, ac similium insectorum, licet diu jam intumuerint: Per hoc arcanum Macassarensis quidam multum lucratus est pecuniæ, sed simul adeo avarus evasit, ut avum, qui a vespa ictus erat, sine pecunia numerata nollet curare, unde & uxoris divortium subsequebatur.

Sic itaque hic cortex ab Amboinensibus & incolis tanquam vulgaris sapo adhibetur, cum quo & folia simul adhibent. Gorontales incolæ, qui multum ex silvestribus Oebissen vivunt, illum subigunt sub Oudo seu Betule, ut ejus noxia qualitas tollatur.

In Rumphii auctuario hæc adduntur.

Notandum est, hunc corticem, quum abradere ipsum velimus, primum ligno feriendum esse, quo mollescit, ac in longas partes decorticari potest, uti cum *Culit lawan* fit: Recens autem hic abrasus cortex ingratum fundit odorem, ita ut nauseam moveat.

Tabula Sexagesima Sexta

Ramum exhibet *Fruticis Saponarii*, floribus ac siliquis onustum.

Het bloeisel is wit, en bestaat meest uit lange draatjes als een vlok wit hair of zyde, by malkander aan een trosje, en dezelve veele by malkander op een lange styve steel. De vrugten zyn dunne platte houwen, voor ront, vier en vyf duimen lang, twee vingeren breet, zo dun dat men ze voor perkament of een dik blad aanziet, daar in leggen over dwers weinig platte zaden, dunder en breder als Komkommer-korls, zwart-bruin.

De takken zyn bros, de schors ligt-graauw, sappig en taay, 't buitenste hout hart, 't binnenste wit en week.

Naam. *In 't Latyn* Cortex saponarius, *in 't Maleits, Javaans, en Macassaars* Langir, *in Amboin op Hitoe* Pate, *en tot onderscheit van* Pate, *een boom, 't welk is* de Manga fœtida, Pate abbal, *want de Amboinesen houden het voor een medezoort van 't zelve, daar het nogtans beter gelykenis met Yser-hout heeft, of zy moesten het doen wegens het scherpe sap, dat in de schors steekt, op Leytimor* Bate.

Plaats. *Het wast in de velden, kreupel-bosch, en op strant, in 't hoge gebergte niet, weinig in Amboina, overvloediger op Celebes omtrent Macasser, alwaar 't weeldrig aan de rivierkanten wast.*

Gebruik. *De schors van de stam en wortelen zyn in groot gebruik om 't hooft daar mede te wassen, want zy reinigen 't zelve beter dan Zeep of Limoenen van alle vuiligheid, smeer, en schilferen. De groene is daar toe zo bequaam niet als de gedroogde, om dat ze te scherp valt, en de wortelen van het hair losbyt, daarom de Macassaren in de rivieren badende, nemen liever de versche bladeren, die daar over al by de werken zyn aan de rivierkanten, hoewel ze zo wel niet zuiveren als de schors, dies dezelve in voorraat gehouden werden, tot dien einde dezelve van den boom afgetrokken, droogt men ze in de zon, en bewaart ze in bosjes gebonden, op een droge plaats, als men het hooft daar mede wassen wil, vryft men ze met de handen in water, zo begint het al kokende te schuimen, welke schuim men op 't hooft en lyf laat druipen, alwaar hy straks vergaat, zo haast hy 't zweet of vettigheid beroert, want de minste vettigheid, die by de schors in 't vryven komt, maakt ze kragteloos, dat ze niet meer schuimen wil. Dit water moet men niet in de ogen laten komen, want het byt wat; en na het wassen met deeze schors plegen zommige een gebrade Limoen of wat Calappus-pit op 't hooft te wryven, want de* Langir *maakt 't hair al te dor, byzonderlyk aan de vrouwen, zo dat ze 't zelve niet wel binden of vlegten konnen: zy werd ook in water gewreven tot dat ze schuimt, en dan opgesmeert, geneest zeer gelukkig de venynige steken der wespen, byen, en diergelyke, al is 't lang gezwollen geweest. Met dit middel heeft een Macassaar veel geld gewonnen, en wierd daar mede zo gierig, dat hy zyn eigen Schoonvader, die deerlyk van een wespe gestoken was, zonder geld niet wilde genezen, waarom hy van zyn wyf moeste scheiden.*

Zo werd ook deeze schors by de Amboinesen en Inlanders voor een ordinaris zeep gebruikt, om de bladeren daar mede te wassen; die van Gorontale, die veel van de wilde Oebissen leven, kneden ze onder de Oudo of Betule, om hare schadelykheid te benemen.

In de vermeerdering van Rumphius wert 'er bygedaan.

Men moet weten, als men deeze schorsse van den boom wil nemen, zo moet men ze eerst met een stuk houts kloppen, waar door ze gewillig wert, en dan in lange stukken afschillen, gelyk men met de Culit lawan *doet, de versch geschilde schorsse heeft een viesen reuk, zo dat men daar van walgt.*

De Ses en Sestigste Plaat

Vertoont een tak van de *Seep-struik*, met deszelfs bloemen en houwen.

Tab. LXVI.

Tab. LXVII.



CAPUT SEPTUAGESIMUM TERTIUM.

Capſicum ſilveſtre. Tſchili œtan.

C*Apſicum ſilveſtre* eſt tenuis & gracilis frutex, non ultra brachium craſſus, corticem habens album & rugoſum, qui innoxium fundit lac, ac raros gerit ramos, rugoſos, folia quodammodo ſibi ſunt obpoſita ſed inregularia, illis *Poelaſari* vel Salicum ſimilia, at breviora, firma & glabra, oris æqualibus, paucisque obſcuris coſtis donata, ex nigro virentia inſtar *Gendaruſſæ*, a quinque ad octo pollices longa, binos ac tres digitos lata.

Flores primo ſunt viridia capitula in floſculos albos ſeſe aperientia: Fructus peculiarem habent formam, referunt enim jugum ſeu bina cornua craſſiore parte ſibi adunata, atque apicibus transverſaliter remota, quorum quodvis circiter binos digiti articulos longum eſt, plurima autem parum ſeparata ſunt, finibus amplis, acſi antea adunata fuiſſent, primo viridia, dein corallii coloris, rubra nempe, inſtar aliorum Capſicorum, coſta ab utraque parte diſtincta, uti & ipſorum dorſa quodammodo anguloſa ſunt. Intus locantur plurima anguloſa & tuberculoſa granula, ab una parte fovea inpreſſa, & nigricantia, in carne molli & rubente, qualis eſt fructuum *Papari*, quem odorem etiam gerunt, quodvis tale jugum longiuſculo ac tenui ex petiolo dependet, ac plerumque bini tales petioli uno ex puncto oriuntur. Fructus hi Decembri obſervantur.

Nomen. Latine *Capſicum ſilveſtre*, Malaice *Tſchili œtan*, Amboinice *Tſchilli abbal*, omnia hæc nomina a fructuum ſimilitudine cum Capſico vero ſuam habent originem, licet acrimonia ac viribus neutiquam cum hoc conveniat, vulgarem autem hic ſequi volui opinionem, uti id Botanici ſolent, ut rite intelligantur. Quidam illud vocant *Ucken lacki lacki*, cujus nominis rationem neſcio, quum *Ucken* ingens ſit arbor, *Lignum citrinum* nempe ſupra libro quarto deſcriptum.

Locus. Ignotus eſt frutex raro obvius, in frigidis & umbroſis creſcit vallibus, uti prope fluvium Waytommo, & circa Caytello in collibus ventoſis.

Uſus. De hujus fruticis uſu nil commentari poſſum, quum ab incolis nullum potuerim inquirere, ob ſingularem tamen formam hic eum deſcripſi; hujus & litorea obcurrit ſpecies, quam *Pſeudo Capſicum litoreum* voco, quod craſſiorem gerit truncum præcedenti, crus craſſum, ſed humilem & incurvum: Ejus folia majora ſunt, magis pallide virentia, ac plures paralelas coſtas gerentia: Ejus flores ſunt oblongi, parvi, albi, & copioſi: Fructus cum illis prioris conveniunt, ipſorum vero cornua breviora ſunt nec ita rubent. Cortex lacte deſtitutus eſt: Lignum flaveſcit, tenuibus ex fibris conſtat, & ſolidum eſt inſtar Tiliæ ligni, in parvis ac incultis creſcit inſulis, qualis eſt inſula Columbina dicta Omæ adjacens, ubi & denſam format comam, in cujus ramis palumbæ multum nidulantur.

Tabula Sexageſima Septima

Ramum exhibet *Capſici ſilveſtris.*

LXXIII. HOOFDSTUK.

De wilde Ritsjes-ſtruik.

CApſicum ſilveſtre *is een dunne en ranke ſtruik, niet boven een arm dik, met een witagtige en ruige ſchors, die een onſchadelyke melk heeft, en weinige takken, die ook ruig zyn, de bladeren ſtaan ook eenigzints tegen malkander, dog meeſt zonder order, die van* Poelaſari *of Wilgen gelyk, dog korter, ſtyf, en glad, met effen kanten, weinige donkere ribben, zwartgroen, als* Gendaruſſa, *van vyf tot agt duimen lang, twee en drie vingeren breet.*

Het bloeiſel zyn groene knoppen, die haar eenigzints in kleine witte bloempjes openen. De vrugten zyn van een ongewone gedaante, te weten van een jok of twee hoornen, met het dikſte aan malkander ſtaande, en met de ſpitſen dwers van malkander gekeert, yder omtrent twee leden van een vinger lang; de meeſte ſtaan een weinig geſepareert, met brede billen, als of ze eertyts aan malkander vaſt hadden geweeſt, eerſt gras-groen, daar na koraalroot als ritsjes, met een rib of kant aan wederzyde, gelyk ook hare ruggen wat geboekt zyn. Binnen leggen veele hoekige of bultige korls, aan de eene zyde een kuiltje hebbende, en zwartagtig, in een week roodagtig vleeſch, gelyk dat van rype Papari-*vrugten, ook van dezelfſte reuk: yder jok hangt aan een long dun ſteeltje, en gemeenlyk twee zulke ſteeltjes uit eenen oorſpronk. De vrugten vint men in December.*

Naam. *In 't Latyn* Capſicum ſilveſtre, *op 't Maleits* Tſchili œtan, *op Amboin* Tſchilli abbal, *alle na de gelykeniſſe der vrugten, met ritsjes of Spaanſe Peper, hoewel het anders aan ſcherpheid en kragten gants geen gemeenſchap heeft met 't zelve, dog ik heb hier het gemeen gevoelen volgen willen, gelyk de Kruid-beſchryvers moeten doen, om verſtaan te werden. Zommige noemen het* Ucken lacki lacki, *waar van ik geen reden weet te geven, vermits* Ucken *een groote boom is, te weten het* Lignum citrinum, *boven in 't vierde boek beſchreven.*

Plaats. *Het is een onbekende ſtruik, die weinig gevonden werd, hy waſt in koele en ſchaduwagtige valyen, als by de rivier Waytommo, en omtrent Caytello op lugtige heuvelen.*

Gebruik. *Van deeze ſtruik weet ik niets te ſchryven aangaande zyn gebruik, alzo van de Inlanders daar van niets heb ervaren kunnen, egter om zyn rare gedaante heb ik hem hier beſchreven; men vint nog een ſtrandzoort hier van, die ik* Pſeudo capſicum litoreum *noem, hebbende een dikker ſtam dan 't vorige, wel een dye dik, dog laag en krom. De bladeren zyn grooter, ligter-groen, en meer parallele ribben hebbende. De bloemen zyn langagtig, klein, wit, en veel aan de takken. De vrugten zyn de bovenſtaande gelyk, dog de hoornen zyn korter, en zo root niet. De ſchors zonder melk; 't hout ligt-geel, fyndradig, en digt gelyk Lindenhout; 't waſt op kleine en onbewoonde Eilandekens, gelyk daar is het Duiven-Eiland by Oma, alwaar het een digte kruin maakt, op wiens takken de wilde duiven veel neſtelen.*

De Seven en Seſtigſte Plaat

Vertoont een tak van de *wilde Ritsjes-ſtruik.*

CAPUT SEPTUAGESIMUM QUARTUM.

Frutex Cerasiformis. Lampery.

Hic frutex pedem circiter crassus est, longa ac flexilia gerens flagella, ejus folia solitaria brevibus insident petiolis, illa *Ignis silvarum* referentia, longa nempe & angusta, octo novemque pollices longa, ultra binos lata, glabra, & tenues gerentia costas.

Fructus plures simul in racemis dependent sed laxis & ample extensis, magnitudine, colore, & forma convenientes cum Cerasis magnis, quorum caro austera est, ossiculum continentes instar Cerasorum, quod rotundum est, tenue, ac facile in fragmenta comminuitur. Lignum est molle, inutile, nullique inservit rei nisi foco.

Nomen. Latine *Frutex cerasiformis*, Baleyice *Lampery.*

Locus. Raro in Amboina obcurrit circa fluvium Elephantem.

Usus. Baleyenses ejus lignum adhibent pro foco, ejusque teneris viridibus fructibus utuntur pueri in balistis lusoriis.

Tabula Sexagesima Octava

Ramum exhibet *Fruticis Cerasiformis.*

LXXIV. HOOFDSTUK.

De Karsformige struik.

Dit is een heester omtrent een been dik werdende, met lange buigzame gerten, de bladeren staan enkelt agter malkanderen op korte stelen, gelykende die van Ignis silvarum, *te weten lang en smal, agt en negen duimen lang, ruim twee breet, glad, met dunne ribben.*

De vrugten hangen veele by malkander, aan trossen, dog ydel, en wyd uitgespreit, aan grootte, couleur, en fatsoen de groote Kerssen gelyk, met een wrang vleesch, binnen met een kerne als in de Kerssen, dog rond, dun, en ligt in stukken te breken. Het hout is week, en ondeugende, nergens toe bequaam, als tot brandhout.

Naam. *In 't Latyn* Frutex cerasiformis, *op 't Baleits* Lampery.

Plaats. *Men vint het weinig in Amboina, en dat boven de Rivier den Olipbant.*

Gebruik. *De Balyers gebruiken 't hout tot branden, en de jonge groene vrugten zyn voor de jongens, om met klakke-bussen te schieten.*

De Agt en Sestigste Plaat

Vertoont een tak van de *Karsformige struik.*

CAPUT SEPTUAGESIMUM QUINTUM.

Pharmacum papetarium.

Hic est frutex altus, & aliquando arbor vulgaris, crus crassa, quæ adfinis esse videtur supra descripto *Frutici carbonario* seu *Salay*, malui autem hic eam peculiari in capite describere, quum altum gerat truncum, ramosque ample extensos, ejusque cortex glabrior est. Ramuli extremi quadragoni sunt, quibus folia insident cruciata, sex & octo pollices longa, tres quatuorque digitos lata, superne viridia, inferne ex russo & viridi colore distincta, ipsorum enim superficies russa est, ac nervi virides, præsertim teneri, quorum tres majores, ac bini alii minores per foliorum longitudinem decurrunt, uti in *Plantagine latifolia*, hæc vero folia non ita rugosa ac sicca sunt illis *Salay*, sed glabra & mollia, nihilominus tamen multis transversalibus venis pertexta, inferne protuberantibus, suntque porro hæc folia pinguia, russa, & acidula, instar *Funis murænarum*, cum cujus foliis magis conveniunt ob glabritiem, quam cum illis *Salay*.

Flores in umbellis excrescunt uti in *Caju ayer*, qui parvi sunt & russi, interne suaverubentes, hisce russæ succrescunt baccæ, majores illis Sambuci, forma convenientes cum illis *Oxyacanthæ*, supra coronatæ, interne fibrillas albas simplices gerentes.

Recens lignum grave est, & aqua refertum, sed facile exsiccatur: Cortex tenuis est & fragilis, ita ut non magna ejus frusta conquiri possint.

Nomen. Latine *Pharmacum papetarium*, Malaice *Oebat papeda*, Amboinice *Epay* & *Mehulapia* latifolia ad distinctionem præcedentis *Salay*, unde & quidam hoc *Epay Salay* latifolium vocant.

Locus. Raro obvius est hic frutex, ac potissimum crescit in ventosis locis, & ad oras silvarum in duro ac rubro solo argilloso, majoribus lapillis mixto, item in levibus *Caju pœti* silvis.

Usus. Tam ejus folia quam cortex adhibentur ad *Oebat papeda*, unde & nomen obtinuit, ac piscibus adcocta gratum & acidulum præbent condimentum.

Quum trunci crus sint crassi, ædium postes ex iis formari possunt. De pulte *Papeda* vide supra librum primum in Capite de Sagu.

Tabula Sexagesima Nona

Ramum exhibet fruticis, qui *Pharmacum papetarium* Rumphio dicitur.

LXXV. HOOFDSTUK.

Het Brey-middel.

Dit wert een hoge struik, en somtyts ook een middelbare boom, van een dye dik, hy wil zyn uit de maagschap van de bovenstaande Frutex carbonarius *of* Salay; *dog ik heb hem hier liever in 't byzonder willen beschryven, want hy draagt een hoge stam, en breit zyne takken wyd uit, en de schorsse is gladder. De uiterste takjes zyn vierkant, daar aan de bladeren in 't kruis staan, dezelve zyn ses en agt duimen lang, drie en vier vingeren breet, boven groen, van onderen uit den rossen en groenen gemengt, want de gront is ros, en de zenuwen zyn groen, byzonder de jonge, met drie merkelyke en nog twee minder zenuwen in de lengte doortogen, gelyk de bladeren van* Weegbree, *zo rimpelig en droog niet als die van* Salay, *maar glad en week, niet te min met veele dwers-aderen doortogen, die van onderen uitsteken; verders zyn de bladeren vet, ros, en zuuragtig van smaak, gelyk het* Funis murænarum, *waar mede zy meer overeenkomen, wegens hare gladdigheid dan met het* Salay.

Het bloeisel komt voort aan dollen, gelyk het Caju ayer, *klein en ros, van binnen roose-root, daar onder wassen rosse besien, grooter dan aan de Vlier, en in gedaante de vrugten van* Hagedoorn *gelyk, met een kroontje boven op, en binnen met enkelde witte vaselingen.*

Het versche hout is zwaar, en vol water, dog droogt ligt op. De schorsse is dun en brokkelyk, zo dat men geen groote stukken daar van snyden kan.

Naam. *In 't Latyn* Pharmacum papetarium, *in 't Maleits* Oebat papeda, *op Amboin* Epay *en* Mehulapia, *het grootbladig tot onderscheit van het voorgaande* Salay, *daarom ookzommige dit* Epay, grootbladig Salay *noemen.*

Plaats. *Het is weinig te vinden, groeyende meest aan lugtige plaatsen, en aan de kanten van de bosschen, op een harde, rode kleigront, daar groote stenen onder lopen, als mede in de lugtige bosschen van de* Caju pœti.

Gebruik. *Zo wel de bladeren als schorsse werden gebruikt tot* Oebat papeda, *waar van het zyn naam heeft, en by visschen gekookt, geven den doop een aangename zuurte.*

Als de stammen een dye dik zyn, zo kan men stylen van huizen daar van maken: van de pap Papeda, *ziet boven het eerste boek, in het Hoofdstuk van Sagoe.*

De Negen en Sestigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, die het *Brey-middel* by Rumphius genaamt wert.

Tab. LXVIII.

OBSERVATIO.

Hæc est Grossulariæ fructu arbor maxima non spinosa Malabathri folio integro, minore, subtus albido, fructu majore, *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 164. & *Hist, Jamaic. part.* 2. *Tab.* 198. *fig.* 1. cui & jungitur Arbor racemosa Brasiliana foliis Malabathri *Breyn Cent.* 1. *pag.* 3. &c.

AANMERKING.

Dit is de grootste gladde boom met het blad van de Malabathrum, en de vrugt van de Kruisbessen, wiens blad heel en van onderen witagtig is, van *Sloan* in de *Catal.* van de *Jamaische gewassen pag.* 164. en in de *Jamaische Histor.* het tweede deel *Tab.* 198. *fig.* 1. welke gevoegt wert by de Brasiliaansche Besseboom met het bladt van de Malabathrum, by *Breyne Centur. pag.* 3. &c.

CAPUT SEPTUAGESIMUM SEXTUM.

Lignum aquatile. Aywayl.

A*Ywayl* frutex est haud brachio crassior, cujus rami supra quadragoni & sulcati sunt, quibus folia insident solitaria, forma *Polut* minoris, seu *folii ardentis*, spithamam vel pedem longa, quædam binos ac binos cum dimidio pedes longa, ad tactum rugosa, non dentata, costas gerentia crassas ac purpureas ab inferiore parte.

Fructus albi sunt instar Cerasorum minorum, vel paulo minores, magisque gibbosi, saporis dulcis, atque circa petiolum undique dependent, distinguendi vero sunt ab aliis fructibus, qui in alio inutili reperiuntur frutice: Lignum est fragile & inutile, viscosumque emittit, si incidatur, succum.

Nomen. Latine *Lignum aquatile*, juxta Amboinense *Aywayl*, *Eyweyer*, *Uweyer*, & *Utta weyer*, item *Aylaun laut*, a subsequenti ejus usu, distinguendus vero est a *Caju ayer*, qui est *Frutex aquosus* supra descriptus, quidam illum Malaice vocant *Caju lassi*, Ternatice *Hate sinangi*.

Locus. Nullibi crescit nisi ad fluminum ripas, in vallibus frigidis, uti ad Waytommo & Elephantem, uti & ad latus montium scopulosorum, ubi solum plerumque est humidum.

Usus. Recentia ejus folia edulia sunt, instar oleris cocta, & adhibentur cum insecto seu verme marino *Wawo* dicto, Amboinensibus *Laur* dicto, qui vel totus foliis involvitur, vel folia simul minutim conscissa, & sibi admixta in Bambu arundine coquuntur.

Tabula Septuagesima

Ramum exhibet fruticis, *Ligni aquatilis* dicti, cum ejus floribus *a*, & fructu *b* separatis.

LXXVI. HOOFDSTUK.

Het Waterhout.

AYwayl *werd een struik niet boven een arm dik, wiens takken boven wat vierkant en gevoornt zyn, daar aan egter de bladeren enkelt staan, in gedaante als klein* Polut, *of klein* Folium ardens, *een span of een voet lang, zommige twee en twee en een half voet lang, ruig in 't aantasten, ongetant, met grove en paarse ribben van onderen.*

De vrugten zyn wit, als kleine Kerssen of wat kleinder, en bultiger, zoet van smaak, en hangen rontom den steel, dog men moet ze onderscheiden van diergelyke vrugten, die men aan een andere ondeugende heester vint. Het hout is bros en ondeugent, en geeft een smerig sap uit, als men daar in kapt.

Naam. *In 't Latyn* Lignum aquatile, *naar 't Amboinse* Aywayl, Eyweyer, Uweyer, *en* Utta weyer. *Item* Aylaun laut, *van zyn volgende gebruik, dog men moet het onderscheiden van het* Caju ayer, *'t welk is de* Frutex aquosus, *boven beschreven; zommige noemen het in 't Maleits* Caju lassi, *op Ternaten* Hate sinangi.

Plaats. *Het wast nergens dan aan de rivierkanten, in koele valyen als aan de Waytommo en Olipbant, gelyk mede aan de zyde van 't klippige gebergte, daar de gront gemeenlyk vogtig is.*

Gebruik. *De versche bladeren zyn eetbaar als Moeskruit, men gebruikt ze by het eetbaar Zeegewormte* Wawo, *in het Amboins* Laur *genaamt, 't welk men of in de hele bladeren wind, of dezelve klein snyt, daar onder mengt, en te zamen in Bamboesen kookt.*

De Seventigste Plaat

Vertoont een tak van een struik, het *Waterhout* genaamt, met deszelfs bloemen *a*, en de vrugt *b* afzonderlyk.

CAPUT SEPTUAGESIMUM SEPTIMUM.

Fragarius ruber. Birurong mera.

HIc frutex est pusillus, truncum gerens tenuem, ac graciles ramos, in binas dividitur species, in rubram & nigram juxta fructuum colorem, ipsarum vero discrimen nimis magnum est, quam ut sub uno comprehenderentur, ac describerentur capite.

Rubra species simplicem gerit truncum, vix brachium crassum, paucos gerens lentos ac rectos ramos, ac comam tenuem, & vagam.

Folia bina sibi sunt opposita sed pauca, ac formam habent cuspidis hastæ minoris, seu Plantaginis angustifoliæ, tres quatuorque pollices longa, binos lata digitos, non dentata, subtus parum rugosa, acsi pilis brevibus hirta essent, quinque nervis longitudinalibus pertexta, quorum minimi arcte oris adcumbunt, interstitia vero media venulis transversalibus pertexta sunt uti in supra descripto *Salay*, unde Arbuti folia referunt.

Flosculi ex quinque rotundis & albis constant petalis, illis *Fragariæ* simillimi, uti & fructus seu baccæ, quæ rotundæ sunt, ac minores Fragis, atque duriorem gerunt carnem, externe plurimis tuberculis spinulosis obsitæ, ad unam partem hæ baccæ albent, ad alteram rubent seu purpurascunt instar Fragorum factitiorum ex cera, superne corona ornatæ sunt, interne carnem gerunt albam & succosam, inter edendum sonoram ac granulosam, saporis dulcis seu parum

LXXVII. HOOFDSTUK.

De rode Aardbesie-struik.

D*It is een kleine heester, met een dunne stam, en ranke takken opschietende, verdeelt in twee zoorten, rode en zwarte, na de couleur van de vrugten, dog haar verschil is te groot, om in een Hoofdstuk te begrypen.*

De rode zoort heeft een enkelde stam, schaars een arm dik, met weinige taye en regte takken, en een ydel lof.

De bladeren staan tegen malkander, dog weinig in 't getal, en gelyken 't yser van een kleine piek, of die van spitse Weegbree, drie en vier duimen lang, twee vingeren breet, ongezaagt, van onderen wat ruig in 't aantasten, als of ze met korte hairtjes bezet waren, in de lengte met vyf zenuwen doortrokken, waar van de kleinste digt tegen de kanten leggen, de tusschenspatie is met dwers-aders doorregen, gelyk aan 't bovenstaande Salay, waar door zy de bladeren van den Arbutus gelyken.

De bloempjes bestaan uit vyf ronde en witte blaatjes, die van de Aardbyen zeer gelyk; als ook de vrugten en besien, want dezelve zyn ront, wat kleinder dan aardbesien, en harder van vleesch, buiten met veele pukkeltjes, als doorntjes bezet. Aan de eene zyde zyn ze wit, en aan de andere root of purper, gelyk de gemaakte aardbesien van was, aan 't kloostergoet, met een klein kroontje boven op. Binnen hebben ze een wit en zappig vleesch, wat krakende in 't eten, en wat korlig, zoet of een weinig rynsch

rum aciduli, & ad Allium adcedentis, quam maxime hæ baccæ conveniunt cum *Madronbo* seu *Menecylis*, qui fructus sunt *Arbuti humilis*, quales in Portugallia vidi & edi circa urbem Elvaz, Amboinenses vero, quantum recordor, delicatioris sunt saporis Elvazensibus, quorum caro interna est flava, sicca, & granulosa.

Folia quam maxime conveniunt cum illis *Salay*, sed sunt angustiora, firmiora, atque ipsorum plura paria una in rachide locantur, contra hæc *Fragarii* sunt latiora, flaccidiora, subtus ex viridi gilva, atque præter tres majores nervos, bini alii minores ad oras excurrunt, inferne quoque rugosa sunt & quasi granulosa, quales & ramuli supremi sunt, qui plerumque tres simul excrescunt, crassitie culmorum, immo tenuiores.

Fructus bini ternive simul dependent flaccidis ex petiolis; qui Octobri & Novembri observantur: Lignum flexile est & albicat.

Nomen. Latine *Fragarius ruber*, juxta fructuum formam, qui cum Fragis conveniunt: Malaice *Birurong mera*, seu *Cabu cabu*, in Sumatra *Sjampar ingat*, Javanice *Caduc duc*; Baleyice *Duc duc* mas, Macassarice *Cara mandyn*: Amboinice in Hitua & Leytimora *Nau* & *Nya sanaâ*, h. e. anguis adscendit. *Arbutum moluccam* ipsum vocassem, ni obstarent *Arbuti* folia ferrata, quam maxime tamen mihi videtur adfinis esse *Adrachnæ Petri Bellonii*, quam observavit in itinere inter Aleppum & Anthiochiam, & descripsit *Libr.* 2. *Observat. Cap.* 110. Maxime autem differt a figura, quam *Honorius Bellus* ex Candia Clusio misit pro Adrachne Theophrasti, atque obcurrit apud *Clusium libro primo* rariorum plantarum *Cap.* 31.

Locus. In levibus crescit silvis ad oras altarum silvarum, non ita quidem in campis, sed quam maxime in collibus, ac raro obcurrit.

Usus ejus in re Medica parum innotuit: Fructus delectationis gratia eduntur, qui peregrinis & iter absolventibus grati sunt, quum per acidulum saporem sitim exstinguant, caro autem ipsorum pusilla est, siccum ipsius lignum foco inservit: Fructus hi pueris exhibentur, ne in lecto mingant: Ejus radices conterunt gravidæ in aqua, quam potant abortum timentes, addito ovi albumine.

Hujus & varietas reperitur folia gerens majora & rugosiora, instar illorum Ampeli, cujus fructus minores sunt, albi, ac mollibus hirti spinulis, saporis dulcis, quique juxta petiolos dependent instar Varingæ vel Grossulariæ: Iterum dico fructus rubræ, & albæ speciei quam maxime convenire cum Arbuti fructibus, si modo flavi ac dulces essent, quales vidi & gustavi in Zephyrea Portugalliæ parte, ubi fructus *Madronbo*, & arbor *Mandronbeiro* vocantur.

Tabula Septuagesima Prima

Ramum exhibet *Fragarii rubri.*

rynsch van smaak, dog wat naar 't look trekkende, zy komen zeer over een met de Madronho *of* Menecylis, *dat is de vrugt van de lage* Arbutus, *gelyk ik ze in Portugaal gezien en gegeten heb omtrent de stadt Elvas, dog de Amboinsche na myn onthout zyn lieffelyker van smaak, dan de Elvaze, die van binnen geel en droogkorlig vleesch hadden.*

De bladeren hebben groote overeenkomst met de bovenstaande Salay, *dog zyn smalder, styver, en met meer paren aan de ryskens staande, daar en tegen zyn die van* Fragarius *breder, slapper, van onderen vaal-groen, en boven de drie kennelyke, nog twee kleine zenuwen aan de kanten; van onderen zyn ze ruig, en als korlig, gelyk ook de voorste ryskens zyn, welke gemeenlyk drie by malkander staan, in de dikte van strohalmen, en dunder.*

De vrugten hangen twee of drie by malkander op slappe steeltjes, die men vint in October en November. 't Hout is buigzaam en witagtig.

Naam. *In 't Latyn* Fragarius ruber, *na de gedaante der vrugten, met de Aardbyen overeenkomende, in 't Maleits* Birurong mera *of* Cabu cabu, *op Sumatra* Sjampar ingat, *op Java* Caduc duc, *op 't Baleits* Duc duc *'t manneken, op Macasser* Cara mandyn, *Amboins op Hitu en op Leytimor* Nau *en* Nya sanaâ, *dat is, de Slange klimt op. Ik zoude hem* Arbutus molucca *genaamt hebben, zo de gezaagde bladeren van den* Arbutus *daar niet tegen waren. Egter dunkt my, dat hy groote gemeenschap heeft met den* Adrachne *van* Petrus Bellonius, *gezien op zyn reise tusschen Aleppo en Anthiochia, en van hem beschreven* Libr. 2. Observation. Cap. 110. *Merkelyk verschilt hy van de figuur, dewelke* Honorius Bellus *uit Candia aan Clusius gezonden heeft voor Adrachne van Theophrastus, en te zien is by* Clusius Libr. 1. Rariorum plantarum Cap. 31.

Plaats. *Hy wast in ligte bosschagien aan de randen van 't hoge bosch, niet zo zeer in velden, maar meest op heuvelen, en werd niet veel gevonden.*

Gebruik. *In de Medicynen is nog weinig gebruik van hem bekent. De vrugten werden uit pleisier gegeten, zynde voor de reisende man aangenaam, om dat ze met hare rynsheid de dorst verslaan, maar 't is jammer, dat 'er zo weinig vleesch aan is, 't droge hout wert tot het branden gebruikt. De vrugten geeft men de kinderen te eten, om niet in 't bed te pissen, de wortelen vryven de vrouwen met water, en nemen ze in, als ze in vreze staan, dat hun de vrugt afvallen mogt, 't wit van een Ey daar by doende.*

Dit heeft nog een verandering met grooter en ruiger bladeren, gelyk die van Ampelaas, de vrugten zyn kleinder, wit, met weeke doornen, zoet van smaak, hangen langs de stelen, als aan de Varinga of Grossularia. Ik zegge nogmaals, dat de vrugten van de rode en witte zoorte zeer overeenkomen met de vrugten van Arbutus, zo ze maar geel en zoet waren, gelyk ik ze in 't Zuiderdeel van Portugaal gezien en geproeft hebbe, alwaar de vrugt Madronho, *en de boom* Mandronheiro *genaamt wert.*

De Een en Seventigste Plaat

Vertoont een tak van de *rode Aardbezie-struik.*

OBSERVATIO.

Hæc est Melastoma quinquenervia minor, capitulis villosis *Thes. Zeyl. pag.* 154. & Cistus Indicus quinquenervius, capitulis villosis, pulpa nigra refertis minor. *Mus. Zeyl. pag.* 14. & Cistus Indicus, quinquenervius folio scabro & hirsuto, flore rubro, capitulis sericeis villosis, pulpa nigra refertis minor, Katou-kadel *H. Malab. Amm. Char. pl. pag.* 439. & Baccifera Indica fructu umbilicato, quinque capsulari, polyspermo, floribus minoribus, fructus cortice aspero *Ray hist. pl. pag.* 1143. Katou-kadel *H. Malab. part.* 4. *Tab.* 43.

AANMERKING.

Dit is de kleine Melastoma met vyf zenuwen, en ruige knopjes, in de *Thes. Zeyl. pag.* 154. en de kleine Indische Cistus met vyf zenuwen, en ruige knopjes met zwart merg gevult, van het *Mus. Zeyl. pag.* 14. en de kleine Indische Cistus met vyf zenuwen in een ruig en scherp bladt, met een rode bloem, en ruige knopjes met een zwart merg opgevult, Kotou-kadel in de *Hortus Malab.* van *Amman. Char. pl. pag.* 439. en de Oostindische Besdragende boom, met een genavelde vrugt, die in vyf vakken verdeelt is, met veel zaat, en kleinder bloemen, wiens schors van de vrugt ruig is; van *Ray* in zyn *Hist. pl. pag.* 1143. en de Katou-kadel van de *Hortus Malab.* vierde deel *Tab.* 43.

Tab. LXXI.

CAPUT SEPTUAGESIMUM OCTAVUM.

Fragarius niger. Biturong itam.

FRagarius niger plures emittit surculos, qui tamen non rectos formant stipites, ipsorum cortex ruffus est, ramorum vero rugosus, fuscus, & parum laceratus. Folia sunt vaga, bina sibi obposita, & oblique cruciata, majora quam in præcedenti, quatuor & sex pollices longa, unum cum dimidio lata, tribus quatuorve nervis longitudinalibus pertexta, qui subtus tantopere protuberant, uti in Plantagine latifolia, suntque utrimque rugosa, pilosa, ac subtus pallide virentia, lanuginosa, non serrata & sicca.

Flos major est illo præcedentis, ex quinque itidem petalis constans, læte purpureis, illi *Cisti* similis, in medio habens crassa quædam ac lutea stamina, antheras purpureas gerentia, sub flore squamosum excrescit capitulum instar illius Cyani, ex quo fructus provenit, qui diu tamen emarcidum sustinet florem: Fructus majores sunt Frago, sed tarde maturescunt, ac tandem dehiscunt, ita ut coronula superior ad latus inclinet, ac interna nigra seu violacea caro promineat: coronula ista ex quinque constat squamis, quæ floris reliquiæ sunt: Caro ista granulosa est, succosa, dulcis, labiaque nigro inficit colore instar Vacciniorum.

Rami non tantum rugosi, sed simul viscosi sunt ad tactum, nec ultra pollicem crassescunt: lignum levissimum est, molle, fungosoque corde repletum, citoque exsiccatur.

Nomen. Latine *Fragarius niger*, a fructuum colore: Malaice *Biturong itam*, ac quibusdam *Wida dari*: Baleyice *Duc duc* femina, Javanice *Tsjonkodo kir*, Macassarice *Carmandyn*, Amboinice in Leytimora *Nau* & *Aynahu* femina: Ternatice *Geroro mavalla*, h. e. Malaice *Roema kricki*, h. e. domicilium Cicadarum.

Locus. Hic est inter omnes frutices vulgatissimus, ubique in talibus crescens arenosis & sterilibus campis, ubi *Guajavus silvestris* obcurrit, nunquam in densis silvis, sed ad ipsarum oram, ubi & *Caju puti* crescit.

Usus. Contemptissimus est omnium fruticum, unde & a quibusdam populis suum obtinuit nomen, quum inutilis habeatur, ac potissimum foci ligno inserviat, medicatas tamen possidet virtutes, paucis notas, naturæ enim est exsiccantis, ejus enim folia cum *Braspulo* tosta, pulverisata, & exhibita, Dysenteriam curant: Maturi fructus, qui tamen raro sunt obvii, oblectamenti gratia crudi eduntur: Contra fluores albos mulierum recipe horum foliorum manipulum unum alterumve, quæ aquæ incoque, addito pauxillo aceti cum frusto Zingiberis majoris & Bangle, olla autem bene sit obturata, atque tam diu coque, donec tertia aquæ pars fere sit consumpta, quotidie propinetur contra malignos humores, quos expellet, simulque corpus exsiccabit: Quidam loco Bangles & Zingiberis tria clausa sumunt Sjampaccæ florum capitula, ac tres nuces Pinangas vetustas, conscissas, ac memorato modo coctas, hoc autem instituunt, quum velint corpus exsiccare: Contra convulsiones & Epilepsiam etiam adhibetur, quum tota exstirpetur plantula, ita ut nulla ejus pars frangatur, radicis sume portiunculam, nullo adhibito cultro, mastica illam cum frustulo Zingiberis minoris, allio, & Siri Pinanga, ejus quandam portionem infunde ori ægri, pastaque obline artus contractos, simulque infla aliquid auribus & oculis.

In Leytimora Amboinice quoque vocatur *Aylaun pia sanaf* seu *Launia sanaa*, h. e. arbuscula, quam lacertæ conscendunt ad fructus comedendos; recipe ejus folia, mastica, & artus combustos irrora, integraque simul inpone folia, ardorem omnem extrahent.

In Rumphii adpendice hæc adduntur.

Cum hoc frutice maxime convenit arbuscula in *Hort. Malab. part.* 4. *fig.* 42. descripta, nomine Malabarico *Cadali*, Portugallico *Fruita de gralha*, Belgico *Craye-bessen*, cujus folia & flores cum illis nostri fruticis optime conveniunt, serrata vero ipsius folia melius quadrant cum illis *Fragarii rubri*, vel *Carbo-*

LXXVIII. HOOFDSTUK.

De zwarte Aardbesie-struik.

DE zwarte Fragarius *schiet met meerder takken op, geen regte stam formerende, de schors is ros, aan de takken ruig, bruin, en wat gescheurt. De bladeren staan ook ydel, met twee tegen malkanderen, in een schuins kruis, grooter dan aan 't voorgaande, vier en ses duimen lang, en een en een half breet, met drie of vier zenuwen in de lengte doortogen, van onderen zo verre uitbuilende als aan de Weegbree, aan wederzyde ruig, hairig, en aan de onderste zyde bleek-groen, wolagtig, ongezaagt, en droog.*

De bloem is grooter dan aan 't voorgaande, mede uit vyf bladeren gemaakt, ligt-purper, die van Cistus *gelyk, in de midden met eenige geele en dikke draden, waar op paerse hoorntjes staan. Onder de bloem groeit een schubbige knop, gelyk die van de Koorn-bloemen, waar uit de vrugt werd, behoudende nog lange een verwelkte bloem boven op. De vrugten werden wat grooter dan een Aardbesie, dog lankzaam ryp, en eindelyk bersten ze open, zo dat 't bovenste kroontje ter zyde wykt, en 't binnenste zwart of violette vleesch vooruitkykt. Het kroontje is van vyf schubben gemaakt, zynde de restanten van de bloem. Het vleesch is korlig, sappig, zoet, en verft de lippen zwart gelyk Kraakbesien.*

De takken zyn niet alleen ruig, maar ook smerig in 't aantasten, worden niet boven een duim dik. Het hout is gantsch ligt, week, met een voos hert, en haast drogent.

Naam. *In 't Latyn* Fragarius niger, *van de couleur der vrugten: in 't Maleits* Biturong itam, *by zommige* Wida dari: *op 't Baleys* Duc duc, *en* Caduc duc, *'t wyfken, op Java* Tsjonkodo kir, *op Macasser* Carmandyn, *Amboins op Leytimor* Nau *en* Aynahu *'t wyfje, op Ternaten* Geroro mavalla, *dat is op 't Maleits* Roema kricki, *dat is woning van Kreekels.*

Plaats. *Dit is het gemeenste onder de struiken, wassende overal op zandige en dorre velden, en een kameraat van de wilde Cujavos, en nooit in digte bosschagien of kreupelbosch, maar voor aan, als mede onder 't* Caju puti.

Gebruik. *Hy is de veragtste onder alle struiken, waar van hy ook by zommige Natien de naam heeft, werdende schier voor ondeugent gehouden, en meest tot brandhout gebruikt; egter heeft hy nog veel medicinale kragten, die weinig bekent zyn: hy is opdrogende van aart, want zyn bladeren met* Braspulo *geroost, tot poeyer gemalen, en ingenomen, genezen de Roode loop. De rype vrugten die men nog zelden vint, werden ook uit pleisier gegeten. Tegens de* Fluores albos muliebres, *neemt een hand vol of twee van deeze bladeren, kookt die in water, daar onder een schootje Azyn gemengt is met een stukje groote Gember en Bangle, wel toegestopt, dat 'er ruim een derde in verkookt, en drinkt dat dagelyks, zo zal het de onreine humeuren afzetten, en met een opdrogen. Zommige nemen in plaats van Bangle en Gember, drie ongeopende knoppen van de bloem Tsjampacca, en drie oude Pienangen, in stukken gesneden, en koken 't als voren; dit doen zy, als 't tyt is om op te drogen. Tegens de klem en vallende ziekte, rukt een geheel plantje uit met wortel en al, dat 'er niets van breekt, neemt een stuk van de wortel, zonder met een mes daar aan te snyden, kauwt het met een stukje kleine Gember, Ajuin, en Siri-pinang, laat de Patient een weinig daar van in de mont vallen, met 't kaauwsel bestryk het opgekrompene lid, blaast hem ook in de oren en oogen.*

Het werd op Leytimor in 't Amboins ook genaamt Aylaun pia sanaf *of* Launia sanaa, *dat is, boompje, 't welk de slange beklimt, om zyne vrugten te eten: neemt de bladeren, knout ze, en sproeit ze op verbrande leden, bint andere gehele bladeren daar over, dat zal den brand uittrekken.*

In de Adpendix van Rumphius wert 'er dit bygedaan.

Met deeze struik heeft groote gelykenis een boompje in het vierde deel fig. 42. van de Hortus Malabaricus, *beschreven met den Malabaarsche naam* Cadali, *in 't Portugees* Fruita de gralha, *in 't Duitsch* Craye-bessen, *wiens bladeren en bloemen met de onze zeer wel overeenkomen, maar de gezaagde bladeren gelyken beter na de*

narii asperi: eoque magis quum Malabárensium *Cadali* ad carbones pulveris pyrii adhibeatur: Adnotator vero istius capitis illud refert ad *Cistum Indicum.*

Tabula Septuagesima Secunda

Ramum exhibet *Fragarii nigri.*

OBSERVATIO.

Hæc est Melastoma quinquenervia, hirta, major, capitulis villosis, sericeis. *Thes. Zeyl. pag.* 155. *Tab.* 73. & *Cistus* Indicus, quinquenervius, capitulis sericeis, pulpa nigra refertis major. *Mus. Zeyl. pag.* 10. &c.

vorige Fragarius niger, *of na* Carbonarius asper, *te meer alzo 't Malabaarsche* Cadali *tot het branden van Buskruid-kolen gebruikelyk is. Maar den Adnotator brengt het tot de zoorte van* Cistus Indicus.

De Twee en Seventigste Plaat

Vertoont een tak van de *swarte Aardbesie-struik.*

AANMERKING.

Dit is de ruige grooter Melastoma, met vyf zenuwen, en ruige wolagtige knopjes in de *Thes. Zeyl. pag.* 155. *Tab.* 73. en de Indische *Cistus* met vyf zenuwen, en met zyde zagte knopjes met een zwart merg gevult, de grootte, in het *Mus. Zeyl. pag.* 10. &c.

CAPUT SEPTUAGESIMUM NONUM.

Blimbingum silvestre. Blimbing utan.

HÆc quoque est arbuscula fruticosa, pedem crassa, ramos gerens fragiles, qui plurimis brevibus & pusillis ex rachidibus constant: Folia cum illis *Fragarii albi* quodammodo conveniunt, bina sibi obposita, brevibus insidentia petiolis, oblique cruciata, quorum tria ac quatuor paria una in rachide excrescunt, binos, tres, ac quatuor pollices longa, binos lata digitos, in longum apicem desinentia, ad oras obscure dentata, seu parvis angulis distincta, superne rugosa, inferne grisea & maxime scabra, multis obliquis costis pertexta in arcus desinentibus.

Flores sunt pusilli, ex muscosis flosculis constantes, magna ex parte deciduis: Quivis fructus longo ac tenui ex petiolo dependent, bini tresve simul dependent altero ex petiolo, ac potissimum cum magnis quadrant Myrobolanis, Chebulis dictis, inferne autem non acute desinunt, sed fovea distincti sunt, in qua petiolus inplantatur. Juniores fructus ova Lacertæ referunt, in longum apicem porrecti. Perfecti magnitudinem habent Blimbingi acidi minoris, Tagorela dicti, ultra binos pollices longi, unum crassi, quorum quidam sunt trigoni, alii tetragoni, inter angulos autem elevatur dorsum, atque antrosum in brevem & rotundum excurrunt apicem, primo lutei, dein rubri, sub externa tenui pellicula dura & læte rubens reconditur caro, saporis acidissimi, & esui ingrata, in hac rugosus latet nucleus, angulosus, & alatus quasi, qui per longitudinem vix dissecari potest, in hoc oblonga continetur nucicula instar Gnemonis decorticati, atque sub tenui putamine medulla alba saporis dulcis instar Catappæ.

Nomen. Latine *Blimbingum silvestre*, Malaice *Blimbing utan*, Amboinice *Tagorela abbal.*

Locus. In frigidis crescit vallibus circa fluminum ripas sed haud copiose.

Usus. Crudi fructus piscibus adcoquuntur, ut condimentum præbeant grate acidum, semi maturi nondum rubentes muria condiuntur, ac satis delicati sunt instar Cucumerum muria conditorum.

Tabula Septuagesima Tertia

Ramum exhibet *Blimbingi silvestris.*

LXXIX. HOOFDSTUK.

De wilde Blimbing-struik.

D*It is mede een beesteragtig boompje van een been dik, met brosse takken, die vol korte en kleine ryskens staan, de bladeren gelyken wat na* Fragarius albus, *staande twee en twee tegen malkander, op korte steeltjes, en in een schuins kruis, met drie en vier paren aan een rysken, twee, drie, en vier duimen lang, twee vingeren breet met een lange spits, aan de kanten donker gezaagt, of met kleine uitstekende hoekjes, boven ruig, beneden grys en zeer rimpelig, met veele schuinse ribben, die met bogen sluiten.*

Het bloeisel is zeer klein, bestaande uit witte mosagtige bloempjes, die meest afvallen. De vrugten hangen yder aan een lang dun steeltje, en der zelver twee en drie by malkander aan een ander steeltje, zy gelyken best de groote Mirabolanen, Chebuli bygenaamt, dog agter vallen ze niet spits toe, maar hebben een kuiltje, daar de steel in gelaten word. De jonge vrugten zyn als de Hagedisseeyers, met een lange spits voor uit. De volwassene zyn in de groote van de kleine zure Blimbings, Tagorela genaamt, twee duimen en meer lang, een dik, zommige drie, zommige vierkantig, dog tusschen de kanten ziet men een verheven rug, voor lopen ze kort toe in een rond spitsje, eerst geel, daar na root; onder 't buitenste dunne vliesje leit een hart ligt-root vleesch, zeer zuur van smaak, en onbequaam om raauw te eten, daar onder een pelsige korl met hoeken of vlerken, in de lengte qualyk om door te snyden, in dezelve vint men een lankwerpig Nootken, gelyk een geschilde Gnemon, en onder deszelfs dunne schaal een witte beest, zoet van smaak als Catappa.

Naam. *In 't Latyn* Blimbingum silvestre, *in 't Maleits* Blimbing utan, *op Amboin* Tagorela abbal.

Plaats. *Het wast in koude valeyen, omtrent de kanten van rivieren, dog in geen menigte.*

Gebruik. *De raauwe vrugten kookt men by visschen, om een zure sauce te maken, de half rypen, die nog niet root zyn, pekelt men in, en werden dan redelyk aangenaam om te eten, gelyk ingeleide Comcommers.*

De Drie en Seventigste Plaat

Vertoont een tak van de *wilde Blimbing.*

CAPUT

CAPUT OCTOGESIMUM.

Pandanus verus. *Pandang.*

HUnc sextum librum claudet cohors fruticum quorundam, qui peculiarem ac nobis Europæis insuetam habent formam, uti quarto libro finem inposuit mirum rhitzophorarum arborum aquaticarum genus. Hæcce classis generaliter *Pandang* vocatur, in plurimas divisa species, quas omnes in Amboina non observavi, unde & illas tantum commemorabo, quæ ibi obviæ sunt, ac crescunt aliunde etiam deductæ, lectorem ablegans ad reliquas in Indostana crescentes, quæ in Portugallorum describuntur libris, præsertim vero ad splendidum opus Domini van Rheede sub initium libri secundi.

Omnes mihi notæ species tanquam communem habent characterem, quod mixtam gerant formam Palmæ Indicæ, Ananæ, Mangii, & Pini, truncus enim ligno suo filamentoso & articulato quodammodo æmulatur juniorem Calappi vel Pinangæ truncum; folia cum illis Ananæ & Caricis majoris quadrant, radices instar rotundorum farciminum alte supra terram excrescentes cum illis Mangiorum conveniunt, ac fructus illis Pini adcedunt: præter hæc flos peculiarem habet formam ab omnibus illis diversam, optime referens piscium intestina lactea.

Pandanus verus multas iterum habet varietates, in Amboina autem truncum emittit gracilem, pedem circiter crassum, octo vel novem pedes altum, in annulos circa corticem divisum, qui prope radices brevibus finibus supra terram elevatus est, nunc in simplicem sese extendens comam, nunc in binos tresve ramos dividitur, qui ad latera extenduntur instar brachiorum majorum candelabrorum; in vertice folia locantur fasciculatim congesta, si vero adtente ab inferiore ipsorum parte lustrentur, in obliquis locantur ordinibus, uti cochlea sinustrorsum dextrorsum vergentia. Hæc quodammodo cum illis Ananæ conveniunt, sed propius ad illa Caricis adcedunt, superne enim profunde usque ad finem sulcata sunt, inferne triangulari & protuberante acuto gaudent dorso, ultra tres quatuorve pedes longa, binos lata pollices, atque præterea in longum tenuemque definunt apicem, instar Juncorum: Horum vero oræ acutis & densis spinulis obsitæ sunt, uti & maxima inferioris dorsi pars, quæ manus vehementer lædunt, quum inprudenter tractentur: Juniorum fruticum folia sunt longiora & spinosiora, vetustorum spinæ sunt obtusiores, ita ut non lædant, licet sursum fricentur, ac dorsum tantum in summo illas gerit: Sunt autem hæc folia porro firma & instar chartæ glabra, coloris glauci.

Dividitur in marem ac feminam, quæ tamen non multum a sese invicem differunt, excepto quod mas crassum ac divisum videatur formare truncum. Femina plerumque simplicem tantum gerit truncum, longiora folia, magisque spinosa est: In centro autem fasciculorum foliosorum longa excrescit vagina, ex similibus foliis formata, sed quæ multo breviora sunt, ad inferiorem partem lata & alba, arcte sibi incumbentia, ita ut minoris brachii crassitiem obtineant. Hæc in mare continent globulum rotundum, qui in fructum excrescit, ille vero tum magnitudinem habet mali aurantii sed oblongior est, primo viridis, dein ex cinereo flavescens, ex simplicibus formatus pyramidibus, quarum pars angustissima ad internam vergit partem, & circa coniformem petiolum tanquam axem illæ locantur, ad externam seu planam partem, suntque pentagonæ vel hexagonæ, sed inregulares, ita ut unum latus sæpe angustissimum fit. In centro cujusvis pyramidis foraminulum tanquam porus conspicitur, ubi & brevis adparet apex, omnes vero hæ pyramides sibi adunantur, simulque formam exhibent pomi Pyni integri, vetusti vero hi fructus ac pyramides separantur, tumque in medio conspicitur intense lutea seu rubens & viscosa caro, inter pyramides istas sese elevans, quæ formatæ sunt ex lenta & pilosa substantia, inque centro nucleus locatur oblongus, tenuis, albus, ac dulcis instar Canariorum: Alba folia teneris fructibus adstantia ab inferna parte quodammodo odorata sunt, sique fructus ex albo virescat, tum hic perit odor, siccataque & emarcida folia remanent.

LXXX. HOOFDSTUK.

De regte Pandang-struik.

Dit zesde boek zullen wy besluiten met een troep van heesteren, die een zeltzame en by ons Europianen ongewone figuur hebben, gelyk wy het vierde boek met de wonderlyke Waterwortel-bomen besloten hebben. Dit geslagt word in 't algemeen Pandang *genaamt, verdeelt in veele zoorten, die ik in Amboina alle niet gezien heb, dierhalven ik alleen die geene ophalen zal, die aldaar wassen, of van elders ingebragt zyn, wyzende den Lezer met de rest, die in Indostaan wassen, tot de schriften van de Portugesen, en inzonderheid tot het kostelyke werk van de Heer van Rheede, in 't begin van zyn tweede boek.*

Alle de zoorten, die ik ken, hebben tot een gemeen merkteken, dat ze een gemengde gedaante hebben van de Palma Indica, Ananas, Mangi mangi, en Pyn-appel, want de stam met zyn lankdradig hout en leden aard eenigzints na een jonge Calappus of Pienang-boom, de bladeren na Ananas, en 't lange Snygras, de wortelen, die als ronde worsten hoog boven de aarde staan, na 't Mangi-mangi, de vrugten na den Pyn-appel. Boven dat heeft de bloem een byzondere gedaante van die alle verschillende, en een Vischbuik best gelykende.

De opregte Pandang *heeft wederom veele veranderingen, hier in Amboin schiet ze op met een dunne stam, omtrent een been dik, en agt of negen voeten hoog, in leden verdeelt aan de schors, by de wortel met korte bogen boven de aarde verheven, zomtyts met een enkelde kruin, zomtyts in twee of drie takken verdeelt, die ter zyde uit staan, gelyk de armen van groote kandelaars, boven staan de bladeren by en op malkander in bossen gedrongen; dog zo men ze vervolgens van onderen aanziet, staan ze in schuinse ryen, gelyk aan een wenteltrap van de slinker na de regterhand opgaande. Dezelve gelyken wel eenigzints na den Ananas, dog eigentlyker na 't Snygras, want ze hebben boven een diepe en doorgaande voorn, van onderen een driekantige en uitstekende scherpe rug, ruim drie of vier voeten lang, twee duimen breet, en daar en boven nog een lange dunne spits als een biese, de kanten zyn bezet met scherpe en digte doorntjes, als mede de grootste helft van de onderste rug, die de handen dapper verseren, als men ze onvoorzigtig handelt. Aan de jonge struiken zyn de bladeren langer en doornagtiger, maar aan de oude werden de doorntjes stomper, zo dat men ze onbezeert na voren stryken kan, en de rug heeft ze alleen na de spitste, voorts styf en glad als perkament, van couleur zee-groen.*

Dit verdeelt men nu in manneken en wyfken, van malkander niet merkelyk verschillende, behalven dat 't manneken schynt een dikke en verdeelde stam te zetten. Het wyfken heeft meest een enkelde stam, langer bladeren, en wel zo doornig. In 't midden van de geblaarde bossen groeit een lange schede uit diergelyke bladeren gemaakt, dog veel korter, aan haar onderste breed en wyd, digt op malkander leggende, en een kleine arm dik. Aan 't manneken besluiten deeze van binnen een rond bolleken, waar uit de vrugt werd; dezelve is alsdan nog in de grootte van een Oranje-appel, dog lankwerpiger, eerst groen, daar na graauw-geel, gemaakt van enkelde piramiedjes, met 't smalste eind na binnen gekeert, rontom een kegelvormige steel, als haar as, staande, aan haar buitenste of vlakke zyde, zyn ze vyf of seshoekig, dog irregulier, zo dat de eene zyde dikwils gantsch smal is. Op 't midden van yder piramide ziet men een gaatje als een Porus, en daar by een kort spitsje, en alle de piramiden hangen vast aan malkander, uitmakende de gedaante van een gehele Pyn-appel, die nog niet geborsten is, maar aan de oude separeren ze haar, en dan ziet men van binnen een hoog-geel of rootagtig en smerig vleesch tusschen de piramiden, die gemaakt zyn van een taaije en hairige substantie, en in de midden een lankwerpige dunne heest wit en zoet van smaak, als de Canaris. De witte bladeren, die om de jonge vrugten staan, zyn aan haar onderste deelen eenigzints welriekend, en als de vrugt nu uit 't witte begint groen te werden, zo vergaat deeze reuk, en de verdroogde bladeren blyven daar rontom staan.

Femina similem emittit vaginam, palmam circiter longam, ex albis quoque foliis compositam, sed quæ paulo longiora & angustiora sunt illis maris, magisque elevata, inter quodvis folium rudimenta quædam alba lanuginosa, & granulosa locantur instar lactei piscium intestini, ultra digitum longa, ad externam partem gibbosa ac rotunda, ad internam plana & semi concava, qua sibi adcumbent, semperque posterior anteriorem amplectitur, simulque racemum formant: Quum folia sese explicent, rudimenta ista ad dimidio longiorem excrescunt magnitudinem, ac granulosa hæc substantia sese explicat in multa crassa & ramosa filamenta, quæ farina sicca obducta sunt, ac sensim cinerei sunt coloris, tumque farina ista in auras avolat: Talia rudimenta duodecim ac quatuordecim una in vagina continentur, totidem distincta foliis, quæ simul floris formam exhibent, inferiores foliorum istorum partes gratum sed peculiarem spirant odorem, qui multo penetrantior est quam in mare, & in abruptis fortissimus est, ita ut, si totus hic flos in camera deponatur, hanc totam odore suo repleat, qui per mensem etiam perdurat, licet in cistis vestibus adponatur, quum vero pyramides istæ farina sua vestes conspurcent, hinc exscinduntur, ac tantummodo racemus cum foliis adservatur, quorum apices quoque abscinduntur: Post flores nulli subsequuntur fructus, licet incolæ quidam erronee illud perhibeant, post adcuratum enim examen emarcidos flores in stipite quodam exploravi sine ullo signo incipientis fructus rudimenti, atque hinc edoctus fui, floriferum nunquam fructus, ac fructiferum nunquam flores producere, in mare enim teneri ac albi conspiciuntur fructus sine ullo florum signo; error autem ex eo oritur, quod ambæ hæ arbores sibi adeo sint similes & intermixtæ, ut vix dignosci possint, nisi ex fructibus ac floribus: Utriusque speciei trunci sibi satis similes sunt, glabro & cinereo obducti cortice, ac brevibus obsiti spinulis, exteriorque cortex pellicula est instar chartæ tenuis, sub hoc crassum & filamentosum reconditur lignum uti in tenera Sagu arbore, sed non adeo durum, interna pars fungosa est, longitudinales itidem gerens fibras, lenta, & succosa.

Radices per ulnam e terra elevantur instar filorum tensorum, instar farciminum rotundæ, pollicem crassæ, ac spinulis obsitæ, in inferiore parte lamellam habentes instar præputii, quæ ipsis tam diu adhæret, donec terram tangant, quum decidat, atque fibrillas emittant.

Mas plura gerit ista farcimina, ac magnum circa sese format stolonem, quod mirum præbet spectaculum, atque hac in re cum *Mangio candelario* libr. 4. Cap. 61. descripto convenit, inter ista farcimina novi foliorum fasciculi excrescunt, quæ totum sæpe ambiunt truncum, ac transplantari possunt.

Floret Octobri & Novembri, ac porro per totum siccum mensium tractum, fructus Majo excrescunt ac subsequentibus pluviosis mensibus, hoc vero inversum est aliis in insulis, in quibus sicci ac pluviosi menses inversi sunt.

Nomen hujus generis generale est, Latine *Pandanus*, Malaice *Pandang*, quod significat adspicere, vel quum sit spectabilis planta ob miram ejus formam, vel quum ob hanc satis notabilis sit, ac facile e longinquo dignosci possit; Javanice & Baleyice simili indigitatur nomine, odorata vero ejus species litorea Javanis dicitur *Tsjindaga*, Ternatice *Buro buro*, Bandanice *Indang*.

Pyrardus ipsum vocat Maldivaice *Macaraquean*. Apud Amboinenses nullum peculiare obtinuit nomen nisi generale *Keker* & *Kekel*. Belgæ nostrates *Pynappel Boomen* illas vocant. In Indostana *Kaldere* dicitur: atque peculiariter binæ species hoc in Capite descriptæ vocantur *Pandanus verus*, ac primus *mas*, alter *femina*. Malaice *Pandang bou bou*, h. e. *Pandanus odoratus* seu *Pandang nipa* ob longa ejus folia, illis arboris *Nipæ* similia, quæ libro primo descripta est. Amboinice quibusdam audit *Kekerela*, h. e. nimis magnum.

Locus. Planta est litorea, rupes ac scopulosa amans loca, quæ enim in arenosis crescit litoribus, non tam præstantis est odoris, ac plerumque sterilis. In Amboina *Pandanus verus* non multum obcurrit, quique ibi reperitur, debilem fundit odorem, neque flores tam bonæ notæ ac durabiles sunt quam aliis in locis: Inter

Het wyfje draagt een gelyke schede, omtrent een hand lank, ook van witte bladeren gemaakt, die wat langer en smalder zyn dan aan 't manneken, ook meer overeind staande: tusschen ieder blad leggen eenige witte en wolagtige of korlige schepsels als vischkuiten, ruim een vinger lang, aan de buitenste zyde rond of bultig, aan de binnenste vlak en half hol, waar mede zy tegen malkander altyd aanleggen; de agterste de volgende voorste omvattende, en te zamen een tros uitmakende. Als de bladeren haar openen, zo werden deeze kuiten nog wel half zo lang, en de korlige substantie opent haar in veele dikke en getakte draatjes, die met een droog meel bestrooit zyn, en met 'er tyd werden ze graauwagtig, en het meel stuift weg. Zulke kuiten vint men twaalf a veertien in een schede, met zo veel bladeren onderscheiden, makende te zamen de gedaante van een bloem: de onderste deelen van deeze bladeren zyn van een goede, dog byzondere reuk, veel sterker dan aan 't manneken, aan de afgebrokene nog sterker, zo dat, als men de gehele bloem in een kamer leit, zy dezelve met hare reuk vervult, behoudende dezelve wel een maant lang, al is ze tussen klederen in kisten of koffers gesloten, dog om dat de kuiten met haar aanhangend meel de klederen besmetten, zo snyt men dezelve uit, en bewaart maar de tros met de bladeren, welkers spitsen men ook afsnyt: na deeze bloemen volgen geene vrugten, hoewel zommige Inlanders abusivelyk zulks voorgeven, want na goet onderzoek, heb ik de gedroogde bloemen aan een stok gevonden zonder eenige teken van beginnende vrugten, en daar uit geleert, dat de bloemdragende nooit vrugten, en het vrugtdragende nooit bloemen draagt, want aan 't manneken ziet men de jonge en nog witte vrugten, zonder eenige teken van bloeisel; de dwaling komt daar van dan, dat beide die bomen malkander zeer gelyk zyn, onder malkander staan, en qualyk te onderkennen, dan aan de vrugten en bloemen, de stammen van beide zoorten zyn malkanderen wel gelyk, met een effene en ligt-graauwe schorsse bekleet, dog met korte doorntjes bezet, en 't buitenste is een dun velletje als papier, daar onder leit een grof en lankdradig hout, gelyk aan de jonge Saguboom, dog zo hard niet, 't binnenste is voos, mede lankdradig, taai, en sappig.

De wortelen staan wel een elle boven de aarde, als gespanne touwen, rond als worsten, een duim dik, ook met doorntjes bezet, en aan 't onderste eind een lapje als een voorhuid hebbende, dat daar aan zo lang vast zit, tot dat ze de aarde raken, wanneer het afgaat, en in de aarde wortelt.

Het manneken heeft meer van deeze worsten, en maakt een groote stoel om zig, speculatief om aan te zien, en daar in met 't Mangium candelarium, *in 't vierde boek Hoofdstuk* 61. *overeenkomende: tusschen deeze worsten komen nieuwe bossen van bladeren voort, die zomtyts den stam geheel omgeven, en die men verplanten kan.*

Zyn bloeityd is in October en November, en voorts de gehele droge Mousson over, de vrugten heeft men in May, en de volgende regenmaanden. Dog dit moet men verkeert verstaan, op andere Eilanden, daar de Mousson verkeert is.

Naam. *De generale naam van dit geslagt is in 't Latyn* Pandanus, *in 't Maleits* Pandang, *'t welk hiet aanzien, of om dat het een aanzienlyke plant is wegens hare zeltzame gedaante, of om dat ze wegens dezelve van verre kennelyk is; Javaans en Baleits ook zo, dog de welriekende strandzoorte hiet in 't Javaans* Tsjindaga, *op Ternaten* Buro buro, *op Banda* Indang.

Pyrard *noemt hem in 't Maldivisch* Macaraquean, *by de Amboinesen heeft het geen byzondere naam, dan de gemeene* Keker *en* Kekel. *Onze Nederlanders noemen het* Pyn-appel Boomen. *In Indostaan* Kaldere, *in 't byzonder hieten de twee zoorten in dit Hoofdstuk beschreven* Pandanus verus, *de eerste 't* manneken, *en 't ander 't* wyfje. *Maleits* Pandang bou bou, *dat is* welriekende Pandang, *of* Pandang nipa, *wegens hare lange bladeren, met de boom* Nipa *gemeen, in 't eerste boek beschreven, op Amboin by zommige* Kekerela, *dat is, te groot.*

Plaats. *Het is een strand-gewasch, en 't wil liefst op klippen en klippige hoeken wassen, want op zandige stranden voortkomende, is zo goet van reuk niet, en meest doof. In Amboina heeft men 't* regte Pandang *niet veel, en 't geene daar is, valt slap van reuk, en de bloemen verre zo goet en durabel niet als op andere plaatsen.*

Van

a

Inter Amboinenses itaque præstantissima est illa species, quæ in saxosis promontoriis Alang, Wacassihu, & in Lariques districtu obcurrit, item circa Combello & Hassalindi in parva Cerama, ac sic porro, quoque magis vicinus sit Moluccis, eo melior est, quique in parvis ac incultis crescit insulis, præstantissimus est, qualis reperitur in Banda, in præruptis rupibus Lonthoiræ, atque in insulis sitis in solis fossa dicta, Pulo Kracka seu Brackan. Optimus plerumque reperitur in insulis Occidentalibus, uti in Java, Baleya, & adjacentibus insulis, ubi ejus flores satis caro venduntur pretio in foris; hunc in finem ibi in hortis plantatur, ubi plerumque simplici adsurgit trunco, sed ejus coma in varios excrescit fasciculos foliosos, quorum quisque unum profert florem.

Plurimum ejus *usum* præbent odorati hujus plantæ flores, seu proprie alba ejus folia flores ambientia, quæ mulieres indigenæ amant vestibus suis adponere in cistis, eadem hæc folia odoratis quoque admiscent oleis. Ternatenses flores nondum apertos, carni & piscibus adcoquunt, eduntque eodem modo illos, uti *Sajor truba*, quod tamen ab aliis incolis non imitatur, sed hoc alii peragunt cum *Kekor* parvo infra descripto. Bandanenses albis utuntur foliis ad vulnera, quæ per lignum vel aliud instrumentum acutum fuere inflicta, vel lapsu contracta, quibus illa inponunt, & adligant.

Ananas silvestris a *Christoph. a Costa* Cap. 45. descripta foliis ac modo crescendi cum Pandano nostro maxime convenit, excepto quod folia florem cingentia scribat nimis lutea, fructus eleganter rubros & Melonum magnitudinem habentes, atque quod ex cunctis vulneratis ramis & trunco copiosus exstillet liquor, quæ omnia forte in Malabarensi & Indostano Pandano vera sunt, in Amboinensi autem & Moluccensi non obtinent, neutiquam tamen pro diversis habeantur plantis, Pandanus enim fere in omni variat insula, ipsi Portugallice vocatur *Ananas brava*, Arabice & Decanice *Queura*, Persice *Ananassa* & *Angali*, florem peculiariter vocat Arabice *Chuxtuid*, Persice *Pixcoxbuyht*: ejusque succus ibi summopere laudatur mane jejuno stomacho ad sex uncias adsumptus cum sacharo vel manna contra Hepatis æstum & ulceratos renes, purulentam mictionem, penisque excoriationem, quæ omnia mala intra tres dies hoc curantur: Dicit quoque Arabes hunc laudare contra Erysipelam, præsertim si tenera & alba florum folia simul cruda edantur instar Cardons, seu Carduorum.

Nomina posui, qualia apud ipsum obcurrunt, satis enim gnarus sum *Queura* æque Arabico adcedere vocabulo quam Q ad K.

Pandanus noster, qui longissima gerit folia, femina nempe, adhibetur ad mattas ex iis nectendas, quem in finem vetustissima eliguntur folia, quorum spinæ ad oras parum abscinduntur: Alba vero arborum folia peculiariter usurpantur ad *Miniac taun taun*, h. e. *Oleum annosum*, quod est oleum odoratum, antiquorum Comageno simile, vocaturque hoc nomine, quum per aliquot annos sub terra condatur, antequam efficax sit, & usui aptum.

Ut hujus plantæ arbusculæ rite plantentur, abscindendi sunt foliosi fasciculi cum frusto stipitis, ac terræ inponendi sunt, uti Ananassæ plantantur, tum breviores gerunt truncos, ac præcociores proferunt flores, quam quæ ex satis excrescunt.

In *Hort. Malab. tom.* 2. octo primis figuris quatuor hujus plantæ exhibentur species sub nomine *Kaida*, Bracmanis *Benda*, nulla autem omnino convenit cum Pandano nostro, excepto prima species, seu vera *Kaida*, quæ Pandano nostro vero adcedit, Malabarensis vero folia multo sunt longiora, in qua juxta auctoris relatum fructus flores subsequuntur in una eademque planta, quod contrarium in Amboinensi obtinet, nullam vero habet convenientiam, uti adnotator Commelinus putat, cum *Arvore Rais Linschoteni*, quæ *Varinga* est, neque cum *Paretuvier Rochefortii*, quod *Mangium* est, sed, uti dictum est, convenit cum *Ananassa Brava Christ. a Costæ Cap.* 45. descripta: Malabarensibus autem, quos interrogavi, ignota erat vox *Kaida*, sed quidem noverant Portugallicum *Kaldere*, ipsis autem Malabarice vocabatur *Dare*.

Tabula Septuagesima Quarta

Pandanum verum exhibet cum *fructu a separato.*

Van 't Amboinsche dan is 't best, 't geen men vint op de klippige boeken van Alang, Waccasihu, en in 't distrikt van Larique, te weten omtrent Combello *en* Hassabudi *op klein Ceram, en zo voorts, hoe nader de Moluccos hoe beter, inzonderheid 't geen op kleine en onbewoonde Eilanden valt. Zo goet heeft men het in Banda, op de steile klippen van Lonthoir, en op de Eilandekens in 't zonnegat gelegen, Pulo Kracka of Brackan genaamt. Het beste vint men doorgaans in de Westelyke Eilanden, als Bava, Baly, en de omleggende Eilanden, daar men de bloemen redelyk duur op de markt verkoopt; tot dien einde werd het aldaar in de boven geplant, meest met een enkelde stam opschietende, dog in zyn kruin in verscheide bossen bladeren verdeelt, ieder bos een byzondere bloem voortbrengende.*

Gebruik. *Het meeste gebruik van deeze plant bestaat in de welriekende bloem, of eigentlyk de witte bladeren, het bloeisel omgevende, die de Inlandsche vrouwen gaern in hare koffertjes leggen by hare kleeren, dezelve bladeren mengen zy ook onder welriekende olyen. De Ternatanen koken de ongeopende bloemen by vleesch en visch, en eten ze gelyk men met 't* Sajor truba *doet, 't welk by andere Inlanders niet nagevolgt werd, maar wel van 't kleine* Kekor, *hier na beschreven. De Bandanesen gebruiken de bladeren, die wit zyn, tot quetsuren, die met hout of iets scherps gestoken zyn, of daar men in gevallen heeft, dezelve daar over bindende.*

Ananas silvestris *by* Christoph. a Costa, *Hoofdstuk* 45. *beschreven, komt met bladeren en wasdom meest met ons Pandang overeen, behalven dat hy de bladeren van de bloemen al te geel maakt, de vrugten schoon root, en zo groot als Meloenen, en uit alle de gequeste takken en stam veel saps tapt, al 't welke misschien in de Malabaarse en Indostaanse Pandang waar zy, dog in onze Amboinsche en Molukse niet te vinden. Egter moet men het daarom niet voor gantsch verschillende planten houden, want de Pandang schier op ieder Eiland een verandering heeft; hy noemt ze in 't Portugees* Ananas brava, *in 't Arabisch en Decans* Queura, *in 't Persiaans* Ananassa *en* Angali; *de bloem hiet hy in 't byzonder in 't Arabis* Chuxtuid, *in 't Persiaans* Pixcoxbuyht, *het zap werd aldaar zeer geprezen, des morgens nugteren ses oncen met Suiker of Manna ingenomen, tegens de verhitheid van de lever en zwerende nieren, etterig pissen, en de vervellinge der mannelykheid, welke alle binnen drie dagen genezen. Nog zeit hy, dat de Arabiers hem pryzen tegen de Belroos, als mede dat men de jonge en witte bladeren van de bloemen raauw eet, als Cardons.*

Ik heb die namen gezet, zo als ik ze by hem vinde, anderzints weet ik wel dat Queura *zo veel na 't Arabisch gelykt, als een Q na een K.*

Onze Pandang, die de langste bladeren draagt, namentlyk; 't wyfken werd gebruikt om matten daar van te vlegten, waar toe men de oudste bladeren neemt, en de doornen aan de kanten wat afschraapt; de witte bladeren van de bomen werden inzonderheid gebruikt tot het Miniac taun taun, *dat is* Oleum annosum, *een welriekende oly het Comagenum der ouden gelyk, alzo genaamt, om dat het eenige jaren in de aarde moet begraven zyn, eer het kragtig genoeg, en gebruikelyk werd.*

Om deeze boompjes te planten, zal men de geblade bossen met een stuk van den stok afsnyden, en in de aarde zetten, gelyk men de Ananasse plant, zo blyven ze korter van stam, en dragen eerder bloemen, dan die van 't zaat voortkomen.

In de Hortus Malab. tom. 2. *in de eerste agt figuren werden vier zoorten van deeze planten vertoont onder den naam* Kaida, *in 't Braminees* Benda, *dog geene accordeert ten volle met alle onze Pandangs, behalven de eerste zoorte of eigentlyke* Kaida, *die wil onze Pandanus verus zyn, dog de bladeren aan 't Malabaarsche zyn veel langer, aan 't welke na 's Auteurs schryven, de vrugten op 't bloeisel volgen, aan een en op dezelfste plante, welkers tegendeel men aan de Amboinsche ziet; 't heeft geen gemeenschap gelyk den Annotator Commelinus meent, met de* Arvore Rais *van* Lindschoten, *'t welk de* Varinga *is, nog met den* Paretuvier *van* Rochefort, *'t welk de* Mangi mangi *is, maar wel, als gezegt, met de* Annanas Brawa *van* Christoff. a Costa, *beschreven Hoofdstuk* 45. *De Malabaren, dewelke ik ondervraagt hebbe, verstonden ook geenzints het woort* Kaida, *maar wel 't Portugese* Kaldere, *en zy zelfs noemen 't in 't Malabaars* Dare.

De Vier en Seventigste Plaat

Vertoont de regte *Pandang-boom met zyn vrugt a afzonderlyk.*

OBSERVATIO.

Hæc est Ananas silvestris, arborescens Acostæ *Mus. Zeyl. pag.* 55. & Ananas silvestris folio Aloës, fructu Cupressino. *J. B. tom.* 3. *pag.* 90. & Palmæ affinis arbor conifera, Mascatensis, longissimo folio tribus ordinibus spinarum munito. *Plukn. Almag. pag.* 277. & Frutex Indicus fructu aggregato conoide, *Kaida* dictus *Ray hist. pl. pag.* 1443. reliqua vide in *Thes. Zeyl pag.* 20.

CAPUT OCTOGESIMUM PRIMUM.

Pandanus spurius. Pandang matti.

Pandanus spurius in crassiorem excrescit arborem, instar minoris nempe Limonii, cæterum parum a priore differens, ejusque truncus ex rotundo parum angulosus est, glabro obductus cortice, atque hinc inde brevibus armatus spinulis: supra terram multæ quoque elevantur tensæ radices, majorem formantes stolonem quam in præcedente, spinulæ autem istæ in ordines locantur: Truncus sese superior dividit in binos tresve breves ac incurvos ramos instar brachiorum candelabri, qui in breves dividuntur articulos, atque quivis iterum in binos tresve majores ramos, quibus folia insident longa ac fasciculata, quæ in junioribus fruticibus tres pedes longa sunt, in arboris vero fasciculis binos pedes ac minus lata, ultra duos digitos lata, superne trigono & decurrente sulco notata, inferne dorsum acutum habentia, cujus spinæ breviores ac crassiores sunt quam in priore, atque prope apices adeo pusillæ, ut subtilem referant serram, illaque per flexum deorsum dependent, suntque pallide glauca: Juniorum foliorum dorsum ubique spinis, vetustorum vero tantum ad dimidium his armatum est, atque in quibusdam nullæ omnino reperiuntur, uti & horum oræ nec acutæ nec spinosæ sunt uti in Keker, sed rotundæ & glabræ: Sessilia vero lataque basi trunco insident, atque parum supra sese invicem locantur sine discrimine nunc sinistrorsum, potissimum vero dextrorsum instar cochleæ.

In centro foliosorum fasciculorum spatha seu vagina excrescit iisdem ex foliis, sed brevioribus, formata, quæ inferne albicant, lata sunt, ac mollibus spinulis obsessa, totaque vagina pedem crassa est: In femina hujus speciei inter ista alba folia rudimenta talia adparent qualia in præcedenti, sed plerumque majora, ac vulgo decem vel duodecim numero, primo flavescentia, dein cinerea, in multas ramosas fibras seu filamenta sese explicantia, instar plumæ seu paniculæ arundinaceæ, sed quæ crassiora sunt, magisque inregularia, cinerea repleta farina: Flos hic gratum quoque spirat odorem, sed multo minus jucundum, quam veri Padani, ac cito perit, unde & non adhibetur, sed tanquam spurius habetur: In mare similis quoque progerminat vagina, sed quæ inter folia nulla emittit rudimenta, ipsorumque loco pomulum simplex excrescit & formatur, primo albicans, ac tuberculosum instar pomi Pyni vel nucis Cupressi, quod in fructum excrescit, atque hic magnitudinem habet vulgaris Durionis, plerumque rotundus, ac parum conicus, quæ figura Ellipsis vocatur, primo glaucus, dein ex cinereo virens, ac demum ad fuscum adcedens colorem, formatur autem ac componitur ex similibus pyramidibus, quæ omnes circa medium concurrunt conum, atque externam formant fructus superficiem inæqualem ac tuberculosam, quæ in medio parum elevatæ sunt per apicem brevem eminentem instar adamantum politorum, ad basin vero sunt quadragonæ, pentagonæ, & hexagonæ, omnes vero sunt inregulares, atque sibi invicem adunatæ, quam diu fructus sit inmaturus.

Maturus vero in multa aperitur ac dehiscit segmenta, quorum quodvis ex variis constat pyramidibus, quæ non separantur, nisi vi, in inmaturis hæc segmenta quodammodo etiam dehiscunt, quæ inferius in firma finduntur filamenta instar setarum porcinarum, ita ut quævis glebula inferius barbatas referat scopas.

Intus

AANMERKING.

Dit is de wilde boomagtige Ananas van Acosta, in het *Mus. Zeyl. pag.* 55. en de wilde Ananas met het blad van de Aloë, en de vrugt als van de Cypres, by *J. Baub.* in het *derde deel pag.* 96. en de Macastense kegeldragende boom gelyk aan de Palmboom, met een zeer lang bladt, met drie reyen van doornen gewapent, van *Plukn. Almag. pag.* 277. en de Indische struik met een by een vergaarde kegelagtige vrugt *Kaida* genaamt, by *Ray* in de *Historie der Planten*, *pag.* 1443. het overige ziet in de *Thes. Zeyl. pag.* 20.

LXXXI. HOOFDSTUK.

De bastert Pandang-struik.

De bastart Pandang werd een dikker boom dan de voorgaande, te weten als een kleine Limoen-boom, anders weinig van 't voorgaande verschillende; de stam is uit den ronden wat boekig, met een effene schors, en hier en daar met korte doorntjes bezet, boven de aarde staan ook veele schuins gespannen wortelen, een grooter stoel makende dan 't voorgaande, en met doorntjes in ryen bezet. Boven verdeelt hem de stam in twee of drie korte en kromme takken, gelyk de armen aan een kandelaar, in digte leden verdeelt, en yder wederom in twee of drie hoofden, bezet met een bos lange bladeren, dezelve zyn aan de jonge struik drie voeten lank, aan de bossen van de boom twee voeten, en minder, ruim twee vingeren breet, ook met een driekante en doorgaande voorn van boven, en van onderen een scherpe rug, welkers doornen korter en dikker zyn dan aan 't voorgaande, by de spitsen zo klein als een fyne zaag, met een bogt nederwaarts hangende, bleek zee-groen. De rug aan de jonge bladeren is doorgaans, maar aan de oude half bedoornt, en aan sommige gants niet, gelyk ook de kanten van de voorn niet scherp nog doornagtig zyn, gelyk aan het Keker, maar rond en glad. Zy staan zonder stelen met haar brede einden zeer vast aan den stam, en met dezelve een weinig over malkander, zonder onderscheit, dan slinks, dog meest regts omgaande, gelyk een wenteltrap.

In de midden van de gebladerde bossen groeit een schede van dezelfste bladeren, dog korter, van onderen wit, breet, en met weeke doorntjes bezet, zynde de gehele schede wel een been dik. Aan 't wyfken van deeze zoort ziet men tusschen die witte bladeren, zodanige kuiten als aan 't voorgaande, doorgaans grooter, mede tien en twaalf in 't getal, eerst bleek-geel, daar na graauw, in veele getakte vaselingen zig openende, gelyk een Riet-pluim, dog digter, en ordentelyker, vol graauw meel; deeze bloem riekt ook eenigzints, inzonderheid als hy een dag afgebroken gelegen heeft, dog verre zo lieffelyk niet als de regte Pandang, en vergaat haast, daarom ze ook niet gebruikt, maar voor een bastartzoort gehouden werd. Aan 't manneken komt wel diergelyke schede voort, dog zonder kuiten tusschen de bladeren, maar in de midden werd een enkeld Appeltje geformeert, eerst witagtig, en vol bultjes gelyk een Pyn-appel of een Cypres-noot, waar uit de vrugt werd, dezelve is in de grootte van een middelbare Durioen, meest ront, of een weinig kegelvormig, welke figuur men Ellipsis noemt, eerst spaans-groen, daar na graauw-groen, en ten laatsten na den bruinen trekkende, zy is gemaakt van diergelyke piramietjes, die alle rontom de middelste kegel zamenstoten, en makende de buitenste vlakte van de vrugt oneffen vol bobbeltjes, in de midden wat verheven met een kort stekent spitsje, gelyk geslepene diamanten, aan de gront vier, vyf, en seszydig, dog alles irregulier, en vast aan malkander klevende, zo lang de vrugt onryp is.

De rype nu gaapt in veele stukken van malkander, en yder stuk of klontje bestaat uit verscheide piramiden, die hun niet separeren als door gewelt, dog in de onrype staan deeze klontjes mede al wat gapende, agter splyten ze in styve draden, gelyk verkens-borstels, zo dat een klontje van agteren een baart-borstel gelykt.

Binnen

A
B

Intus reconditur nucleus oblongus, instar Canarii edulis, in arenam vero decidens novam generat arbusculam: Circa perfectum fructum folia spathæ seu involucri remanent emarcida & dependentia.

Truncus in multos dividitur annulos seu articulos instar Pinangæ, Pandani vero sunt magis adunati & irregulares, obliqui nempe, prout folia progerminarunt; sub externa tenui pellicula lentus ac viridis reconditur cortex, ac sub hoc filamentosum albumque lignum, ex duris & longitudinalibus constans fibris uti Pinangæ, quod interne fungosum est ac filamentosum, uti in priore.

Ex vulneratis ramis ac radicibus aquosus exstillat succus, sed paucus, qui cito exsiccatur: Sub initium pluviosorum mensium floret, quod tempus in Amboina incidit mense Majo.

Nomen. Latine *Pandanus spurius*, Malaice *Pandang matti*, h. e. mortuus & iners Pandanus, quum paucum fundat odorem: Amboinice *Keker* & *Kekel ela*, h. e. magnus, uti prior. Alii tanquam marem Pandani hunc habent, uti præcedentem feminam putant, licet utræque species, uti dictum est, sint subdivisæ in marem & feminam.

Locus. Hæc species in Amboina vulgatior est præcedenti, ac non tantum in planis & arenosis crescit litoribus, sed etiam in ipsa terra, in vallibus nempe, ad anteriores montium partes, ubi tamen longiora gerit folia quam in litoribus: In Java & Baleya ubique crescit in campis circa fluminum ripas, altitudinem adtingens vulgaris Limonii, sed inodorus quoque, atque a vero odorato Pandano differens.

Ejus *usus* nullus huc usque mihi innotuit, excepto quod longissima eligantur folia ad mattas ex illis nectendas, quæ satis durabiles sunt, sed difficilius componuntur, quum breviora sint illis Pandani silvestris. Tenerorum foliorum albas extremitates solebant Amboinenses quidam edere tam crudas quas coctas, non autem tam bonæ sunt notæ illis Keker humilis, atque pruritum quendam in faucibus ex ipsis persensi: Ex variarum Pandani specierum foliis in Celebe quasdam norunt formare angustas mattas, vix digitum crassas, in quibus commodius decumbitur quam in culcitra, hocque peragitur, quum foliorum oræ spinosæ abscindantur, dupliciter combinentur, atque sibi invicem adligentur.

Tabula Septuagesima Quinta

Pandanum exhibet *spurium*.
Ubi *litt.* A *Maris fructum*: B. *Florem feminæ* foliis cinctum demonstrat.

Binnen in zit een lankwerpige beest, die men eten kan als Canary, maar in 't zant vallende, formeert by een nieuw boompje. Rontom de volwassene vrugt blyven de bladeren van de schede of omwindzel staan, dog afhangende en verdrogende.

De stam is mede in vele leden, gelyk een Pinang-boom verdeelt, dog de Pandangs-leden staan digter, en onordentelyker, te weten scheef, gelyk de bladeren gelopen hebben. Onder 't buitenste dunne velletje leit een taaije groene schors, en onder dezelve een lankdradig wit hout, hardagtig, gelyk aan de Pienang-boom, binnen voos en dradig, gelyk aan 't voorgaande.

Uit de gequetste takken en wortelen druipt een water-agtig zap, dog spaarzaam, en het oude droogt haastig op, by bloeit in 't begin van de regen Mousson, zynde in Amboina de maant May.

Naam. *In 't Latyn* Pandanus spurius, *in 't Maleits* Pandang matti, *dat is doove of dode Pandang, om dat by weinig reuk heeft, op Amboin* Keker *en* Kekel ela, *dat is groote, als 't vorige. Andere houden het voor 't manneken van de Pandang, gelyk 't voorgaande voor 't wyf ken, hoewel beide, als gezegt, onderdeelt zyn in manneken en wyfken.*

Plaats. *Deeze zoort is in Amboina gemeender dan de voorgaande, by wast niet alleen op vlakke en zandige stranden, maar ook landwaart in, in valyen, en aan het voorste gebergte, 't welk egter langer bladeren heeft dan de strandzoorte. Op Java en Baly wast by ook overal in het velt, omtrent de rivierkanten, verkrygende de hoogte van een volkomen Limoen-boom, dog mede zonder reuk, en van de welriekende Pandang onderscheiden.*

Gebruik. *My is nog geen gebruik daar van bekent, behalven dat men de langste bladeren neemt, om matten daar van te maken; die wel durabel zyn, dog vallen moeyelyker te maken, wegens de kortheid der bladeren, dan van de wilde Pandang. De witte einden van de jonge bladeren plegen zommige Amboinesen zo raauw als gekookt te eten, dog zy zyn zo goed niet als die van 't lage Keker, en ik heb 'er eenig jeuken in de keel van gevoelt. Uit de Pandang-bladeren van verscheide zoorten, weten zy op Celebes zekere smalle matten te maken, schaars een vingers dik, en gemakkelyker om op te leggen als op een mattras: dit geschiet als zy de bladeren aan de doornagtige kanten snoeyen, dubbelt vouwen, en aan malkander rygen.*

De Vyf en Seventigste Plaat

Vertoont de *Bastart Pandang-struik.*
Alwaar lett. A de vrugt van het *mannetje*, en B de *bloem* van het *wyfje* met zyn bladeren omgeven, aanwyzen.

CAPUT OCTOGESIMUM SECUNDUM.

Pandanus humilis. Keker.

Subsequentes species breviorem exhibebunt descriptionem, quum continuo ad priores referantur: Tertia itaque ac vulgatissima litorea species humilis est, sed late extensus frutex, unum pluresve gerens breves truncos, non erectos, sed ad terram inclinantes, aliisque incumbentes herbis, qui in multos quoque dividuntur articulos, binos tresve digitos crassi, quique ad viri altitudinem, si simplex sit, sese erigit, atque tot minoribus ac teneris surculis seu fruticulis cinctus est, ut vix ad ipsum truncum aditus detur.

Ejus folia quoque fasciculata sunt, in ramo dextrorsum vergentia, sed non tam certum observant ordinem quam in vero Pandano, suntque longiora, angustiora, magisque spinosa quam præcedentium, ultra tres pedes longa, ac binos digitos lata, in truncis vero breviora, & in longum apicem, junceum quasi, sese determinantia, atque non tantum ipsorum oræ, & dorsum inferius, sed etiam ipsorum tota superficies acutis spinis sunt armata, hæ vero multo molliores & laxiores sunt quam in inferioribus partibus, atque non per totum folium sed tantum per spithamam ab apice remotæ locantur, cætera foliorum pars glabra est, plurimæque in vetustis foliis pereunt: hæc species fructus potissimum profert, qui etiam ex vaginis excrescunt in centro fasciculorum foliosorum positis in peculiari duro ac trigono petiolo.

Hi

LXXXII. HOOFDSTUK.

De laage Pandang-struik.

De *volgende zoorten zullen korter van beschryvinge vallen, om dat men zig t'elkens tot de voorgaande refereren moet. De derde en aldergemeenste strandzoort blyft een lage, dog wyd uitgespreide struik, met een of meer korte stammen, die hun niet opheffen, maar leggen op de aarde, en op andere ruigte rusten, mede in veele leden verdeelt, twee en drie vingeren dik, en die zig nog al opregt tot de hoogte van een man; by is met zo veel jonge struiken omgeven, dat men qualyk daar by komen kan.*

De bladeren hangen ook in bossen by malkander, aan de tak regtsom opgaande, dog houden zo precise reyen niet, als de regte Pandang; de bladeren zyn langer, smalder, en doornagtiger dan aan de voorgaande, boven de drie voeten lang, en twee vingeren breet, aan de stammen al gaandeweg korter, ook met een lange spits als een biesse, niet alleen hare kanten en onderste ruggen zyn met scherpe doornen bezet, maar ook de bovenste kanten van de voorn; dog dezelve doornen zyn veel weker, en ydelder dan aan de buitenkanten, ook staan ze niet over 't gehele blad, maar alleenlyk een span van de spitse af, de rest is glad, en de meeste vergaan aan de oude bladeren; deeze zoort draagt meest vrugten, ook voortkomende in een schede midden in de geblade bossen, op een byzondere harde en driekantige steel.

Deeze

Hi fructus septem & octo simul dependent conglomerati, magnitudine ovorum gallinaceorum, multis tuberculis obsiti, quibus breves insident apices, unde ad tactum spinulosi quasi sunt, magisque strobulis Pini adcedunt quam priores, primo intense virides seu ex nigro virentes, dein eleganter rubentes, tumque ipsorum pyramides dehiscunt, ob copiosam auream & mucosam medullam, quæ ipsis interjacet matura: Pyramides hæ maturæ intus continent parvum durumque officulum instar grani Oryzæ seu Pady, quæ in arenam decidua progerminant, quod tamen raro fit, quum plerumque ab avibus comedantur, atque hæc planta præterea satis abunde multiplicatur per laterales surculos, atque per eos, qui ex prorepentibus propullulant radicibus.

Tenera folia tam vaginæ, quam in medio fasciculorum excrescentia inferne albissima sunt, mollia, ac dulcia & edulia, saporem Palmytæ habentia, prope radices quoque farcimina quasi seu arcus supra terram elevantur, sed non alte, nec ultra pollicem crassi.

Hujus femina longiorem & tenuem format vaginam, externe quodammodo trigonam, atque rudimenta inter alba folia excrescentia trigona quoque sunt, primo densa, dein instar arundinaceæ plumæ seu paniculæ sese explicantia, sed non ita laxe uti in vero Pandano, pauca itidem farina conspersa, atque tali modo locantur, donec cum foliis marcescant, nullis subsequentibus fructibus.

Hujus folia sunt angustiora, læte magis virentia quam maris, cæterum eodem modo spinosa, in breviorem apicem junceum desinentia, ipsorumque albæ extremitates dulciores sunt & esui magis aptæ, non nimis profunde autem hæc folia sunt depascenda, ubi nempe viridia ac filamentosa sunt, tum enim oris pruritum excitant: Ligni substantia est fungosa, atque ex longitudinalibus constat fibris uti in præcedentibus: Rami pollicem crassi sunt, vagis spinis obsiti, ac superius in tres alios dividuntur ramos, in triangulo positos, quorum folia fasciculata sunt, minora & breviora quam maris: Flores fructusque non certum observant anni tempus.

Nomen. Latine *Pandanus humilis*, Malaice *Pandang kitsjil*, Amboinice *Keker* & *Kekel*, atque ad distinctionem priorum *Keker leynulun*, h. e. *Keker litoreum*, in Leytimora *Berel*, in Hitœa femina *Kekelmaan*, h. e. *edule Kekel*; Macassarice *Denro* & *Panrang*.

Locus. In omnibus crescit insulis juxta litus, præsertim ubi solum est planum & arenosum, ac lapillis mixtum, ac sæpe adeo dense sibi invicem adstant, ut instar sepis magnam litoris obcupent partem, atque inde ad aliquam distantiam in ipsa terra juxta fluminum ripas: Notus est per totam Indiam aquosam, licet in uno loco magis arboreus sit quam in altero.

Usus. Defectu aliorum Pandanorum hujus folia ad mattas adhibentur, sed non ita durabiles sunt quam subsequentis speciei montanæ, cæterum albæ tenerorum foliorum extremitates ac flores potissimum in usu sunt, qui crudi eduntur, quum optimum habeant saporem palmytæ Calappi, quidam totos etiam coquunt flores, antequam sese aperiant instar Sajor trubu, sed ingratum habent saporem: neque flores conservantur, quum nullum spirent odorem: Alba ista folia comesta conducunt iis, qui ægre sese habent ac vertiginosi sunt ex esu noxiorum piscium, Cancrorum, & Oryzæ infectæ, quum hæc desiderentur folia, horum quinque sexve simul comprehendantur, quæ in centro fasciculi locantur, quæ leviter manibus ad externam comprimuntur partem, spinulæ enim tenerorum foliorum molles sunt, simulque una vice extrahuntur, tum simul albæ extremitates sibi adunatæ instar Palmytæ conquiruntur: Cum hisce albis foliis pisces Tsjekallangs, qui Thymi species sunt, capiuntur, si enim hæc hamo insigantur, pisces hæc devorant putantes pisciculos esse.

Tenera hæc alba folia cum Pinanga juniore, & alba Siri etiam masticantur contra gingivas tumentes *Carpatta* dictas: In Brasilia obcurrit quoque Pandanus litoreus, qui fruticosus est instar Ananæ, parvum gerens truncum, ejus folia autem latiora sunt illis Ananæ, acutis & duris spinis armata, sese invicem ambientia, atque in medio cavitatem formantia, in qua semper aqua stagnat, quæ summum præbet commodum iis, qui in solitudinibus iter instituunt, ad sitim exstin-

Deeze vrugten hangen zeven en agt by malkander in een klomp, in de grootte van Hoender-eijers, met veele bobbeltjes bezet, en daar op korte spitsen, waar door ze in 't aantasten steekelig vallen, eigentlyker de gedaante van Pyn-appels uitmakende, dan de vorige, eerst hoog of zwart-groen, ten laatsten schoon-root, en dan vallen de piramiden van malkander, wegens 't veele gout-geele en smerig merg, 't welk tusschen haar leit, en alsdan ryp word. De rype piramietjes hebben van binnen een kleine steenharde beest als een Pady-korl, die in 't zant vallende zig voortplant, 't welk zelden geschiet, om dat ze meest van 't gevogelte gegeten werden, en behalven dien de plant haar overvloediglyk voortteelt, door de zydescheuten, en die uit de kruipende wortelen voortkomen.

De jonge bladeren zo aan de schede als in 't midden van de bossen staande, zyn van onderen spier-wit, mals en zoet om te eten, smakende als Palmyt; by de wortelen ziet men ook eenige worsten of bogen boven de aarde, dog niet hoog, en niet boven een vinger dik.

Het wyfken hier van gewind een langer en dunne schede, van buiten eenigzints driekantig, en de kuiten tusschen de witte bladeren zyn driekantig, eerst digt, daar na als rietpluymtjes haar openende, dog zo los niet als de regte Pandang, ook met weinig meel bestrooit, en blyven zo staan, tot dat ze met de bladeren verdrogen, zonder vrugten.

De bladeren zyn smalder, en ligter-groen dan aan 't manneken, anders op dezelfste manier gedoornt, met een korte biese, haar witte einde ook zoeter en bequamer om te eten; dog men moet niet te verre in 't blad byten, daar het groen of dradig begint te werden, want 't zelve veroorzaakt jeuken in de mont; 't hout is van substantie langdradig en voos, gelyk aan de voorgaande, de takken zyn een duim dik, met ydele doornen bezet, en verdeelen haar boven in drie andere takken, in een triangel staande, waar op de geblade bossen kleinder en korter dan aan 't mannetje zyn. Bloeisel en vrugten hebben geen vaste tyd.

Naam. *In 't Latyn* Pandanus humilis, *in 't Maleits* Pandang kitsjil, *op Amboin* Keker *en* Kekel, *en tot onderscheit van de voorgaande* Keker leynulun, *dat is* Strand-Keker: *op Leytimor* Berel, *op Hitoe 't wyfken* Kekelmaan, *dat is* eetbaar Kekel, *op Macasser* Denro *en* Panrang.

Plaats. *Het wast op alle Eilanden langs het strand, inzonderheid daar het vlak en zandig is, met kleine steenen gemengt, en zomtyts zo digt aan malkander, dat het als een hegge een groot stuks van de strand beslaat, en van daar een stukweegs landwaart in langs de oevers van de Rivieren. Het is bekent door gants Water-Indien, hoewel op de eene plaats boomagtiger dan op de andere.*

Gebruik. *By gebrek van andere Pandang neemt men deeze bladeren tot matten, hoewel ze zo durabel niet zyn als van de volgende bergzoort, anders zyn de witte einden van de jonge bladeren en bloeisel meest in gebruik om rauw te eten, als zeer wel smakende na Calappus-palmyt; zommige koken ook 't gehele bloeisel, eer 't zig opent, gelyk Sajor trubu, dog 't is van slegte smaak: de bloem werd niet bewaart, om dat ze zonder reuk is, de voorn. witte bladeren gegeten, helpen die geene weder te regt, die hun qualyk gevoelen, en duizelig worden door 't eten van eenige quade visschen, krabben, en geinfecteerde ryst, als men deeze bladeren hebben wil, zo vat men vyf of ses der geene, die in 't midden van 't bosch staan, zoetjes met de handen van agteren t'zamen drukkende, want de stekels aan de jonge bladeren zyn niet hard, en trekt ze met een ruk af, zo hebt gy ze met de witte einden in malkander staande, als Palmyt. Met dezelfste witte bladeren werden de visschen Tsjekallangs gevangen, een zoort van Thymus, want als men dezelve aan de visboek steekt, zo schiet 'er de vis naar toe, menende, dat het een klein visje zy.*

De jonge witte bladeren kaauwt men met jonge Pinang en witte Siri tegens gezwollen tantvleesch Carpatta. In Brasil is mede een Pandanus litoreus, een struikagtig gewas, als de Annanas, met en een weinig stams, de bladeren zyn breder dan die van Annanas, met scherpe en harde stekelen bezet, malkanderen omgevende, en in de midden een kuil makende, daar in men altyt water vint, 't welk zeer geryffelyk is voor die geen, dewelke in de wildernissen rysen, om den dorst te verslaan, hoewel 't gemeen-

Tab. LXXVI.

exstinguendam, sed plerumque sordibus conmixta est, truncus autem ense exciditur, frutexque invertitur, ut aqua in pileum decidat.

Cum hoc convenire videtur secunda *Kaidæ* species in *Hort. Malab. tom.* 2. *fig.* 6. descripta, quæ ibi vocatur *Kaida taddi*, Malabarensis vero fructus iterum majores sunt Amboinensi.

Tabula Septuagesima Sexta

Ramum exhibet *Pandani humilis.*

CAPUT OCTOGESIMUM TERTIUM.

Pandanus silvestris. Pandang utan.

TErrestris Pandani species in multas dividitur species, Amboinensium vero opinionem sequemur, ac tantum in binas dividemus species, primo in *Keker wassi*, secundo *Keker ewan.*

Primo. *Keker wassi* in humilibus crescit locis, in vallibus nempe, & desertis hortis silvestribus, Wassi dictis, multis sese erigens supra terram radicibus, truncum gerens brevem, non rectum, sed primo sinuosum, marisque seu frugiferi truncus externe densis & inregularibus verrucis instar spinarum pungentibus obsitus est.

Ejus folia optime conveniunt cum illis Pandani spurii, excepto quod medius sulcus non ita sit profundus, sed planior, in mare tres cum dimidio, in femine ultra quinque pedes longa, tres digitos lata: Hujus speciei dorsum tantum ad dimidium spinis armatum est, tenerorum vero foliorum dorsum totum spinis obsitum est: Mas fructus profert adunatos instar *Keker panthey*, sed majores instar ovorum Anatis, qui maturi rubent & separantur, quique teneri coquuntur & eduntur: Quæ femina vulgo censetur, flores gerit granulosos uti in præcedenti fuit dictum capite, qui inodori sunt.

Lignum est album, nec durabile, ac proinde nulli inservit usui.

Alter *Keker ewan* seu Keker montanus raras gerit supra terram radices, truncumque habet rectum & altum, instar vulgaris Pinangæ, ejus folia septem & octo pedes longa sunt, tres digitos lata, ad oras subtiliter & dense serrata, firma & dura, dorsum gerentia acutum, non multum serratum, optimaque sunt ad mattas construendas, unde & verus *Daun tickar* habendus est.

Fructus ejus solitarius in ramorum extremo progerminat instar coni altioris, a tredecim ad sexdecim pollices longus, tres digitos crassus, instar fructus subsequentis Saun. Ejus granula vix culmum crassa sunt, inregularia, hexagona, & arcte sibi invicem adhærent, nec dehiscunt, atque interne conjunguntur per aurantium viscum, sensim vero decidunt, ac stilum medium relinquunt binos digitos crassum. Fructus trigonæ insidet vaginæ, quæ componitur ex tribus foliorum stratis, quorum quodvis ex quinque vel sex albis componitur foliis.

Lignum ejus durius est quam aliorum Pandanorum, quumque in ventosis crescat collibus, ruffescit instar veterum Sagu arborum, immo in quibusdam insulis ex fusco nigrescit, atque instar Nibun durum est, sed non crassum, reliqua enim ejus pars interna fungosa est & filamentosa, uti in Sagu arboribus.

Nomen. Latine *Pandanus silvestris* sive *terrestris*, Malaice *Pandang utan*, prima species Amboinice dicitur *Keker wassi*, altera *Keker ewan* seu *Leytewan*, acsi *Pandanus montanus* diceretur, Malaice *Pandang gunong* & *Daun tickar*, ac femina peculiariter *Mantayn* & *Haun tayn*, in Leytimora *Areu.* Hituenses illum vocant *Tolun*, quod nomen alii *Pandano vero* tribuunt, qui in maris rupibus crescit; sciendum enim est, Amboinenses cunctis Pandanis incerta huc usque dedisse nomina, satis putantes ipsi tribuere nomen generale *Keker*, additis quibusdam adjectivis pro cujusvis lubitu, certum enim est Pandanos sat laboris caussare curiosis ipsorum investigatoribus, ut rite distinguantur, puto autem non tanto dignos labore, quum ipsorum plurimi exiguum præbeant usum.

gemeenlyk met vuiligheid vermengt is, men kapt den stam met een houwer af, keert de struik om, en giet 't water in een hoet.

Hier mede schynt overeen te komen de tweede zoorte van Kaida, *in de* Hortus Malab. tom. 2. fig. 6. *beschreven, en aldaar genaamt* Kaida taddi, *dog de vrugten van 't Malabaarse zyn wederom grooter dan aan 't Amboinsche.*

De Ses en Seventigste Plaat

Vertoont een tak van de *lage Pandang-struik.*

LXXXIII. HOOFDSTUK.

De wilde Pandang-struik.

H*Et landelyke geslagt van Pandang verdeelt zig in veele zoorten, dog wy zullen der Amboinesen gevoelen volgen, en verdelen ze maar in twee; te weten,* 1. Keker wassi; 2. Keker ewan.

1. Keker wassi, *is 't geene in de laagte, in valeyen en verlatene boschtuinen, Wassi gebeten, groeit met vele wortelen boven de aarde, een korte stam, niet regt, maar eerst bogtig, hebbende de stam van 't manneken of vrugtdragende van buiten digt, een onordentelyke dikke wratte, als doornen stekende.*

De bladeren komen best overeen met de Pandanus spurius, behalven dat de middelste voorn zo diep niet, maar vlakker is, aan 't manneken drie en een half voeten, aan 't wyfken vyf voeten, en meer lank, drie vingeren breet. De rug aan deeze zoort is niet meer dan half gedoornt, dog aan de jonge meest heel gedoornt, het mannetje draagt vrugten, kort by een gedrongen, gelyk de Keker panthey, *dog grooter, te weten als Eende-eyeren, mede root werdende, en van malkander vallende, welke jong zynde gekookt en gegeten werden, het geene men voor 't wyfken houd, draagt bloemen als kuiten, gelyk in 't voornoemde Hoofdstuk gezegt is, zonder reuk.*

Het hout is wit, niet durabel, en dierhalven tot niets gebruikelyk.

Het tweede Keker ewan, *of berg-Keker heeft weinige wortelen boven de aarde, een regte en hoge stam, als een wilde Pienang-boom, de bladeren zyn zeven en agt voeten lang, drie vingeren breet, aan de kanten fyn en digt gezaagt, styf en hard, met een scherpe rugge van onderen, die niet veel gezaagt is, en de beste om matten te maken, daarom voor 't regte* Daun tickar *te houden.*

De vrugt is enkelt aan 't uiterste der takken voortkomende als een hoge kegel, van dertien tot sestien duimen lang, drie vingeren dik, of als de vrugt van 't volgende Saun. De korltjes zyn een mageren schaft dik, irregulier, seskantig, hangen digt aan malkander, en gapen niet, binnen met een oranje-geele slym, aan malkander hangende, allenkskens vallen ze af, en laten den middelsten staf twee vingeren dik. De vrugt staat in een driehoekige schede, gemaakt van drie lagen bladeren, ieder laag van vyf a ses witagtige bladeren.

Het hout is harder dan aan andere Pandangs, als 't op lugtige heuvelen staat, na den rossen trekkende, gelyk aan de oude Sagu-bomen, ja op sommige Eilanden zwartbruin, en zo hart als Nibun, dog niet dik, want al de rest van binnen is voos en dradig, gelyk de Sagu-bomen.

Naam. *In 't Latyn* Pandanus silvestris sive terrestris, *in 't Maleits* Pandang utan, *de eerste zoort hiet in 't Amboins* Keker wassi, *de tweede* Keker ewan *of* Leytewan, *als of men* Pandanus montanus *zeide, Maleits* Pandang gunong *en* Daun tickar *'t wyfken, in 't byzonder* Mantayn *en* Haun tayn, *Leytimoors* Areu. *De Hituesen noemen hem* Tolun, *welke naam andere de* Pandanus verus *geven, dewelke op de Zee-klippen wast, want men moet weten, dat de Amboinesen alle de Pandangs tot hier toe gantsch onzeker benoemen, agtende genoeg den gemeene naam* Keker, *met eenige bywoorden, na yders believen; en zeker de Pandangs geven moeite genoeg ook aan een curieus Onderzoeker, om haar te onderzoeken of haar te onderkennen, dog ik agt ze zo veel moeite niet waart, om dat de meeste van klein gebruik zyn.*

Locus. Prima species, uti dictum est, potissimum crescit in vallibus, ac planis locis ad initium montium in sole saxoso, ut & in desertis hortis, hoc autem discrimine, quod quo altiores & magis aperti sint loci, in quibus crescit, eo melius ac durius exhibet lignum. *Keker ewan* remotius a litore crescit, uti & in ventosis montibus, non autem in densa silva.

Usus. Hæc species optima præbet folia, ex quibus mattæ conficiuntur, quum longissima sint, licet illa Pandani spurii breviora, durabiliora tamen sunt, tales mattæ Javæ & Baleyæ venales prostant ubique: Maris durum lignum inservit ad ligneas secures Nany dictas, ex ipso formandas, quibus medulla ex Sagu arboribus effoditur. In Celebe ejus trunci finduntur ad asseres tenues, seu Pangcawan, quibus Atap circumsuitur: Ex rectis truncis in montibus crescentibus canales durabiles formantur.

Tsjammo, quod lignum est obscure fuscum, in Celebe & Borneo productum, species videtur esse Pandani montani.

Nomina *Manu tayn*, *Mantayn*, & *Hanutayn*, denotant fimum avis *Haun* seu *Abun*, qui palumbes est, quum hic habeatur propagare hanc arbusculam, sine dubio per excretionem ossiculorum, quæ in aliis comederunt arbusculis, atque hinc inde in montibus projiciunt ac serunt.

Tabula Septuagesima Septima

Ramum exhibet *Pandani silvestris.*

Plaats. *De eerste zoorte, als gezegt, groeit meest in de valyen en vlakte, dog mede op de voorste bergen, daar 't steenagtig is, en in verlatene tuinen, met dit onderscheit, hoe hoger en lugtiger de plaats is daar 't staat, hoe beter en harder hout 't draagt.* De Keker ewan *valt verder van strant, of op lugtige bergen, maar niet in 't digte wout.*

Gebruik. *Deeze bladeren zyn de beste, om matten daar van te maken, om dat ze de langste zyn, hoewel die van Pandanus spurius, korter en durabelder zyn; diergelyke matten brengt men op Java en Baly over al te koop, 't manneken met zyn hart hout dient om de houte byltjes daar van te maken, Nany genaamt, waar mede men het merg uit de Sagu-bomen pokkelt. Op Celebes werden deeze stammen gespleten tot dunne latten, tot Pangcawan, om dewelke men het Atap naait. Uit de regte stammen, dewelke op de bergen staan, maakt men durabile geuten.*

Tsjammo, *een donker-bruin hout op Celebes en Borneo wassende, schynt een zoort van berg-Pandang te zyn.*

De namen Manu tayn, Mantayn, *en* Hanutayn, *willen zeggen drek van de vogel* Haun *of* Ahun, *'t welk een wilde duive is, om dat deeze gehouden werd voor een voortplanter van dit boompje, buiten twyffel door 't afgeven van de korls, die ze op andere boompjes gegeten hebben, en hier en daar in 't gebergte zaaijen.*

De Seven en Seventigste Plaat

Vertoont een tak van de *wilde Pandang-struik.*

CAPUT OCTOGESIMUM QUARTUM.

Pandanus latifolius. Keker moni.

Pandanus quintus est latifolius & odoratus, truncum emittens octo novemque pedes altum, crassitiei Pinangæ, farcimina & articulos gerit instar reliquorum Pandanorum, uti & spinas, hic folia profert regularia, instar cochleæ semper dextrorsum, quæ prope ortum parum supra sese invicem locantur, sunt autem sex pedes longa, ultra palmam lata, crassa, glabra, & firma, atque instar patinarum, in medio concavum gerunt sulcum seu canalem, qui inferne acutum caussat dorsum, oræ ab inferiore parte ad aliquam distantiam glabræ sunt, dein breves subsequuntur spinulæ vagæ usque ad palmæ circiter latitudinem ab apice, ubi densæ & pusillæ sunt instar serræ subtilis, quales & in inferiore dorsi parte obcurrunt, posteriores vero spinæ, licet raræ, firmæ tamen sunt & pungentes, si tangantur: Foliorum extremitates subito & obtuse desinunt in brevem apicem, non facile transversaliter lacerari possunt, sed commode per longitudinem juxta fibrarum decursum.

Quum hæc folia scindantur vel fricentur, odorem spirant penetrantem instar recentis fœni vel Oryzæ, quem odorem incolæ *Wangi* vocant, quique ipsis gratus habetur, quam maximus autem est prope ipsorum ortum, ubi & albicant, cætera foliorum pars intense viridis est, ac plurima inferiora folia circa medium fracta dependent ex arbore, quod tam per ipsorum gravitatem quam per ventum caussatur.

Inter radicum arcus seu farcimina multi excrescunt surculi, minora & angustiora gerentes folia, qui abscindi & transplantari possunt, per longam annorum seriem flores non profert, ac quidam nunquam florent, quod caussatur, quum nimis sæpe tenera ejus decerpantur folia, cæterum flos cum illo veri Pandani convenit, sed plerumque major est, ita ut quodvis germen palmam longum sit, per quod ample sese extendit, & farina cinerea repletum est, & odoratum, dictumque spirat odorem: Frugifera hujus speciei nunquam fuit observata.

Nomen. Latine *Pandanus latifolius & odoratus*, Amboinice *Keker moni*, quibusdam Malayensibus dicitur *Pandang babouw.*

Locus. Non est silvestris, sed in hortis colitur, ubi altitudinem adtingit Limonii, non autem prope ædes locandus est, quum facile a ventis projiciatur.

Usus.

LXXXIV. HOOFDSTUK.

De breedbladige Pandang-struik.

De *vyfde Pandang is de breedbladige en riekende, met een stam van agt of negen voeten opschietende, in de dikte van een Pienang-boom, met zyn worsten en leden gelyk alle Pandangs, mede zo doornagtig, hier aan lopen de bladeren ordentelyk op, en wenteltrapsgewys, altyt na de regterhant, by haar oorsprong een weinig over malkander staande, zy zyn zes voeten lang, en ruim een hand breet, dik, glad, en styf als bortjes, in de midden met een diepe geut of voorn, die van onderen een scherpe rug maakt, de kanten zyn van agteren een groot eind effen, daar naar volgen korte doorntjes, wyd van malkander staande tot omtrent een hand breet van de spits, daar ze digt en klein zyn als een fyne zaag, gelyk mede aan de onderste rugge, de agterste doornen, hoewel weinig, zyn egter styf, en verzerende, als men daar tegen strykt. De einden der bladeren lopen schielyk of stomp toe, met een korte spitse, zy zyn niet wel overdwers te scheuren, maar ligt in de lengte, gelyk hare draden lopen.*

Als men ze snyt of wryft, zyn ze sterk van reuk, gelyk versch hooi of versche ryst, welke reuk de Inlanders Wangi *noemen, en voor aangenaam houden, men gevoelt hem meest by hare oorspronk, daar ze wat witagtig zyn, de rest hoog-groen. De meeste onderste bladeren hangen omtrent de midden gebroken, aan den boom, 't welk door hare zwaarte geschiet, als de wint daar agter komt.*

Tusschen de boge of worsten van de wortel komen vele jonge spruitjes voort, met kleinder en smalder bladeren, die men afsnyden en verplanten kan; hy staat vele jaren, eer hy bloemen voortbrengt, en zommigen dragen nooit, waar van de oorzaak is, dat men hem te dikwils van zyn jonge bladeren berooft, anders is de bloem die van de opregte Pandang gelyk, maar doorgaans grooter, zo dat ieder kuit wel een hand lang is; zy breit haar kuiten wyt open, die vol graauw meel steken, rieken ook wel, dog meest na de voornoemde reuk, 't vrugtdragende is nooit gezien.

Naam. *In 't Latyn* Pandanus latifolius & odoratus, *op Amboin* Keker moni; *by zommige Maleyers* Pandang babouw.

Plaats. *Hy wast niet in 't wilt, maar moet in de hoven onderhouden worden, daar hy zo hoog opschiet als een Limoen-boom, dog men moet ze niet digt by de huizen stellen, om dat ze ligt van de wind omgeworpen worden.*

Gebruik.

Usus. Folia ejus ab incolis expetuntur, quibus coctam obtegunt Oryzam, quum sit calida, ut fœni odorem istum conquirat, qui ipsis gratus est. Tenera ejus folia in loramenta etiam scinduntur, in quibus mulierculæ capillitium nectunt, vel ipsi interponunt, ut hunc adtrahat odorem: Quidam quoque hæc minutim conscissa cum Oryza edunt, sic quoque odoratis admiscentur oleis.

Gebruik. *De Inlanders zoeken deeze bladeren, om de gekookte ryst daar mede toe te dekken, als hy nog warm is, waar van ze dien hooiagtigen reuk bekomt, die by haarlieden aangenaam is. De jonge bladeren werden ook in riemen gesneden, waar mede de vrouwen hare hairen vlegten of daar onder steken, om die zelfste reuks wille. Zommige koken ze ook klein gesneden, onder de ryst, zo werden ze ook tot Olieteiten gebruikt, die men welriekent wil hebben.*

In Rumphii auctuario hæc leguntur.

Florens hujus Pandani caput, uti in textu dictum fuit, raro prodit, quod tamen sequentem in modum observavi: Ultra binos pedes longum est, foliisque cingitur tres circiter pedes longis, quæ superne viridia & spinosa, inferne alba sunt, uti in textu legitur: Ipsius squamæ quatuordecim pollices longæ sunt, ultra palmam latæ, dorso acuto seu gibbo donatæ, quæ substantiam habent uti reliquorum Pandanorum, coloris albicantis, ac repletæ farina copiosa sordide albicante: Semper inter binas squamas folium locatur albicans, ac quævis squama concava parte incumbit dorso subjectæ squamæ: Ab incolis eduntur, quum vero hoc caput plerumque pluviosis progerminet mensibus, hinc facile putrescit. Fructus nunquam profert, uti nec alii floriferi Pandani unquam fructus gerunt.

In de vermeerdering van Rumphius wert dit gevonden.

De bloeyende tros, gelyk in de text gezegt is, komt zelden voor den dag, dewelke ik aldus bevonden heb: Hy is ruim twee voeten lang, omgeven met bladeren omtrent drie voeten lang, dewelke boven groen en doornagtig, en van onderen wit zyn, gelyk in den text staat. De kuiten zyn veertien duimen lang, ruim een hand breet, met een hoge of bultige rugge, van substantie als aan andere Pandangs, witagtig van couleur, en rykelyk met een vuil wit meel gevult, t'elkens tussen twee kuiten leit een witagtig bladt, en yder kuit rust met zyn holle buik op den rug van de onderleggende kuit. Zy zyn by de Inlanders eetbaar, dog dewyl deeze tros gemeenlyk in de regen Mousson voortkomt, zo verrot hy ligtelyk. Vrugten komen daar nooit aan, gelyk andere bloemdragende Pandangs ook nooit vrugten voortbrengen.

Tabula Septuagesima Octava

Caput Pandani latifolii florens exhibet.

De Agt en Seventigste Plaat

Vertoont de *bloeyende tros* van de *breedbladige Pandang.*

CAPUT OCTOGESIMUM QUINTUM.

Pandanus moschatus. Pandang casturi.

HÆc sexta & exotica Pandani species ab omnibus cæteris differt, quum ejus folia nullo modo sint spinosa, cæterum truncus eandem habet crassitiem ac formam, quam prima species, seu Pandanus verus, qui ultra crus crassus est, octo novemque pedes altus, ac parum sinuosus, quique breves & obtusas gerit spinas, sine ordine positas, ac superne in binos tresve majores sese explicat ramos, qui incurvi quoque sunt, instar brachiorum magni candelabri, atque hi iterum in binos tresve majores dividuntur ramos sed breviores, quorum quivis peculiarem quasi format comam seu fasciculum foliosum.

Ejus folia maxime cum illis præcedentis conveniunt speciei, sunt autem angustiora, ac magis glauca, quinque sexve pedes longa, tres transversales digitos lata, in angustum & junceum desinentia apicem, qui pedem longus est, amplo autem canali per medium distincta sunt, rotundas gerentia oras cum dorso acuto, suntque porro crassa, & firma instar duplicis chartæ membranaceæ, juxta oras glaberrima, nec ad dorsum ullas gerunt spinas, quod in hac specie peculiare est. Folia hæc in trunco & ramis dextrorsum vergunt instar cochleæ, in tres ordines posita, in vertice autem hi ordines potissimum eriguntur, atque in centro suo globulum formant florem dictum, uti in reliquis Pandanis.

Hi flores collectionem faciunt foliorum & germinum, qualia supra in Pandano vero descripta sunt, quæ ex quindecim vel sexdecim brevioribus formantur foliis, quorum longissima binos pedes, brevissima palmam longa sunt, atque inter hæc quatuordecim tubercula seu germina locantur, quæ breviora magisque intricata sunt, quam in prioribus, minorem digitum longa, in multos subtiles ramulos, farina conspersos, divisa, coloris pallide lutei, quæque vermiculis repleta sunt, qui in nigricantes degenerant scarabæos, magna copia circa prætereuntium caput circumvolantes: Inferior ac dimidia horum foliorum pars albicat, quæ nempe hæc germina cingunt, gratumque spirant odorem, quam incolæ cum Mosco seu Castari comparant, proxime autem adcedit ad unguentum quoddam odoratum, ex floribus compositum.

Hic odor tam late sese diffundit, præsertim vespertino tempore & per noctem, ut totam repleat aream, in qua crescit, quam primum hæc germina sese aperiant, si vero hic racemus florifer aliquamdiu relinquatur, germina ista cinereum contrahunt colorem, atque omnis fere disparet odor, unde abscindendus est, quam primum hic percipitur odo

LXXXV. HOOFDSTUK.

De Muscus-Pandang.

D*Eeze sesde en uitlandische zoorte van Pandang verschilt van alle andere, om dat ze aan hare bladeren gantsch niet doornagtig is, anders de stam groeit in dezelfste dikte en fatsoen, gelyk aan de eerste zoorte of Pandanus verus, te weten ruim een dye dik, agt of negen voeten hoog, en wat bogtig, bezet met korte en stompe doornen, zonder order. Boven verdeelt hy zig in twee a drie hoofttakken, dewelke mede krom staan gelyk de armen van een groote kandelaar, en dezelve al wederom in twee of drie andere hoofden of korte takken, ieder een byzondere kruin of bos bladeren dragende.*

De bladeren gelyken meest na de voorgaande zoorte, dog zyn smaller, en meer naar 't blaauw-groen trekkende, vyf en ses voeten lang, drie dwers-vingeren breet, met een smalle biesagtige spitse, die wel een voet lang is, met een brede geut door de midden, wiens kanten ront zyn, en beneden een scherpe rugge heeft, voorts dik, styf als dubbelt perkament, zeer glad langs de kanten, en aan de rugge zonder eenige doornen of scherpte, het welk deeze zoorte tot een byzonder merkteken heeft, aan de stam en takken gaan ze meest regts om wenteltraps-gewys, in drie ryen, dog aan 't opperste staan deeze ryen meest regt, en formeren in haar midden, het geen men de bloem noemt, gelyk andere Pandangs.

Deeze bloemen zyn een vergadering van bladeren en kuiten, gelyk boven in de Pandanus verus beschreven staat, gemaakt van vyftien of sestien kortere bladeren, waar van de langste twee voeten, de kortste een hand lang zyn, en daar tusschen veertien kuiten, dewelke korter en verwerder zyn dan aan de voorgaande, een kleine vinger lank, in veele fyne takjes verdeelt, en met meel behangen, bleek-geel van couleur, en vol kleine wormpjes, dewelke in zwartagtige torretjes veranderen, en in menigte iemand om 't hooft vliegen: ruim de onderste helft van de bladeren, die deeze kuiten omgeven, zyn wit, en van een goede reuk, dewelke de Inlanders by Muscus of Castari vergelyken, dog hy komt naast overeen met een goede welriekende salve, daar wat bloemagtigs onder loopt.

Deeze reuk verspreit hem zo ver, inzonderheid by den avond en 's nagts, dat hy 't geheele plein vervult, daar hy staat, zo dra de kuiten haar openen, maar zo men deeze bloemtros een weinig langer laat staan, zo werden de kuiten graauw, en de meeste reuk vergaat, daarom men ze af moet snyden, zo dra men de reuk gewaar werd.

Folia hæc & germina longo & trigono circumstant petiolo, qui mollis est, & edulis, saporem habens Calappi palmytæ, qualem sapit etiam album & herbaceum cor, in ramorum summo locatum, si vero crudus edatur, paucum in ore excitat pruritum: Nunquam fructus in hoc observavi, nec audivi unquam in Java hanc glabram speciem frugiferam fuisse.

Lignum est uti reliquorum Pandanorum, externe crassis constans ex fibris & molle, interne album & fungosum, in ramorum summo album & herbaceum, saporis dulcis instar cordis seu Palmytæ Calappi. Stolonem quoque amplum format per radices, quæ pollicem ac binos digitos crassæ sunt, atque ad altitudinem quinque pedum supra terram elevantur adeo dense, ut inter illas permeare aut prorepere nemo possit, quæque spinulis undique per abruptos ordines cinguntur, alte ex trunco excrescunt, immo in crassis ramis, ac magnam formarent intricatamque congeriem, nisi superiorum quædam abscinderentur; lamella quoque gerunt in inferiore parte, quæ decidit, si farcimen vel radix ista circiter terram tangat, tumque in binas tresve minores subdividitur, quæ profunde terram perforant, inque ipsam penetrant, inter copiosas hasce radices varii longorum angustorumque foliorum fasciculi excrescunt, quæ illis Caricis similia sunt, ni crassiora & glabriora essent, illi vero exscindi & transplantari possunt: Per sex durat annos, antequam flores gerat, saltem hic in Amboina primo petiolum format, ultra tres pedes altum, inque hoc brevis erigitur stipes, in tres majores sese dividens ramos inregulares, unde & horum unus alterve amputatur ac transplantatur, qui æque ac surculi progerminant, ac tempore flores etiam gerunt.

Nomen. Latine *Pandanus moschatus* seu *lævis*, Malaice *Pandang casturi*, h. e. *Pandang moschatus* ob dictam rationem: Aliis *Putat* dicitur, quod nomen in Java quoque notum est, Baleyice *Pandang lengis*, a foliorum glabritie, ac si oleo, *Lengis* dicto, essent oblinita.

Locus. In Amboina exoticus est frutex, ac primum anno millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto jussu meo ex Java delatus, ubi nunc in hortis colitur, ubi multum temporis ac loci requirit, antequam perfecta ejus conspiciatur forma.

In aliis regionibus, præter Javam & Baleyam parum notus erit, quum huc usque nullam ejus mentionem apud ullum invenerim auctorem, nec ullam glabram inveni speciem inter occidentalem *Metel* seu *Manguey*, cujus *Nierenbergius* tamen tot commemorat species.

Usus. Ob odoratos gratosque plantatur flores, uti verus Pandanus, quem tamen præferrem huic glabræ speciei, cujus odor multo durabilior est glabro, verum est, Pandanum hunc moschatum totam aream, atque abscissum florem totam odore suo replere domum, hic tamen non ultra binos tresve durat dies, quum Pandanus verus per mensem illum servet. Medius, uti dictum est, abscinditur fasciculus, quam primum odor observetur, & antequam germina ista sint denudata, quæ abscinduntur, sola tantum adservantes folia, quæ depurantur ab adhærente farina & vermiculis, omneque viride porro abscinditur, inferioraque alba frusta, quæ sola odorifera sunt, parum in aëre exsiccantur, ac vestibus adponuntur, recentia quoque folia in partes dissecantur, & odoratis imponuntur oleis, uti id supra de Pandano vero fuit dictum.

N. B. Huic Capiti nullam adjectam inveni plantæ figuram.

Bladeren en kuiten staan rontom een witte driekantige steel, dewelke mals is, en smaakt als Calappus-palmyt, gelyk ook het witte en kruidagtige hert aan 't opperste der takken, dog raauw gegeten, jeukt een weinig in de mont. Ik hebbe nooit vrugten daar aan gezien, en ook nooit ervaren konnen, dat op Java onder dit gladde geslagt een vrugtdragende zoorte zy.

Het hout is gelyk als aan alle andere Pandangs, buiten grofdradig en week, binnen wit, en voos, maar aan het opperste der takken wit en kruidagtig, zoet van smaak als Calappus-palmyt. Het maakt mede een brede stoel met zyne worsten of wortelen, die van een duim of twee vingeren dik zyn, en wel vyf voeten hoog boven de aarde staan, zo digt dat men daar door niet kruipen kan, bezet met kleine doorntjes in afgebrokene ryen, zy beginnen hoog aan den stam, zelfs aan de dikke takken, en zouden een groote verwerring maken, zo men niet van de opperste een party afkapte. Zy hebben in 't uitschieten onder aan mede een schuifje, 't welk afvalt, als de worst omtrent de aarde komt, en dan verdeelt zy haar in twee of drie mindere, dewelke diep in de aarde dringen, tusschen deeze vele wortelen komen verscheide bossen voort aan lange smalle bladeren, 't Snygras gelyk, zo ze niet dikker en gladder waren, dewelke men afsnyden en verplanten kan. Het moet wel ses jaren staan, eer het bloemen draagt, immers hier in Amboina formeert het eerst een steel, meer dan drie voeten hoog, en daar op een korte stam, die zig in drie hoofttakken verdeelt, en vry wanschapen staan, weshalven men een of twee van deeze takken afkappen en verplanten kan, dewelke zo wel als de plantjes beklyven, en met 'er tyd bloemen voortbrengen.

Naam. *In 't Latyn* Pandanus moschatus *of* lævis, *in 't Maleits* Pandang casturi, Muscus Pandang *om voorschreve reden. By andere* Putat, *welke naam ook op Java bekent is, op 't Baleis* Pandang lengis, *van de gladdigheid der bladeren, als of ze met oly,* Lengis *by haar genaamt, besmeert waren.*

Plaats. *In Amboina is hy een vreemdeling, maar eerstelyk in 't jaar sestienhondert ses en seventig op myn begeeren van Java daar in gebragt, alwaar hy nu in de hoven voortgeteelt werd, daar hy vry wat tyd en plaats vereischt, eer men zyn volkome gedaante ziet.*

Hy moet in andere landen, behalven Java en Baly, weinig bekent zyn, want ik tot nog toe by geen Schryver mentie gemaakt vinde van een gantsche gladde zoorte, ook niet onder 't Westindische Metel *of* Manguey, *waar van* Nierenbergius *nogtans zo vele zoorten beschryft.*

Gebruik. *Hy werd geplant om de welriekende bloeme, gelyk den opregte Pandang, dewelke ik nogtans deeze gladde zoorte voorttrekken zoude, als welkers reuk veel durabelder is dan aan deeze gladde: Wel is waar, dat deeze Pandanus moschatus een gehele plein, en de afgesnedene bloem een geheel huis vervult met hare reuk, dog die duurt niet boven twee of drie dagen, daar hem de Pandanus verus wel een maant behoud. Men snyt, als gezegt, den middelste bosch af, zo dra men de reuk gewaar werd, en eer men de kuiten bloot ziet, dewelke men wegsnyt, bewarende alleenlyk de bladeren, die men zuiver afveegt van het hangende meel en wormpjes, al wat groen is daar afsnyt, de onderste witte stukken daar aan alleen de reuk is, een weinig in de lugt droogt, en dan onder de klederen bewaart: men kan de versche bladeren ook in stukken snyden, en in de welriekende olyen leggen, gelyk boven van de Pandanus verus gezegt is.*

N. B. By dit Hoofdstuk heb ik geen afbeelding van de plant gevonden.

CAPUT OCTOGESIMUM SEXTUM.

Pandanus Ceramicus. *Pandang ceram.*

SEptima Pandani ſpecies, ſeu tertia latifolia, incurvum gerit truncum, cui folia inſident uti in binis prioribus ſpeciebus, ſed breviora & anguſtiora, quatuor pedes longa, in medio quatuor digitos, inferius autem binos ac tres lata, in medio enim latiſſima ſunt, quum ſulcus ibi dehiſcat, horrendis ac denſis ſpinis armata tam ad oras quam in ſumma dorſi parte, ſuperflua enim ejus pars mitis eſt, ex medio auriculatorum capitulorum longus excreſcit fructus, Melonis formam habens, ultra pedem longus, palmam craſſus, coniformis, ex rotundo parum trigonus, qui externe denſe obſeſſus eſt tuberculis parvis, uti Tsjampadakæ fructus, illius vero cancelli ſeu tubercula minora ſunt, in fundo pentagona ſeu inregularia, & acute deſinentia inſtar adamantis politi, quæ matura rubent. Pyramides hæ ſeu globuli vix minimum digitum craſſi ſunt, circa ſcaphum locati, qui interne obducti ſunt rubra & viſcoſa pellicula, qualis rubra ſeu aurantia viſcoſaque medulla cunctis interjacet pyramidibus, quæ interne albæ ſunt, & repletæ oſſiculo ſeminali inſtar Oryzæ granuli.

Hujus arboris & ſpecies montana obcurrit, cujus folium magnitudinem habet *Folii piſtorum*, quinque nempe & ſex pedes longum, ultra palmam latum. Ejusque truncus in aliquot quoque dividitur ramos. Fructus autem multo major eſt præcedenti, inſtar Cucurbitæ, primo erectus, dein inclinans, tres ſpithamas longus, binas ac tres palmas transverſales craſſus, in peripheria ſeptem habens palmas, ex rotundo itidem trigonus: Inferiores ejus pyramides ex quadrato planæ ſunt, non ultra binos culmos craſſæ, ſuperiores vero pentagonæ ac multiformes, omnes rubra pellicula obductæ, interjacens vero rubra ſeu crocea medulla adeo pauca eſt, ut ſibi non adhæreant, nec in hac magna ſpecie ultra digiti articulum longæ ſunt, cætera interna harum pars flava ſeu albicante medulla repleta eſt. Si conuli iſti dehiſcant, quum manu fricentur, ſignum eſt, fructum eſſe maturum, qui tum abſcinditur.

Ejus farcimina ſeu radices ſupra terram elevatæ brachium craſſæ ſunt, ac ſpinis obſeſſæ in ordinem poſitis, quales & truncus habet. Magnum ſupra terram alte elevatæ obcupant locum, ita ut ſub his prorepi poſſit, ex trunci enim medio jam ſucceſſive tales radices oblique demittuntur in terram, quæ & incomptam formant arborem, cujus cortex in longa craſſaque filamenta findi poteſt, quæ ad ligamina adhibentur.

Nomen. Latine *Pandanus Ceramicus*, Malaice *Pandang ceram*, in Cerama & Lœhœa vocatur *Saun*, Ternata *Sipa ſipa*, Bœrone *Kleba.*

Locus. Potiſſimum in Cerama creſcit, Bœrone, Gelolo, & Ternatæ inſulis. In Amboina exoticus eſt frutex, excepto quod pauci ex Cerama deducti in hortis plantati obcurrant, quod & Ternatenſes faciunt, cæterum ſponte ibi creſcit tam in litore, quam in montibus.

Uſus. Harum regionum incolæ, ac præſertim Moluccani quam maxime hos expetunt fructus, qui ipſis loco butyri inſerviunt, ad coctam Oryzam pinguedine inprægnandam, totos enim ſumunt hos maturos fructus, quos in partes deſſecant, & Oryzæ adcoquunt, quæ inde ex croceo rubet colore, pinguis eſt, atque odorem iſtum fœno proximum ſpirat, qui ipſis gratus habetur: Alii maturorum fructuum pedunculum medium cum adhærente ipſi carne abjiciunt, & conulos iſtos cum circumjecta rubra & oleoſa medulla arundini inponunt, quos in fumo conſervant, quumque hanc maſſam in uſum adhibere volunt, ejus portionem quandam Oryzæ adcoquunt, vel ſolam in aqua ebulliunt, atque ſupernatantem pinguedinem Oryzæ admiſcent, quæ igneum vel minium contrahit colorem, pinguis eſt, dulcis, ipſorumque palato gratiſſima: Simili modo recentia oſſicula aquæ incoqui poſſunt, ac ſupernatans ipſorum pinguedo rubra Oryzæ adfundi.

Cum hoc convenire videtur quarta Kaidæ ſpecies in *Hort. Malab. tom.* 2. *fig.* 8. deſcripta, ibidemque dicta *Kaida tsjerria*, quæ montana eſt ſpecies.

Tabula Septuageſima Nona

Ramum exhibet *Pandani Ceramici* cum *fructu* ejus *conico.*

LXXXVI. HOOFDSTUK.

De Ceramſche Pandang.

DE zevende zoorte van Pandang, of de derde breetbladige ſchiet ook met een kromme ſtam op, en daar aan de bladeren, gelyk de twee voorgaande, dog korter en ſmalder, vier voeten lang, in de midden vier vingeren, maar agter twee a drie breet, want omtrent de midden zyn ze breedſt, vermits de geut aldaar geopent ſtaat, met yſelyke en digte doornen gewapent, zo aan de kanten, als op het voorſte deel van de rug, want de reſt deszelfs is zonder doorns, uit 't midden der gebaarde knoppen komt een lange vrugt, in de gedaante van een Meloen, ruim een voet lang, een hand dik, kegelformig toelopende, uit den ronde wat driezydig; van buiten is hy digt bezet met kleine bobbeltjes, gelyk de vrugt van Tsjampadaka, dog de ruitjes of bobbeltjes zyn kleinder, op de grond vyfhoekig of irregulier, en wat ſpits toelopende, als geſlepene diamanten, dog niet ſtekende, regt root, als zy ryp zyn, vertonende de piramietjes of kegeltjes, welke zyn ſchaars een pink dik, rontom de middelſte ſteel ſtaande, en van binnen bekleet met een root ſmerig velleken, diergelyke root of hoog-geel ſlymerige merg tuſſchen alle de kegeltjes legt, dewelke van binnen hart zyn, met een zaatkorl als een ongepelde ryſt-korl.

Deeze zoort heeft een berg-zoort, wiens blad zo groot werd als 't Folium piſtorum, *te weten vyf en ſes voeten lang, en ruim een hand breet. De ſtam verdeelt zig ook in eenige takken, de vrugt is veel grooter dan de voorgaande, te weten als een Cauwoerde, eerſt overeind ſtaande, daar na hellende, drie ſpannen lank, twee en een halve hand breet dik, of zeven dwers-palmen in den omloop, ook uit den ronden wat drieboekig. De onderſte kegeltjes zyn uit den vierkante plat, niet boven twee ſtroohalmen dik; de bovenſte zyn vyf of veelzydig, alle met een root velleken bekleet, dog het tuſſchenleggende rootgeele merg is zo weinig, dat ze niet aan malkander kleven; zy zyn ook niet boven een lid van een vinger lang, aan deeze groote zoort. De reſt na binnen is met een geel of witagtig meel uitgevult. Zo de kegeltjes beginnen te gapen, of van malkander gaan, als men met de hand daar over ſtrykt, zo is 't een teken, dat de vrugt ryp is, die men alsdan afſnyt.*

De worſten zyn wel een arm dik, met merkelyke doornen bezet, die in ryen ſtaan, gelyk ook de ſtam is. Zy beſlaan een groote plaats, en zo hoog boven de aarde, dat men daar door kruipen kan, want uit de helft van de ſtam nog al ſucceſſivelyk zulke worſten ſchuins na de grond ſchieten, en dus een vry wanſchikkelyken boom maken. De ſchors laat zig in lange grove draden ſplyten, die men tot bintwerk gebruikt.

Naam. *In 't Latyn* Pandanus Ceramicus, *in 't Maleits* Pandang ceram, *op Ceram zelfs en op Loeboe* Saun, *in Ternaten* Sipa ſipa, *op Boero* Kleba.

Plaats. *Het waſt meeſt op Ceram, Boero, Gelolo, en de Ternataanſche Eilanden. In Amboina is hy vreemt, behalven weinige, die men van Ceram gebragt en in de hoven geplant heeft, gelyk ook de Ternatanen doen, anders waſt hy van zelfs, zo op ſtrant als in 't gebergte.*

Gebruik. *De Inlanders, inzonderheid de Moluccanen houden veel van deeze vrugten, dewelke haar in plaats van boter dienen, om de gekookte ryſt vet te maken, want zy nemen de geheel rype vrugten, ſnyden ze in ſtukken of ſchyfjes, en koken die onder de ryſt, dewelke daar van geel-root word, vet, en van dien hooiagtigen reuk, die by haarluiden aangenaam is. Andere ſmyten uit de rype vrugt de middelſte ſteel met het aanhangende vleeſch weg, de kegeltjes met dat aanklevende root en olyagtige merg doen ze in een Bamboes, en bewaren ze in den rook, als ze dat gebruiken willen, koken zy een party van 't zelve onder de ryſt, of alleen in water, en de bovendryvende vettigheid gieten ze over de ryſt, die dan vuur of menieroot werd, vet, zoet, en voor haarlieden welſmakende. Op dezelfſte manier kan men ook de verſche korls in water koken, en 't bovendryvende rode vet op den ryſt gieten.*

Hier mede ſchynt overeen te komen de vierde zoorte van Kaida, in de Hortus Malab. tom. 2. fig. 8. *beſchreven, en aldaar genaamt* Kaida tsjerria, *zullende een berg-zoorte zyn.*

De Negen en Seventigſte Plaat

Vertoont een tak van de *Ceramſche Pandang-ſtruik*, met deszelfs *kegelvormige vrugt.*

CAPUT OCTOGESIMUM SEPTIMUM.

Folium Baggea verum. Daun bagea.

OCtava & maxime inregularis Pandani species est *Daun bagea*, quæ tot supra terram & tam alte emittit radices, ut puer sub iis permeare possit, truncus crassitiem & altitudinem habet vulgaris Calappi, plerumque autem non ultra quatuordecim ac sexdecim pedes altus est, ac crus crassus, qui plerumque inferius tenuior est quam superius, atque inter radices adeo intricatus, ut ejus ortus dignosci nequeat.

Ejus folia sunt decem, duodecim, ac plures pedes longa, binas palmas lata, sique extendantur, spithamalis sunt latitudinis, quorum inferior pars ad dimidium rotundo donata est dorso, ac glabra, instar canalis rotundi, superior media pars acutum gerit dorsum, tenuibus, brevibus, nec admodum pungentibus spinulis obsitum, quales & oræ ab utraque gerunt parte.

Fructus raro progerminant, quum nimis sæpe folia abrumpantur, qui vero in montibus crescunt, ubi ipsis majus conceditur otium, & ad Calappi altitudinem excrescunt, fructum habent instar subsequentis litoreæ speciei, sed minorem, de quo sequens vide caput, ubi latius describitur cum reliquis ejus partibus.

Nomen. Latine *Folium Baggea verum* ab ejus usu, ad distinctionem subsequentis: Malaice *Daun baggea*, Amboinice *Haun wassi*, in Lœhœa & parva Cerama *Ima* & *Imæ*, in Banda *Wacun ranu*, Javæ in Grisecka *Aren* & *Pandang wang*, h. e. *Pandanus magnus*.

Locus. Hæc species non in litore crescit, sed montes amat altasque silvas, ubi in ingentem excrescit altitudinem, in vallibus autem vel hortis locata, humilis est, & in Amboina raro obvia, copiosior in Cerama, Boerone, & Boenoa, ac porro in cunctis Molucci inperii insulis.

Usus. Folia ejus quotidiano in usu sunt ad pinsendum Canarii panem, Baggea dictum, de quo vide supra librum primum, secundum, & tertium in Capite de Canario, quum enim hæc folia sunt lata & firma, hinc pasta ex Canariis conscissis hisce involvitur ad formam longorum fustium, dein clavis ligneis firmatur, & ad ignem torretur, donec folia nigricent, & semi adusta sint, adhibentur quoque ad amplas & crassas mattas, non tamen adeo durabiles, quam supra descripti montani Keker, Bonoenses quoque vulgares suos Tudongs ex iis formant, interna nempe ipsorum pars ex hisce construitur, externa ex Rune fabricatur, hunc in finem folia hæc in duo quatuorve longa scinduntur loramenta, oris spinosis & dorso acuto abjectis, quæ supra ignem tenentur, donec flaccescant, dein convolve hæc, usui serva, quum colorem adquirunt flavum seu stramineum.

Hoc Haun distinguendum est ab alio Haun seu Hacun, quæ Sagus species est, ex qua Alphorenses in Cerama vestimenta formant, supra libro primo descripta nomine *Sagus filaris*.

Cum hoc convenire quoque videtur Americanum *Metl*, Hispanis *Maquey* dictum, ac descriptum ab *Eusebio Nierenbergo*, *Hist. Natur. Libr.* 4. *Cap.* 11; ubi octo hujus *Metl* commemorat species, ac quibus plures tribuit virtutes, quarum quædam qualitates Pandani nostri habent.

OBSERVATIO.

Huic Capiti nulla subjecta fuit figura: *Metl* vero Hispanorum a *Plukn.* ad Aloës refertur, ipsique dicitur Aloë Americana non spinifera Juccæ foliis D. *Bobart* in *Almag. pag.* 19. ex sequenti autem Capite, ubi harum plantarum fructus latius describuntur, patet ad Bromeliam seu Ananam, & quidem silvestrem seu arborescentem pertinere hasce plantas.

LXXXVII. HOOFDSTUK.

Het regte Baggea-bladt.

DE agtste en slordigste zoort van Pandang is Daun bagea, *want hy schiet met zo veel wortelen boven de aarde, en met dezelve zo hoog op, dat 'er een jongen onder de bogen kan doorgaan; de stam is in de dikte en hoogte van een middelbare Calappus-boom, dog de gemene zyn niet boven veertien a sestien voeten hoog, van stam en dikte als een dye, dewelke gemeenlyk beneden dunder is als boven, en onder de worsten of bogen zo verwert, dat men den oorspronkelyken niet kennen kan.*

De bladeren zyn tien, twaalf, en meer voeten lang, twee banden breet, en zo ze uitgerekt werden, een span breet; de agterste helft heeft een ronde rug, en glad als een ronde geut; de voorste heeft een scherpe rug, met fyne korte, niet zeer stekende doorntjes bezet, gelyk ook de kanten aan wederzyden.

De vrugten komen zelden voort, om dat men hem te dikwils van zyne bladeren berooft, maar die in 't gebergte wassen, daar ze meer rust hebben, en tot de hoogte van een Calappus-boom opschieten, dragen een vrugt gelyk de volgende strandzoort, dog kleinder, waar van ziet 't volgende Hoofdstuk, daar ze uitvoerlyker zal beschreven werden, als mede in haar andere deelen.

Naam. *In 't Latyn* Folium baggea verum, *van zyn gebruik, tot onderscheit van 't volgende. In 't Maleits* Daun baggea, *in 't Amboins* Haun wassi, *op Loeboe en klein Ceram* Ima *en* Imæ, *op Banda* Wacun ranu, *Javaans op Grisek* Aren *en* Pandang wong, *dat is* groot Pandang.

Plaats. *Deeze zoort wast niet op strant, maar bemint het gebergte en het hoge bosch, daar ze zeer hoog opschiet, maar in de valeyen of boven geplant, blyft ze laag, in Amboina is ze weinig, meer op Ceram, Boero, en Boenoa, en voorts door alle Eilanden van den Moluksen cirkel.*

Gebruik. *Deeze bladeren zyn een dagelyks gebruik tot het bakken van Canary-broot, Baggea genaamt, waar van ziet boven 't eerste, tweede, en derde boek, in 't Capittel van Canary; want om dat deeze bladeren breet en styf zyn, zo werd het deeg van de klein gekapte Canarys daar in gerolt tot de forme van lange stokken, daar na met houte pennetjes te zamen gestoken, en in 't vuur gebraden, tot dat de bladeren zwartagtig en half verbrant zyn: zy werden ook gebruikt tot de brede en grove matten, die zo durabel niet zyn als van het bovenstaande berg-Keker; die van Bonoa maken 'er ook hare slegte Tomtommeren of Tudongs van, namentlyk alleenlyk 't binnenste der zelve, 't buitenste werd van Rune gemaakt, tot deezen einde snyt men de bladeren in twee of vier lange riemen, de doornagtige kanten en scherpe ruggen wegsmytende, hout ze wat over 't vuur, tot dat ze warm en slap worden, rolt ze dan te zamen, en bewaart ze tot gebruik, zo werden ze bleek-geel of stroo-verwig.*

Dit Haun moet men onderscheiden van een ander Haun of Hacun, een zoort van Sagu, waar van de Alphoresen op Ceram eenige kleden maken, boven in 't eerste boek beschreven, met de naam van Sagus filaris.

Hier mede schynt ook overeen te komen 't Americaanse Metl, *by de Spanjaarden* Maquey *genaamt, en beschreven by* Euseb. Nierenberg, Histor. Natur. Libr. 4. Cap. 11. *alwaar hy agt zoorten van* Metl, *en van ieder vele deugden beschryft, daar onder zommige met de eigenschappen van ons Pandang overeenkomen.*

AANMERKING.

By dit Hoofdstuk is geen afbeelding van de plant gevonden: dog het *Metl* der Spanjaarden wert van *Pluknet.* tot de Aloës gebragt, en van hem genaamt Americaanse Aloë zonder doornen, met het bladt van de Jucca, van *Bobart* in het *Almag. pag.* 19. Dog uit het volgende Hoofdstuk, alwaar de vrugten van deeze gewassen wytlopiger beschreven werden, blykt, dat ze tot de Bromelia of de wilde en boomagtige Ananas behoren.

A

CAPUT OCTOGESIMUM OCTAVUM.

Folium bagea maritimum. Haun pantey.

Litorea *Daun bagea* species magis monstrosa est præcedenti, ejus enim stipes quatuor & quinque pedes altus est, ex simplicibus arcubus seu farciminibus compositus, ita ut ipsius ortus dignosci nequeat, restans vero trunci pars contra aliarum arborum morem ac naturam superius crassior est quam inferius, ex superiore etiam parte immo ex ipsis ramis radices emittens, farcimina referentes, ad terram, perfecte instar *Mangii candelarii*, atque hæ plerumque brachium crassæ sunt, in inferiore parte præputio quasi seu lamella tectæ, quæ ipsis tam diu adhæret, donec terram tangant, & radices firment.

Exteriores arcus pedem crassi sunt, binis tribusve tenuibus sulcis notati, longitudinalibus, qui spinulis brevibus & obliquis, quodammodo ordinatis obsiti sunt, hæ in junioribus etiam observantur truncis, vetusti enim, altitudinem & crassitiem vulgaris Calappi adtingentes, plerumque has dimittunt.

Exterius lignum seu potius rugosa ista pellis, juxta naturam cunctarum Palmæ specierum duriuscula est, ex crassis constans filamentis, quæ in vetustis truncis nigricant, atque hæc pellis non ultra pollicem crassa est, cætera interna pars fungosa est, uti in Sagu arbore: Truncus superius sese dividit in paucos quosdam & breves ramos, quibus fasciculi foliosi insident.

Hujus folia latiora sunt illis præcedentis, a sex ad duodecim pedes longa, binas palmas lata, firma & glabra instar barbarum Balenarum, intense glauca, oris spinosis uti in prioribus, atque præterea sulcorum oræ, uti & dorsa subtus spinulis obsessa sunt subtilibus, quæ tamen in vetustis plerumque pereunt foliis, vel in obtusam quasi ferram degenerant.

In centro cujusvis fasciculi foliacei ingens excrescit fructus instar Durionis, seu rotundior, & magnitudinem habens capitis virilis, qui componitur ex magnis & angulosis conis, superius binos pollices latis, ac binos digitos crassis, inregularibus, penta vel hexagonis, inferius digitum crassis & setaceis, horum anguli concurrunt in apicem uti in adamantibus vel crudis Crystallis, suntque vere glauci: Cum hi arcte sibi junguntur in fructibus inmaturis, in maturis vero dehiscunt ac decidunt, quum nulla sustineantur medulla, ac quivis conus inferius penicillum setaceum refert, oræ vero sunt æquales, glabræ, ac intus continent nucleum parvum, qui excrescit & progerminat, quum in arenam decidat.

Ex sauciatis radicibus arcuatis copiosus exstillat succus viscosus instar pultis Papedæ, qualis ex nulla alia Pandani specie profluit, qui ex ipsis etiam depluit, quum inferiores ipsarum lamellæ abrumpantur, illarum vero substantia est fungosa, lenta, & succosa.

Nomen. Latine *Folium baggea maritimum*, Malaice *Daun baggea* seu *Haun pantey*, Amboinice *Haun laynulun*, Belgice *Pynappel-boom.*

Locus. Juxta litus crescit seu magis remote in terra, ubi terra est plana, arenosa, & graminea, uti & in magnis scopulis, pauca terra & gramine tectis, qui vulgares sunt in cunctis Amboinæ insulis.

Usus. Ejus folia neque ad pinsendum panem baggea dictum, neque ad mattas adhibentur, quum nimis sint fragilia, defectu autem præcedentis Daun baggea tenera ejus folia seu junioris fruticis in usum quoque vocantur ad baggea pinsendum, inferiores & albæ surculorum partes ex deciduis progerminantes conis, crudæ edi possunt ad Bocassan, longa vero filamenta, quæ ex radicibus præparantur, ad quævis ligamina adhibentur, uti & ad fulcra sedilium & cubilium loco fissarum arundinum Rottangæ.

Tabula Octogesima

Folium Baggeæ maritimum exhibet, cum ejus radicibus supra terram elevatis. Ubi litt. A *Conum* seu *fructus segmentum* demonstrat.

Tabula Octogesima Prima

Fructum cum *fasciculo folioso* majori repræsentat forma.

LXXXVIII. HOOFDSTUK.

Het strant Baggea-bladt.

D*E strandzoort van* Daun bagea *wast nog wel zo monstereus als de voorgaande, want de stok is vier a vyf voeten hoog, gemaakt van enkelde bogen of wortels, na dat men den originelen niet bekennen kan, de resterende stam is tegen de manier van andere bomen, boven dikker dan onder, schietende van zyn bovenste, ja zelfs van de takken, nog al wortels, als dikke worsten na de aarde, regt als 't* Mangium candelarium. *Dezelve zyn meest een arm dik, aan 't onderste eind met een voorhuid of kappe bekleet, die daar ook zo lange zit, tot dat ze de aarde raken en inwortelen.*

De buitenste bogen werden een been dik, met twee of drie subtile voornen, in de lengte gestreept, en met korte scheve doornen bezet, eenigzints in ryen staande. Dezelve ziet men ook aan de jonge stammen, want de oude, die de hoogte en dikte van een middelbare Calappus-boom hebben, werpen ze meest weg.

Het buitenste hout of veel meer schale, is volgens de manier van alle Palm-geslagten hardagtig, van grove draden gemaakt, die aan de oude stammen zwartagtig vallen; deeze schaal is niet boven een duim dik, de rest na binnen toe is voos, gelyk aan de Sagu-boom. Boven verdeelt hem de stam in zommige weinige en korte takken, waar aan de bossen of de hoofden van de bladeren staan.

De bladeren zyn breder dan de voorgaande, van ses tot twaalf voeten lang, twee handen breet, styf en glad als Walvisbaarden, hoog zee-groen, met gedoornde kanten als de vorige, daar en boven zyn de kanten van de geuten, als mede van onderen de rugge met subtile doorns bezet, die egter aan de oude bladeren meest vergaan, of in een stompe zaag veranderen.

In de midden van ieder geblaad bosch groeit een groote vrugt, als een Durioen, of ronder, en zo groot als een mans hooft, gemaakt van grove en hoekige kegels, voor twee duimen breet, en twee vingeren dik, irregulier, vyf en seshoekig, agter een vinger dik en borstelagtig, hare hoeken lopen te zamen, en in een spits als Diamanten, of raauwe Christallen, en zyn regt spaans-groen. De kegels staan digt tegen malkander aan de onrype vrugten, maar aan de rype vallen ze van malkander, vermits geen merg daar tusschen is. Ieder kegel van agteren een quastje of baardborstel zeer wel gelykende, dog de zyden zyn effen, glad, en van binnen leit een kleine heest, dig zig voortplant, als hy in 't zant valt.

Uit de gequetste bogen loopt veel slymerig zap als Papeda, diergelyke uit geen andere Pandang-zoort komt, dewelke daar ook uitloopt, als men de onderste kappen aftrekt, zynde de substantie van de bogen voos, taay, en zappig.

Naam. *In 't Latyn* Folium baggea maritimum, *in 't Maleits* Daun baggea *of* Haun pantey, *op Amboin* Haun laynulun, *in 't Duits* Pynappel-boom.

Plaats. *Het wast langs de strant, of een weinig landelyker, daar het vlak, zandig, en grasig is, als mede op groote klippen, daar maar een weinig aarde en gras op is, gemeen in alle Amboinsche Eilanden.*

Gebruik. *De bladeren werden tot bakken van Baggea-broot of matten niet gebruikt, om dat ze te breekzaam zyn, dog by gebrek van 't voorgaande Daun baggea kan men deeze jonge bladeren of die van een jonge stam ook gebruiken tot bakken van Baggea; de onderste en witte einden van de jonge scheuten uit de afgevallene kegels voortkomende, kan men raauw eten tot Bocassan, de lange draden, die men uit de wortels heeft, gebruikt men tot allerhande bindwerk, als mede tot scheern van stoelen en bedsteden, in plaats van gespleten Rottang.*

De Tagtigste Plaat

Vertoont de struik het *Strand Baggea-bladt* genaamt, met deszelfs wortels boven de aarde uitstekende. Alwaar lett. A een *Kegel* ofte *gedeelte* van de *vrugt* aanwyst.

De Een en Tagtigste Plaat

Verbeelt de *vrugt* met een *bladige bosch* in grooter gedaante.

CAPUT

CAPUT OCTOGESIMUM NONUM.

Pandanus repens. Cocaja.

COcoja est Pandanus repens, cujus truncus cruris crassitiem habet, quum sit crassissimus, plerumque vero pedis crassitiem obtinet: Non erigitur, sed terræ quasi incumbit, undique crassa emittens filamenta, quæ fibrillas seu radices exhibent, immo plurimi rami terræ insiguntur, caput vero suum erigit parum, cui ingens foliorum fasciculus insidet.

Folia decem vel duodecim pedes longa sunt, vix palmam lata, ad oras & in medio dorso atrocissimis spinis vehementer armata, ac præsertim in dorso, ubi adeo ingentes & firmæ sunt, quam in Rosa silvestri, quarum plurima quoque pars reflectitur: Canalium ipsorum oræ tres circiter spithamas ab apice subtilibus & mollibus spinulis gaudent, in medio profundo sulco excavata, suntque porro glabra & firma. Truncus externe in multos densos divisus est annulos, hinc inde obtusis obsitos spinis, nullumque gerit lignum, sed ejus loco substantia lenta, ex longis constans fibris oritur uti in omnibus Pandanis, excepto quod trunci vetustissimi lignum gerant digitum crassum, satisque durum & nigricans, nunquam ejus fructus conspecti fuere, hinc propagatur per capitula amputata seu germina terræ commissa.

Nomen. Latine *Pandanus repens*, Malaice, Ternatice, & Bandanice *Cocoja*, quod nomen in aliis quoque locis notum est. Amboinice *Leut*, in Cerama & Bonoa *Rune*.

Locus. Amat crescere in locis humilibus ac vallibus humidis, præsertim circa oram maritimam: Copiose obcurrit in insula Puloay, in Amboina nullibi, nisi ubi plantatus est, uti in Waccala, copiosus quoque satis est in Bonoa, Boerone, & Manipa.

Usus. Nullibi majorem præbet usum quam in Provincia Banda, ac præsertim ejus folia, quæ recenter abscissa ad solem per aliquot siccantur dies, postquam primum supra ignem flaccida sint reddita, antea autem nervus medius exscindendus est, ita ut quodvis folium bina quatuorve exhibeat loramenta, quumque sicca sint, pallide albicant, atque ex his nectuntur quævis vulgares mattæ, quæ omnium durabilissimæ sunt: Item ingentes longique sacci, in Banda *Soccol* dicti, in quibus macis inpingitur, quique in Europam mittuntur, hunc in finem hæ plantæ in Banda diligenter, ac præsertim in Puloay coluntur ac propagantur dicto modo: In Bonoa cuncta Tomtomma & Tœdongs ex iis nectuntur, hunc in finem folia in binas finduntur partes, quorum quædam nigro, aliæ rubro, & aliæ luteo tinguntur colore, uti ex istis machinulis ac operibus patet.

In Banda elegantes quoque ex hisce foliis formant Tœdongs, Bonœnsibus præstantiores: Circa annum 1670, aliunde in Amboinam deductus est, & ad Elephantis fluminis ripas plantatus, ubi magnum obcupat campum, quum plures emittat ramos pedem circiter crassos, & orchiam altos & erectos, circa hosce truncos matrices alii excrescunt in & sub terra, ita ut nihil in conspectum veniat, nisi ipsorum fasciculi foliosi, quorum folia duodecim ac quatuordecim pedes longa & palmam lata sunt: Ex amputatis ramis nullus exstillat liquor, quum interne penitus sint porosi, sicci, & ex longis constantes fibris: Majores vero rami lignum gerunt istud ex nigro fuscum, illi Nybun simile, sed laxiores habens fibras.

N. B. Huic Capiti nulla adjecta fuit plantæ icon.

LXXXIX. HOOFDSTUK.

De kruipende Pandang.

COcoja *is een kruipende Pandang, de stam werd zo dik als een dye op 't boogste, dog gemeenlyk als een been. Hy staat niet regt overeind, maar leit of zwerft over de aarde, over al dikke draden uitschietende, die wederom verwortelen, ja de meeste takken leggen zelfs in de aarde, 't hooft ligt by wat op, daar een groot bos bladeren op staat.*

Deeze zyn tien of twaalf voeten lang, en schaars een hand breet, aan de kanten en op de middelste rug scherp, met de aldervinnigste doornen bezet; inzonderheid op de rug zyn ze zo groot en styf, als aan een Roselaar, de meeste ook agterwaarts ziende. De kanten van de geuten omtrent drie spannen van de spits, zyn met fyne en weke doorntjes bezet, in de midden met een diepe geut, styf en glad. De stam is van buiten in vele digte leden verdeelt, hier en daar met stompe doornen, hebbende geen eigentlyk hout, maar een langdradige en taaije substantie gelyk alle de Pandangs, behalven aan de oude stammen is het een vinger dik, redelyk hart en zwartagtig; men heeft nooit vrugten daar aan gezien, daarom werd het voortgeplant als men de afgehouwene koppen of uitspruitsels maar in de aarde steekt.

Naam. *In 't Latyn* Pandanus repens, *op 't Maleits, Ternataans, en Bandaas* Cocoja, *welke naam ook verder bekent is. In 't Amboins* Leut, *op Ceram en Bonoa* Rune.

Plaats. *Het wast gaarn op lage plaatsen, in de valyen die wat vogtig zyn, inzonderheid omtrent de Zeekant. Men vint het overvloedig op 't Eiland Puloay, in Amboina nergens, als daar het geplant word, gelyk op Waccal; het is ook veel op Bonoa, Boero, en Manipa.*

Gebruik. *Het heeft nergens grooter gebruik, dan in de Provintie Banda, en dat maar uit de bladeren, want dezelve versch afgesneden zynde, werden in de zon eenige dagen gedroogt, na dat ze eerst over 't vuur geslenst zyn, tot dat ze slap werden, dog alvorens moet men de middelste ribben uitsnyden, zo dat uit ieder blad twee a vier riemen werden, gedroogt zyn ze bleek-wit, en daar uit werden gevlogten alle gemene matten, dewelke de durabelste zyn. Als mede groote lange zakken in Banda* Soccol *genaamt, daar men de Foely in pakt, en die men na Europa zent; tot dien einde werden de planten in Banda neerstig, dog meest op Puloay onderhouden, door de voorsz. ligte aanplanting. Op Bonoa werden alle Tomtommen en Toedongs daar af gevlogten, dog tot dien einde werden de bladeren in tweeen gespleten, waar van zommige zwart, geel, root, geverst werden, gelyk men aan hare werken ziet.*

In Banda maken ze ook fraaije Toedongs daar van, die de Bonoasche overtreffen, omtrent 't jaar 1670, is het van elders ingebragt, en aan de kanten van den Olyphant geplant, daar het een groot veld beslaat, staande met eenige takken omtrent een been dik, en een vadem boog overeind; rontom deeze moederstammen groeijen andere op en in de aarde, zo dat men niets ziet dan bossen van bladeren, twaalf a veertien voeten lang, en een band breet. Uit de afgekapte takken vloeit geen vogtigheid, zynde van binnen gantsch poreus, droog, en langdradig. Dog de moedertakken hadden het voornoemde zwart-bruine hout, den Nybun gelyk, dog losser van draden.

N. B. By dit Hoofdstuk is geen afbeelding van de plant gevoegt geweest.

CAPUT NONAGESIMUM.

Pandanus funicularis. Pandang talj.

POst decem priores ac veras Pandani ſpecies binæ inregulares, ſeu ſpuriæ ſubſequuntur ſpecies, quæ ad Pandanos quaſi adcedunt ob externam ipſorum formam, ſed maxime tamen ab iis differunt.

Primus eſt *Pandanus funicularis*, hoc in Capite deſcriptus, alter *Pandanus caricoſus* in ſubſequenti.

Pandanus funicularis convolvulacea eſt planta ſeu flagelloſa, cujus flagella binos digitos craſſa ſunt, lentiſſima, & lignoſa, juxta arbores adſcendit, quarum corticibus ſeſe inſigit per longa duraque filamenta.

Ejus folia ſesquipedem circiter longa ſunt, ultra binos digitos lata, paulo magis plana illis Pandani, ac viridia, ad oras non acuta, excepto quod ad ſummum apicem gerant firmum, ipſorum oræ & coſtæ mediæ brevibus ſpinulis ſunt obſeſſæ uti in Pandano, ſuntque porro fragilia, & ſcoreis inepta.

Flores ac fructus in rubram excreſcunt pyramidem, illis Globæ ſimilem, ſed majorem & longiorem, parumque trigonam, quæ exterius ambitur foliis arctiſſimis, quæ rotunda ſunt, ſed ad apices non pungentia. Intus tres oblongi quaſi digiti locantur inſtar herbæ Sajor, non tamen craſſiores fructu Siriboæ, primo virides, dein albi, ac tandem flaveſcentes. In quorum centro piſtillum erigitur folioſum, quod in fructum non excreſcit.

Nomen. Latine *Pandanus funicularis*, Malaice *Pandang tali*, ac quibusdam *Pandang mera*, a rubro ipſius flore, apud Amboinenſes nullum huc usque obtinuit nomen: Belgice *Lamp-roſen*, ſeu Lampades roſaceæ vocantur.

Locus. Raro in Amboina obcurrit, quam maxime amat litora & rupes, ubi & arbores adſcendit, invenitur circa Hative kitsjil.

Uſus. Hæc planta parvum præbet uſum, quum non multum innotuerit, quidam dicunt fructus eſſe edules, ac coqui poſſe inſtar Sajor ſeu oleris, prima vero ipſorum aqua abjicienda eſt, quum oris pruritum quendam cauſſet, alii perhibent ineptos ac inutiles eſſe.

Sinenſes rubra floris adhibent petala ad Arack potum tingendum, quem rubro tingunt colore. Hæc aliquando planta oblongas ſed obtuſas gerit ſpinas prope folia, præſertim ubi ruber ejus excreſcit fructus, cujus tria externa folia in triangulo ſeſe aperiunt inſtar floris, quæ in durum terminantur apicem, qui parum ſerratus eſt.

Folia inordinata circa ramos locantur, cumque illis Terminalis ſilveſtris ſeu anguſtifoliæ conveniunt, ſunt autem paulo latiora, & firmiora, atque ab inferiore parte nigris punctulis ſeu verruculis ordinatis notata, unde ibi rugoſa ſunt. Quotannis, quum Sol libram intret, copioſos profert flores, qui Octobri aperti ſunt, inſtar Tuliparum vel Roſarum trigonarum, forma Lampadum, unde & a noſtratibus *Lamp-roſen* cognominantur.

Tabula Octogeſima Secunda

Ramum exhibet *Pandani funicularis* cum ruberrimis floribus.

XC. HOOFDSTUK.

De touwagtige Pandang.

NA *de tien voorgaande en eigentlyke zoorten van* Pandang *volgen nog twee oneigentlyke of baſtaartzoorten, die haar onder de Pandangs willen rekenen, wegens eenige uittrekkelyke gedaante, dog merkelyk daar van verſchillen.*

De eerſte is de Pandang funicularis, *in dit Hoofdſtuk beſchreven, en de tweede de* Pandang caricoſus, *in 't volgende.*

Pandang funicularis *is een ſlingerend gewas of touw, zyn touwen zyn twee vingeren dik, zeer taai en houtagtig, loopt langs de bomen op, in welkers ſchorſſe het zig vaſt maakt met lange en harde draden.*

De bladeren zyn omtrent een en een half voet lang, ruim twee vingeren breet, wat vlakker als van de Pandang, en groen, aan de kanten niet ſcherp, behalven voor hebben ze een ſtyve ſpits, wiens kanten en middelribben met korte doorntjes bezet zyn, gelyk aan de Pandang, voorts zyn ze bros, en tot matten onbequaam.

Het bloeiſel of vrugten is een rode kolf, het gewas van Globa gelyk, dog grooter en langer, een weinig driekantig, van buiten bezet met digt geſlotene bladeren, die regt ront, en aan de ſpitſen niet ſtekelyk zyn. Binnen ſtaan drie langwerpige vingeren gelyk Sajor-kuit, dog niet dikker dan een Siriboa, eerſt groen, daar na wit, en bleek-geel. In de midden beſluiten ze een bladige pilaar, daar en volgt geen andere vrugt op.

Naam. *In 't Latyn* Pandanus funicularis, *in 't Maleits* Pandang tali; *zommige noemen het ook* Pandang mera, *van de rode bloem; by de Amboineſen heeft het nog geen eigen naam. In 't Duits* Lamp-roſen.

Plaats. *Men vint het weinig in Amboina, het waſt liefſt omtrent den ſtrant, daar het klippen en bomen oploopt, men heeft 't omtrent Hative kitsjil.*

Gebruik. *Men heeft weinig gebruik van deeze plant, immers by is nog niet bekent, maar zy zeggen, dat men de vrugten eten en koken kan als Sajor-kuit, dog men moet het eerſte water weg gieten, om dat 't zelve eenig jeuken in de mont veroorzaakt, andere zeggen, dat ze daar toe onbequaam zyn.*

De Chineſen gebruiken de rode bladeren in 't branden van den Arack, om dezelve root te maken. Dit gewas heeft zomtyts langagtige, dog ſtompe doornen, hier en daar by de bladeren, inzonderheid daar de rode vrugt uitkomt, welkers drie buitenſte bladeren zig in een triangel openen, als een bloem, met een harde ſpits, en daar omtrent wat gezaagt.

De bladeren ſtaan zonder order rontom de takken, en gelyken die van Terminalis ſilveſtris of anguſtifolia, dog zyn wat breder en ſtyver, zomtyts aan de onderſte zyde met zwarte puntjes of wratjes in ryen bezet, en daar door ruig. Jaarlyks als de Zon in de Waag gaat, zo brengt het overvloedig zyne bloemen voort, dewelke in October geopent ſtaan, als driezydige Tulpen of Roſen, in de gedaante van lampen, en daarom by de onze Lamp-roſen *bygenaamt.*

De Twee en Tagtigſte Plaat

Vertoont een tak van de *touwagtige Pandang-ſtruik*, met zyn ſchoon-rode bloemen.

CAPUT NONAGESIMUM PRIMUM.

Pandanus caricoſus. Pandang ayer.

HUic ſexto libro finem inponent paludes, quarum oræ prava Pandani ſpecie circumdatæ ſunt, quæ nullum nempe ipſis præbet aditum: Frutex nominari nequit, quum ne minimus ejus ſtipes vel ramus obcurrat, ſed tantummodo ex meris longisque conſtet foliis, adeo ſibi adunatis, ut nullo modo ac vix pervia ſint.

Ejus folia erecta ſunt inſtar Caricis, decem, duodecim, ac quindecim pedes alta, binos pollices lata, ſulco donata trigono ac perpetuo, qui inferne acutum format dorſum, ipſorum oræ adeo ſubtiliter ſunt ſerratæ, ſeu tenuiſſimis ac denſiſſimis ſpinulis obſitæ, ut vix dignoſci poſſint, nihilominus tamen æque vehementer ac pertinaciter cæcant ac vulnerant, ac culter, ſi inprudenter tractentur, vel retrorſum fricentur. In dorſo ſpinulæ ſunt magis notabiles, ſed hæ in vetuſtis potiſſimum pereunt foliis, ipſorum color non eſt glaucus, uti in cunctis Pandanorum præcedentium ſpeciebus, ſed penitus inſtar graminum viridis, atque inferior ipſorum pars trigonum format pedunculum, ubi ſeſe invicem amplectuntur inſtar foliorum Acori, talesque collectiones, ſeu faſciculi plurimi ſimul locantur in radicis ſummo, quæ transverſaliter ſub cæno prorepit, ac potiſſimum ex ſimplicibus conſtat fibrillis, longe lateque in cæno diſperſis, ac nova emittentibus folia, quumque hæc a vento moveantur, per oras ipſorum acutas ſibi allidentia ſtrepitum dant ingentem.

Ejus fructus raro in conſpectum venit, atque in peculiari progerminat petiolo, pedem circiter alto, & ſupra radicem elevato, qui foliis cingitur tribus, in triangulo poſitis, uti in Cypero. Criſtam refert magnitudine pugni, atque componitur ex multis anguloſis & acutis tuberculis, quorum quodvis ſex octoque acutos gerit angulos, ſimul in apicem deſinentes oblongum, inſtar nodorum exolitorum veſtimentorum, coloris ſunt pallide fuſci, atque intus continent oſſiculum parvum fuſcum inſtar oſſiculi Ceraſini, ſed minus, magisque anguloſum, in acutum deſinent apicem.

Nomen. Latine *Pandanus caricoſus*, Malaice *Pandang ayer*, Amboinice in Leytimora *Laſſiaal*, in Hitœa *Laſiattal*, in Huamohela & Bonoa *Lackiahat*, quidam male illum vocant *Mantayn*, qui eſt *Pandanus ſilveſtris.*

Locus. In paludoſis potiſſimum creſcit locis, præſertim circa oram maritimam, ubi ſolum inferius lapillis mixtum eſt, atque ipſius oræ minoribus ex fruticibus conſtant. Magis remote in terra quoque obvenit, immo in montibus, ubi aqua pluvialis ſtagnat, ac paludes format, nunquam ſolitarius, ſed ſemper magnum obcupat locum, qui invius eſt per acuta ipſius folia.

Uſus. Incolæ Amboinæ, Ceramæ, & adjacentium inſularum, ex ejus foliis vulgares formant ſcoreas, quæ in binas ſinduntur partes, & ad oras levigantur, ac porro exſiccantur, uti ſupra de Cocoja fuit dictum: Hæ vero mattæ omnium viliſſimæ ſunt ac minime durabiles: In Boerone perículoſum eſt iter inſtituere circa paludes, quibus hæc folia adſtant, ibidemque per noctem morari, quum ibi plerumque ingentes nidulentur angues, contra quos per ignem ſeſe defendere oportet, qui exſtruitur ex ſtridentibus & crepitantibus quibusdam foliis, qualia ſunt illa Socci ſilveſtris.

N. B. Huic Capiti nulla adjecta fuit icon.

Finis Libri Sexti, & Partis Quartæ.

XCI. HOOFDSTUK.

De Pandang-ſtruik met Snygras-bladen.

DIt ſesde boek zal men van agteren met moeraſſen beſluiten, welkers kanten met een moeyelyk zoort van Pandang bezet zyn, die geen paſſagien vergunnen. Het mag geen ſtruik genaamt werden, dewyl het de minſte ſtam of tak niet zet, maar beſtaat uit enkelde lange bladeren, dog zo digt in malkander, dat men daar door niet, als met moeite paſſeren kan.

De bladeren ſtaan regt overeind, als een Snygras, tien, twaalf, en vyſtien voeten hoog, twee duimen breet, met een driezydige doorgaande geut, die van onderen een ſcherpe rug maakt. Hare kanten zyn zo fyn gezaagt, of met ſubtile en digte doorntjes bezet, dat men ze pas zien kan, niet te min ſnyden ze zo wel als eenig mes, als men ze onvoorzigtig handelt, of na agteren ſtrykt. Op de rug zyn de doorntjes kennelyker, dog die vergaan ook meeſt aan de oude bladeren, haar couleur is geenzints blaauwgroen, gelyk in alle de voorgaande Pandangs, maar regt gras-groen. Haar onderſte maakt een driekantige ſteel, en aldaar omvatten ze malkander, gelyk de bladeren van Acorus, en zulke vergaderingen of bosjes ſtaan veele by malkander op de wortel, die dwers in 't ſlyk kruipt, en meeſt beſtaat uit enkelde vaſelingen, wyt en zyt in 't ſlyk kruipende, en nieuwe bladeren voortbrengende, als de bladeren van de wind beweegt werden, zo maken ze met de ſcherpe kanten tegen malkander een groot geruiſch.

De vrugt werd zelden gezien, en zy komt voort op een byzondere ſteel, omtrent een voet hoog boven de wortel, hebbende onder haar drie bladeren, in een triangel, gelyk de Cyperus. Zy gelykt een kuif, in de grootte van een vuiſt, gemaakt van veele boekige en ſcherpe knobbelen, hebbende ieder knobbel ſes a agt ſcherpe boeken, te zamen in een ſpits uitgaande, en wat langwerpig, gelyk de ouderwetſe Wambays-knopen, van verwe beſtorven bruin, hebbende binnen een kleine bruine ſteen als een Kerſſe-ſteen, dog kleinder en boekig, voor aan met een ſcherpe ſpits.

Naam. *In 't Latyn* Pandanus caricoſus, *in 't Maleits* Pandang ayer, *Amboins op Leytimor* Laſſiaal, *op Hitoe* Laſiattal, *op Huamohel en Bonoa* Lackiahat, *zommige noemen hem qualyk* Mantayn, *'t welk is* Pandanus ſilveſtris.

Plaats. *Het waſt meeſt in moeraſſige plaatſen, inzonderheid omtrent de zeekant, daar onder de grond van kleine ſteenen is, en de kanten met kreupel-boſch bezet zyn. Men vint hem ook landwaart in, zelfs in 't gebergte, daar het regenwater ſtaan blyft, en moeraſſen maakt, nooit alleen, maar altyt een groote plaats beſlaande, die niet te paſſeren is wegens de ſcherpe bladeren.*

Gebruik. *De Inlanders van Amboina, Ceram, en de omleggende Eilanden maken alle hare gemene matten van dit blad, het zelve in tween delende, aan de kanten wat ſchrapende, en voorts drogende, gelyk boven van de Cocoja gezegt is. Dog deeze matten zyn de ſlegtſte van allen, en minſt durabel. Op Boero is het voor de Reiſigers zorgelyk omtrent de moeraſſen, daar deeze bladeren ſtaan te vernagten, om dat aldaar gemeenlyk groote ſlangen huis houden, waar tegen zy hun met vuur moeten verſchanſſen, gemaakt van eenige knerſende bladeren, gelyk daar zyn die van wilde Soccun.*

N. B. By dit Hoofdſtuk is geen afbeelding van de plant geweeſt.

Einde van 't Sesde Boek, en 't Vierde Deel.